R. JEANNIÈRE S. J.

CRITERIOLOGIA

PARIS
Gabriel BEAUCHESNE
—
1912

I h
2091

CRITERIOLOGIA

VEL

CRITICA COGNITIONIS CERTAE

Tous droits de traduction, de reproduction et d'adaptation réservés pour tous pays.

CRITERIOLOGIA

VEL

CRITICA
COGNITIONIS CERTAE

AUCTORE

RENATO JEANNIÈRE, S. J.

IN COLLEGIO JERSEIENSI PROFESSORE



PARIS

Gabriel BEAUCHESNE, Éditeur

117, rue de Rennes, 117

—

1912

27416

Nihil obstat :

Parisiis, die 8ª Aprilis 1912.

R. MARCHAL.

IMPRIMATUR :

Parisiis, die 9ª Aprilis 1912.

F. FAGES,
Vic. gen.

Discipulis in Christo addictissimis,
qui in his enucleandis paginis
tantas partes habuere.

PRAEFATIO

Quod hic tractandum suscipimus argumentum, idem jam alii tractarunt. Id unum effecimus ut problemata critica nostro tempore tam sollicite agitata exponerentur methodo magis psychologica atque idcirco hodiernis mentibus accommodatiore. Contingit namque haud raro ut quaestiones de quibus anxii sunt Sceptici, Cartesiani, Kantiani, Idealistae aliique, nonnullis robustae indolis hominibus aut prorsus inanes aut certe viri sanae mentis indignae videantur. Quae sane rerum existimatio aliunde provenire nequit quam ex parum intellecto statu quaestionum. Quapropter ad originem singulorum problematum attentionem diligentem direximus. In hoc autem opere perficiendo ducem secuti sumus Em. D. J. Card. Mercier, cujus Criteriologia — nunc sexies edita (1911) — multis ubique laudibus celebrata est. Quod tam praeclaro magistro tractatus noster non sit dedicatus, sola ejus imperfectio nos excusat.

Propositum est nobis, pro modulo, illis hominibus auxilium ferre, qui viribus suis intellectualibus plus aequo diffidentes, de vita praesenti quid sentiendum sit ignorant, diesque suo in incertitudine et miseria morali consumunt. Hujusmodi propositum multi fortasse lectores difficile conciliabunt cum sermone latino quo in cons-

cribenda tractatione nostra usi sumus. Novimus equidem lingua latina multos homines non attingi qui possent vernacula. Verum, prae oculis habuimus eos praesertim adolescentes qui philosophicis studiis ad vitam sacerdotalem in domibus clericorum se praeparant[1]. Ad eos nimirum spectabit, posteaquam ipsi edocti fuerint, alios homines cum verbis tum scriptis adjuvare. Porro plures utilitates usus latini sermonis secum affert : primo mentem confortat, eo quod majorem in discentibus attentionem laboremque requirit; deinde, facilem aperit aditum ad congestos sive antiquae sive mediaevalis sapientiae thesauros, quos neminem cultum ignorare decet ; vel — quod clericus spernere nequit — assuetam facit mentem ad intelligenda documenta ecclesiastica (Bullas et Encyclicas litteras, decreta Conciliorum et Congregationum, etc.) quibus Magisterium divinitus institutum societatem spiritualem ad suum finem ducit.

Minime tamen hoc impedit quominus enitendum sit summopere philosophiae studentibus ut doctrinam, quam latine expressam audierunt, sciant propria quoque lingua exponere; immo, in hoc erit criterium quod argumenta tradita intellexerunt si eadem possunt vulgari lingua sibi exprimere aliisque aperire. Quo promptius acquirat quisque facilitatem pro lubitu ex una ad alteram linguam transeundi, indicabuntur suo loco auctores qui res a nobis latine dictas gallice explicant. Caeterum nosmetipsi in adnotationibus, quas hinc inde subnectemus, patrium sermonem adhibebimus.

Ex scopo huic tractatui imposito intelligitur etiam cur Criteriologia nostra in theses, more scholastico, partita

(1) Le fait que ce cours a été enseigné pendant cinq ans et parcouru tout entier en trois mois, à raison de huit heures de classe par semaine, démontre clairement que rien ne l'empêcherait d'être pris comme manuel d'enseignement dans les grands séminaires.

sit. Habet siquidem talis agendi modus sua commoda paedagogica : etenim, doctrina quae brevibus formulis redacta sit, cujus postea singula membra totidem argumentis comprobata sint, altius penetrat in animos eosque facilius convincit. Quanquam igitur oratio continua magis oblectare solet legentes, utilitati juvenum potiusquam oblectamento consulendum esse censuimus. Idem nostrae tractationis scopus explicat cur eaedem res tam crebro repetitae sint : oportet scilicet docentem, qui intelligi se velit, non semel sed pluries mentem suam declarare.

Multos auctores citavimus. Non autem audemus confidere omnium sententias fuisse semper a nobis exacte intellectas aut translatas. Experientia namque quotidiana exploratum est quanta difficultate mens aliorum capiatur. Propterea, si qua in re offendimus, enixe rogamus ut perperam intellecti auctores nobis condonare velint, eosque deprecamur ut in corrigendis erroribus nobis auxiliari dignentur.

Faxit Pater luminum, Omnipotens Deus, ut hoc opusculum, quantumvis incomptum, aliquid serenitatis mentibus inquietis infundat.

R. JEANNIÈRE, S. J.

1er Juin 1912.

Maison Saint-Louis,
JERSEY (Iles de la Manche, Angleterre).

INDEX THESIUM

PRAEFATIO . . . . . p. VII
PRAEAMBULA . . . . . p. 1

PARS PRIMA

DE VALORE LOGICO CERTITUDINIS

CAPUT I. — **Psychologia certitudinis.** . . . p. 23

TH. 1. — *Methodo introspectionis adhibita, unusquisque conscius est existere in se statum mentis cum a dubio, tum ab opinione etiam maxime probabili omnino diversum qui certitudo appellatur.* . . . . . p. 24

TH. 2. — *Certitudines quas habet, homo acquirit vel experientia vel analysi vel inductione vel testimonio* . p. 36

TH. 3. — *Status certitudinis quandoque oritur necessario, quandoque vero dependenter a libera hominis voluntate.* . . . . . p. 44

TH. 4. — *Homo certitudinem habet de omnibus quae ei scitu necessaria sunt ad vivendum conformiter suae naturae; hanc autem acquirit innato quodam habitu seu inclinatione naturaliter indita facultati cognoscenti.* p. 64

TH. 5. — *Hominibus communiter persuasum est suas certitudines esse objectivas et veras* . . . . . p. 76

CAPUT II. — **De problemate critico et de conditionibus solutionis ejus.** . . . . . p. 85

Art. I. — **De genesi problematis critici.** . . p. 85

TH. 6. — *Cum certitudine spontanea non semper conjungi veritatem facta sat multa probant. Inde oritur quaestio: quo signo dijudicari possit certitudinis veritas.* p. 85

Art. II. — **De conditionibus ad rectam problematis critici positionem et solutionem requisitis.** . p. 93

Th. 7. — « *Data* » *problematis critici sunt ex una parte certitudines spontaneae, de quibus quaeritur num sint objectivae, et ex altera parte facultas quam habet homo in eas reflectendi.* . . . . . p. 98

Th. 8. — *Ante inquisitionem criticam, non est praesupponenda tanquam justificata ea certitudo quam homines naturaliter habent de aptitudine suae mentis ad objecta cognoscenda; dubitatio autem universalis, non positiva quidem sed negativa, tanquam methodus recte adhibetur.* . . . . . p. 103

Caput III. — **Problema criteriologicum : objectivitas. Variae solutiones** . . . . . p. 119

Art. I. — **De Scepticismo**. . . . . p. 120

Th. 9. — *Non valent rationes quibus Sceptici insolubilitatem problematis critici ostendi contendunt* . p. 129

Art. II. — **Solutio Cartesiana**. . . . . p. 138

Th. 10. — *Methodus a Cartesio adhibita admitti nequit, absque emendatione, tanquam perfecta solutio problematis critici* . . . . . p. 140

Art. III. — **De Psychologismo**. . . . . p. 158

Th. 11. — *Doctrina « psychologistarum » proponi nequit tanquam congrua solutio problematis critici.* p. 168

Art. IV. — **Solutio Kantiana**. . . . . p. 173

Th. 12. — *Rejici debet solutio Kantiana, secundum quam synthesis judicialis fit non sub influxu objecti sed mediantibus formis « a priori » subjecto insitis.* . p. 174

Art. V. — **Solutio Scholastica** . . . . . p. 200

§. 1 De Judiciis scientiae. . . . . p. 202

Th. 13. — *Reflexione instituta, homo judicans nonnunquam conscius est se in efficienda synthesi terminorum duci influxu objectivo : quo in casu judicia ordinis idealis valorem objectivum habent.* . . . . . p. 207

Th. 14. — *Reflexione instituta, homo conscius est se in asserenda realitate terminorum, in judiciis ordinis realis, quandoque duci hac ipsa realitate sese manifestante.* . . . . . p. 215

§. 2 De judiciis fidei. . . . . p. 231

Th. 15. — *Etiam quando objectum non necessario cogit assensum mentis, constare potest objectivitas certitudinis, quae tunc non est scientiae sed fidei* . . p. 231

Caput IV. — **Criterium: Evidentia objecti. Falsa criteria**. . . . . p. 245

Art. I. — **De Evidentia objecti**. . . . . p. 245

Th. 16. — *Id quo objectum mentem ad assensum certum determinat est ejus evidentia, sive perfecta, sive imperfecta; hinc evidentia objecti est simul ultimum certitudinis motivum et veritatis criterium*. . . . p. 245

Art. II. — **De criteriis ab evidentia distinctis**. p. 256

Th. 17. — *Neque fides in revelationem traditione acceptam, neque sensus generis humani, statui possunt tanquam ultimum objectivitatis criterium* . . . . p. 257

Th. 18. — *Certitudinis utilitas, sive individualis, sive socialis, statui nequit tanquam ultimum objectivitatis criterium*. . . . . p. 269

Th. 19. — *Criterium ultimum veritatis, etiam religiosae, reponi nequit in fide aliqua caeca, quae sit vel instinctiva, vel sentimentalis, vel moralis*. . . . . p. 294

Caput V. — **Problema criteriologicum: veritas**. p. 307

Th. 20. — *Reflexione instituta, manifestum est in certitudine objectiva haberi conformitatem inter intellectum et res, atque ideo cum objectivitate conjungi veritatem* . . . . . p. 307

Th. 21. — *Admitti nequit doctrina statuens veritatem non esse absolutam sed essentialiter relativam* . . . p. 315

Th. 22. — *Spectato motivo proximo, triplex dici potest certitudo objectiva; sed spectato motivo adaequato, unica datur certitudo, sc. metaphysica, quae est tum absoluta tum hypothetica*. . . . . p. 324

Caput VI. — **De certitudine erronea**. . . . p. 335

Th. 23. — *Reflexione instituta, constat in certitudine erronea nullam haberi evidentiam objecti, neque directam neque indirectam* . . . . . p. 335

Th. 24. — *Nullus error est intellectui humano absolute necessarius, sed ejus causa semper in aliqua affectione magis minusve voluntaria residet.* . . . . . p. 340

PARS SECUNDA

DE REVISIONE CERTITUDINUM

Caput I. — **De experientia interna** . . . . p. 355

Th. 25. — *Data conscientiae sunt necessario vera; hinc judicia quibus homo affirmat realitatem sive suorum statuum praesentium, sive sui Ego ut substantiae corporeae et viventis, sunt objective certa* . . . . . p. 355

Th. 26. — *Data immediata memoriae sunt necessario vera; hinc judicia quibus homo affirmat realitatem sive suorum statuum praeteritorum, sive sui Ego ut substantiae permanentis, sunt objective certa* . . . . . p. 367

Caput II. — **De experientia externa**. . . . p. 376

Th. 27. — *Mediantibus sensationibus externis (oculorum, aurium, etc.), oriuntur in nobis repraesentationes quaedam objectivae, quibus apprehenditur realitas a proprio Ego distincta. Hinc judicia de re prout apparet sensibus sunt objective certa.* . . . . . p. 384

Th. 28. — *Licet sensus referant realitatem externam ut apparet, nihilominus potest intellectui constare realitatem istam constitui corporibus externis numerice distinctis.* . . . . . p. 396

Th. 29. — *Inter apparentias sensibiles potest intellectus deprehendere quaenam absolutae sint, et sic ipsam realitatem corporum sive specificam sive individualem attingere.* p. 411

Th. 30. — *Nihil valent argumenta quibus Idealistae certitudinem nostram de realitate mundi externi everti contendunt.* . . . . . p. 430

Caput III. — **De Cognitione mentis**. . . . p. 449

Art. I. — **De Universalibus**. . . . . p. 450

Th. 31. — *Existunt in homine elementa repraesentativa (= ideae), quae nequeunt ad ullam imaginum collectionem aut elaborationem reduci, et quorum valor objectivus constare potest.* . . . . . p. 451

Th. 32. — *Universalia non habent aliquam realitatem formaliter universalem, sive extra individua, sive in ipsis individuis.* . . . . . p. 463

Th. 33. — *Attamen Universalia neque sunt mera nomina, neque conceptus pure subjectivi* . . . . . p. 474

Th. 34. — *Universalia, quoad naturam conceptam, existunt in rebus, sed non in statu absoluto. Adest tamen in rebus fundamentum cur natura consideretur ut una in pluribus* . . . . . p. 484

Th. 35. — *Universalia, quibus constituuntur gradus metaphysici, non distinguuntur realiter in eodem individuo, sed solummodo ratione cum fundamento in re.* p. 497

Art. II. — **De Judiciis immediatis.** . . . . p. 507

Th. 36. — *Per analysim idearum obtineri possunt judicia analytica immediata, quae sunt objective certa.* p. 508

Art. III. — **De Judiciis deductione obtentis.** . p. 516

Th. 37. — *Judicia deductione obtenta, quotiescumque praemissae verae sunt et leges syllogismi observatae, sunt objective certa et aliquid novi docere possunt.* . p. 517

Art. IV. — **De Judiciis inductione obtentis.** . p. 529

Th. 38. — *Inductione scientifica obtineri possunt judicia synthetica universalia, quae sint objective certa.* p. 530

Th. 39. — *Nulla est ratio cur res metempiricae ab ambitu cognitionis humanae excludantur; quare rejiciendi sunt Positivismus et Agnosticismus* . . . . . p. 540

Caput IV. — **De Fide et Testimonio.** . . . p. 555

Th. 40. — *Potest quandoque constare scientia et veracitas testis immediati; quo in casu testimonium historicum certitudinem objectivam suppeditare potest.* p. 556

Th. 41. — *Testimonium orale mediatum seu traditio oralis, sub quibusdam conditionibus quarum adimpletio quandoque constat, certitudinem objectivam suppeditare potest.* . . . . . p. 565

Th. 42. — *Testimonium historicum scripto consignatum, sub quibusdam conditionibus quarum adimpletio quandoque constat, certitudinem objectivam suppeditare potest.* . . . . . p. 572

Th. 43. — *Consensus generis humani, in rebus ad bonum essentiale hominis conducentibus, certitudinem objectivam gignere potest.* . . . . . p. 582

CRITERIOLOGIA

VEL

CRITICA COGNITIONIS CERTAE

Noli foras ire, in te ipsum redi, in interiore homine habitat veritas... S. Aug., *De vera rel.* c. 39, nº 72, *M.* 34, col. 154.

« Veritas est in intellectu et in sensu, licet non eodem modo. In intellectu enim est sicut consequens actum intellectus, et sicut cognita per intellectum; consequitur namque intellectus operationem secundum quod judicium intellectus est de re secundum quod est; cognoscitur autem ab intellectu secundum quod intellectus reflectitur super actum suum, non solum secundum quod cognoscit actum suum, sed secundum quod cognoscit proportionem ejus ad rem : quod quidem cognosci non potest, nisi cognoscatur natura ipsius actus, quae cognosci non potest *nisi cognoscatur natura principii activi, quod est ipse intellectus, in cujus natura est ut rebus conformetur*, unde secundum hoc cognoscit veritatem intellectus quod supra seipsum reflectitur. » S. Th., *de Ver.* I, 9.

PRAEAMBULA

I. Locus hujus tractationis in scientiis humanis. — Problemata quae mentes hominum sollicitant alia sunt *ontologica* (quid *sunt* res ? Quid *sum* ego ?), alia sunt *logica* vel *noetica* (numquid, quomodo, quasnam res *novi* ?), alia sunt *ethica* (suntne actiones *bonae* ? Quaenam ? Quid mihi *agendum* ?) (1). Hinc divisio antiqua Philosophiae in *Rationalem Realem* et *Moralem* (2) : quae divisio vix differt ab ea quam tradit S. Thomas in X *Ethic. ad Nic.*, I, lect. I.

(1) Cf. E. Peillaube, *Revue de Philosophie*, 1901, p. 127.

(2) Cf. Bened. Lorenzelli, *Phil. theor. Inst.* [2] (Lethielleux 1896), t. I, p. 4. — Nota. *Quand, dans les indications bibliographiques, un ouvrage est marqué sans lieu d'édition, il est sous-entendu qu'il a été édité à Paris.*

De quaestionibus noëticis tres disciplinae tractant : psychologia, dialectica, criteriologia ; ita tamen ut in actibus cognoscitivis aliud et aliud unaquaeque consideret.

a) ***Psychologia*** investigat rationem qua actus cognoscitivi oriantur in nobis, quibus facultatibus eliciantur quaenam sit eorum indoles intima, etc. Ex eorum analysi et adhibito principio causalitatis vel rationis sufficientis, psychologia concludit causam efficientem actuum intellectualium esse principium quoddam immateriale, quod *anima* (ψυχή) nuncupatur.

b) ***Dialectica*** de ratiociniis agit et de terminis ac propositionibus, quatenus sunt materia *remota* aut *proxima* ratiocinii ; sed nihil aliud curat in ratiocinio nisi rectum nexum inter conclusionem et praemissas. Quoniam igitur ad solam *formam* seu rectitudinem cogitationis humanae attendit, ideo vocata est etiam *Logica formalis.*

c) ***Criteriologia*** de veritate sollicita est. Jamvero ad veritatem assequendam requiritur sane rectitudo, sed necesse est insuper ut praemissae, ex quibus conclusio fluit, sint verae, i. e. ordini objectivo rerum conformes. Quoniam criteriologia ad *materiam* cognitionis attendit, ideo appellata est etiam *Logica materialis* vel *realis.*

Auctore Cᵘˢ Mercier, cui assentimur, in ordinatione systematica cognitionum, ita sese excipere debent diversae disciplinae quibus homo magna problemata solvere conatur : — Primo observat mens realitates existentes : hinc « scientiae observationis » initium sunt cognitionis ; iisque tanquam complementum philosophicum accedit *Physica generalis.* Physica nunc comprehendit Cosmologiam, Psychologiam, Theodiceam. Cum Psychologia connectuntur Criteriologia et doctrinae fundamentales Ethicae. Post Physicam venit *Mathematica.* Tandem *Metaphysica generalis* seu *Ontologia* synthetice colligit conclusiones scientiae physicae et mathematicae. Porro scientia quaevis — physica, mathematica, metaphysica — relationibus constituitur, seu aliquem ordinem rationalem efficit. Scientia hujus

ordinis *Scientia Rationalis* vel *Logica* dicitur, aut uno verbo *Logica* (1).

II. **Nomen et munus tractationis.** — Nomen, quantum fieri potest, describere debet rem quam designat. Cum autem cognitio humana sit res admodum complexa, non est mirum quod scientia de ea tractans tam multa nomina nacta est : *Logica materialis, realis, applicata, Noëtica, Gnoseologia, Theoria cognitionis* (Erkenntnistheorie), *Theoria certitudinis, Critica* (Erkenntniskritik), *Criteriologia, Epistemologia* (Erkenntnislehre). Magna viget dissensio auctorum in definienda harum vocum significatione (2).

Criteriologia, ut ex ipsamet structura vocis elucet (Κριτήριον et λόγος), est inquisitio in *criteria* seu signa infallibilia certitudinis objectivae. Distinguitur ab *Epistemologia* tanquam pars a toto. Epistemologia enim, si stricte vox intelligatur, omnia comprehendit quae ad cognitionem scientifice declarandam quoquo modo spectant ;

(1) « L'esprit part de l'observation de la réalité. Les sciences d'observation sont donc les premières. La *Physique* générale est leur complément philosophique. La physique est représentée aujourd'hui par la cosmologie, par la psychologie, par la théodicée. A la psychologie se rattachent la critériologie et les thèses fondamentales de l'éthique ou science des mœurs. Les *Mathématiques* font suite à la physique. La *Métaphysique* générale ou *Ontologie* fait comprendre synthétiquement les résultats des études physiques et mathématiques. Une science — physique, mathématique, métaphysique — est formée d'un ensemble de relations, elle réalise un ordre rationnel. La science de cet ordre s'appelle *science rationnelle* ou *logique*, d'un mot la *Logique*. — La logique que l'on met en tête des disciplines philosophiques ne devrait comprendre que certaines notions propédeutiques, quelques règles pratiques destinées à faciliter l'intelligence de la philosophie. » D. Mercier, *Logique* ‘ (Louvain 1905), p. 31. — Sur l'ordonnance des études philosophiques et l'avantage incontestable, sinon incontesté, qu'il y aurait à placer la métaphysique à la fin des cours, lire les remarques suggestives de Paul Gény, *l'Enseignement de la métaphysique scolastique*, dans les *Études*, 20 août et 5 sept. 1908.

(2) Voir Rudolf Eisler, *Wörterbuch der Philosophischen Begriffe* ², (Berlin 1910), au mot *Erkenntnistheorie*, t. II, p. 324 *sqq*.

criteriologia ea solummodo tractat quae ad cognitionem veram a falsa dignoscendam conferunt. Licet ferat usus ut discrimen inter utramque vocem parum attendatur, nobis praeplacet vox *Criteriologia*, eo quod clare exprimit objectum *formale* (1), et proinde essentiam, scientiae quam designat.

Nimirum tota fere nostrae tractationis opera in eo est ut in certitudinibus humanis, cujuscumque sint ordinis, indicium inconcussum detegat quo discernantur verae a falsis. Munus igitur criteriologiae non est viam aperire qua possint acquiri cognitiones novae — id aliae disciplinae curant — sed munus ejus est cognitiones jam acquisitas ad crisim revocare, nullas absque perspicuo motivo retinere aut rejicere, falsas, si opus sit, confutare, veras contra impugnantes tueri.

III. Origo psychologica et evolutio historica criteriologiae. — De hac re nonnulla praebent James Mark BALDWIN in *Dictionary of Philosophy and Psychology*, sub voce

(1) L'*objet* est la chose, en tant qu'elle se présente à une faculté cognitive quelconque (*objectum = id quod ob-jicitur*). *Matériel* et *formel* sont des termes empruntés à la théorie scolastique de la matière et de la forme. En scolastique, on appelle *matière* (élément indéterminé) ce par quoi un corps est intrinsèquement indifférent à être ceci ou cela, par ex., bois ou fer, chaud ou froid, solide ou liquide, etc. ; on appelle *forme* (élément déterminant) ce par quoi un corps est, de fait, déterminé à être ceci ou cela.

L'objet *matériel* d'une science est la chose qu'elle étudie, en tant que cette chose est prise d'une façon indéterminée, sans égard à aucun aspect spécial ; ainsi la plante, abstraction faite de toute indication ultérieure déterminante, est l'objet *matériel* de la botanique, de la médecine, etc. — L'objet *formel* d'une science est la chose, en tant qu'elle se présente sous un aspect spécial, ou bien c'est l'aspect spécial par lequel cette chose se fait connaître ; ainsi la botanique étudie la plante du point de vue de ses formes structurales, la médecine l'étudie du point de vue de ses propriétés curatives. La botanique et la médecine ont, dans l'espèce, le même objet matériel, mais non le même objet formel. Les sciences sont diversifiées par leur objet formel. Cf. *Totius logicae Summa*, tract. 8, c. 14.

Epistemology : Alois Riehl, *Der Philosophische Kritizismus*, t. I [2] (Leipzig 1908), pp. 1-248 ; E. Grimm, *Zur Geschichte des Erkenntnisproblems von Bacon zu Hume* (Leipzig 1890) ; Dr Goswin Uphues, *Geschichte der Philosophie als Erkenntniskritik* (Halle a. S., Max Niemeyer 1909) ; X. Léon, *La Philosophie de Fichte* (Alcan 1902), c. 4 : Le problème de la connaissance de Descartes à Fichte ; G. Fonsegrive, *Essais sur la connaissance* (Gabalda 1909), pp. 137-159 ; etc.

Criteriologia, sicut Philosophia tota, cujus est pars, ex admiratione orta est (1). Cum enim homo suis facultatibus fretus advertit se falso judicasse, miratur ; cum audit ab aliis hominibus negari id quod ipse certum existimat, miratur. « Sic sponte fit, ut mens ad quaestionem reflexa cognitione agitandam convertatur, num et intra quosnam limites facultates cognoscitivae veritatem, cum certitudine invenire valeant » (2). Hanc revera fuisse originem criteriologiae ex documentis historicis manifestum est, quod in tractatu nostro mox patebit. Caeterum, omissis erroribus contradictionibusque hominum, ipsa sciendi cupiditas omnibus ingenita sat valida fuisset ut hominem incitaret ad inquirendas suae certitudinis causas, itaque ad criteriologiam instituendam. Diversae sunt hujus disciplinae periodi.

1. ***Apud Antiquos.*** — Licet inquisitio logica non sit primitiva, siquidem post problemata metaphysica (cosmologica) demum apparuit, antiquissima nihilominus sunt prima ejus initia. Solutionem problematis cosmologici (de natura mundi sensibilis) repetebant *Ionici* priores (Thales natus circa 624, Anaximander, n. c. 610, Anaximenes, n. c. 590) ex principio materiali unico ; *Pythagorici* (Pythagoras, n. c. 580, Philolaus, n. c. 480, Archytas c. 400-365) ordinem mundi perpendentes, principium ordinis in numeris et figuris reponebant ; *Eleatici* (Xenophanes

(1) Cf. Plato, *Theaet.*, ed. Didot, p. 119 ; Arist, *I Met.* c. 2, ed. Didot, t. II, p. 470 ; S. Thomas, in *I Met.*, lect. 3.

(2) Jos. Donat, S. J., *Critica* (Innsbruck, F. Rauch 1911), p. 2.

c. 575-490, PARMENIDES n. c. 540, ZENO c. 520, MELISSUS n. c. 500) eo quod conciliare non possent unitatem entis, quam concipit mens, cum multiplicitate entium quam apprehendunt sensus, valorem cognitionis sensibilis negare non dubitaverunt. E contra, *Ionici* secundi (HERACLITUS c. 535-475) eadem difficultate pressi, cognitionem intellectualem condemnaverunt. *Sophistae* (PROTAGORAS c. 480, GORGIAS c. 480) ex contradictionibus cosmologicis concludunt neque intellectu neque sensibus posse quidquam certo sciri. Inde scepticismus. Adversus Sophistas SOCRATES (469-399) jura rationis defendit ; PLATO (427-347) cognitionem intellectualem ultra modum extulit. ARISTOTELES vero (384-322) cognitionem mentis cum sensuum experientia aequo foedere conjunxit (1). Academia, derelicta Platonis doctrina, adhaesit PYRRHONI (c. 320-275), donec sub ducibus ARCESILAO (316-241) et CARNEADE (216-129) in Probabilismum quemdam incideret.

Advertendum est diversitatem sententiarum in Noëtica, inde ab Eleaticis usque ad tempora nostra, semper ex eo ortam esse quod alii oppositionem sensuum et intellectus irreductibilem putantes, modo ambo pessumdant, modo sensus intellectui, modo intellectum sensibus anteponunt ; dum alii, ex adversa parte, mutuam eorum concordiam mutuumque adjumentum proclamant. In hac autem efficienda conciliatione non una est philosophorum sententia.

2. ***Apud Scholasticos.*** — Medio aevo, non obstantibus controversiis de « generibus et speciebus » inter nominalistas, conceptualistas et realistas, numquam dubitatum est de valore intellectus aut sensuum, nisi fortasse a Nicolao

(1) M. BAUDIN, dans un art. de la *Revue Thomiste*, mars 1899, résume excellemment les controverses cosmologiques qui ont préparé la philosophie aristotélicienne et notamment la doctrine fameuse de l'acte et de la puissance. Lire également : Charles RENOUVIER, *Critique de la doctrine de Kant* (Alcan 1906). Conclusion ; — Georges DUMESNIL, *Les conceptions philosophiques perdurables* (Beauchesne 1910).

d'Autrecourt (1). Scholastici, praecipue S. THOMAS (1227-1274), etsi tractatum separatum de criteriologia nondum habent, plurima sive de origine, sive de modis cognoscendi tradunt, ex quibus clarum est ab eis non caece nec mere ob fidem tuendam, sed rationaliter omnino, valorem cognitionis humanae fuisse admissum (2).

3. ***Apud Modernos.*** — Recentioribus saeculis, praesertim a tempore Fr. BACON (1561-1626), quaestiones criteriologicae animos plurimum exagitarunt. Primus inter omnes tractatum specialem de processu methodico cognitionis certae scripsit R. DESCARTES (1596-1650) : *Discours sur la Méthode* (1637), in quo aliquatenus labefactatur fiducia in « data » sensuum. Postea J. LOCKE (1632-1704) in suo opere : *An Essay concerning human Understanding* (1690) negat cognitionem de mundo sensibili ultra probabilitatem posse progredi. G. BERKELEY (1685-1753) integram cognitionem sensibilem rejicit et soli intellectui fidit. Gul. LEIBNIZ (1646-1716), admissis ideis innatis, necessitatem experientiae ad vitam rationalem evolvendam eo ipso negat. David HUME (1711-1776), e contra, rigidum Empirismum professus est. Inter Rationalismum et Empirismum Em. KANT (1724-1804) mediam viam tenens, suum « Criticismum transcendentalem » induxit in triplici *Critica* omnibus nota.

4. ***Apud Hodiernos.*** — Nostris autem diebus, post philosophiae Kantianae latam diffusionem, fera ubique dominatur ea mentis dispositio quae « anti-intellectualismus » (3) appellari consuevit. Hujus dispositionis tres sunt praecipuae expressiones.

---

(1) Sur cet étonnant antiscolastique, voir Joseph LAPPE, *Nicolaus von Autrecourt, sein Leben, seine Philosophie, seine Schriften* (Munster 1908) dans les *Beiträge* de BAEUMKER, t. VI. Une bonne étude précède l'édition critique de ce qui a survécu des écrits de Nicolas. Cf. CHOSSAT, *Dict. de théol. cath.*, art. DIEU, col. 769 *sqq.*

(2) Cf. A. SCHMID, *Erkenntnislehre* (Freiburg-in-Br., Herder 1870), t. I, p. 20.

(3) Sur les causes qui ont contribué à l'avènement de l'anti-intellectualisme, lire CHOSSAT, *art. cit.*, col. 765 *sqq.*

a) Alii multum insistunt in « humanitate » philosophi. Homo, inquiunt, non ducitur solis conceptibus ; utpote animal vivens, habet suos instinctus, affectus subjectivos atque passiones quibus tota ejus cogitandi ratio quasi informatur (RENAN, NIETZSCHE, etc.). Scientia ipsa, non obstantibus methodis experimentalibus, haberi nequit tanquam speculum realitatis. Scientiarum enim cultores vel legibus biologicis subduntur (*lex oeconomiae mentalis :* Denkökonomie, E. MACH), vel necessitatibus ordinis socialis necessario obediunt (sermo, conventio symbolica, etc.). Tota philosophia scientiarum, tanta diligentia nostris diebus exculta, his praeoccupationibus imbuta est (Herm. von HELMHOLTZ, Henr. HERTZ, E. MACH, H. POINCARÉ, P. DUHEM, G. MILHAUD, J. WILBOIS, Ed. LE ROY, P. TANNERY, etc.).

b) Alii instrumenta quibus utitur intellectualismus directe impugnant (sc. sermonem, conceptus, discursus). Contemptus logicae rationalis est quasi tessera philosophiae novae, cum in Gallia (H. BERGSON cum ejus discipulis), tum in Anglia et in America Septentrionali (W. JAMES, F. C. SCHILLER, J. DEWEY, W. SMITH, BREWSTER, WELLS, etc.), tum in Italia (Giovanni PAPINI et scriptores periodici *Leonardo*, Firenzae) (1). Conceptibus, quibus mobilitas rerum ad unitatem immobilem et abstractam redigitur, hi philosophi praeponunt intuitiones directas quibus pluralitas ipsa, singularitas et fluxus activus rerum apprehenduntur (= *Intuitionismus*) (2).

---

(1) MM. G. PAPINI et G. AMENDOLA expriment maintenant leurs idées sur la réalité et sur la vie dans une nouvelle revue intitulée : *L'Anima. Saggi e Giudizi* (Florence Via dei Bardi 6).

(2) Cf. Walter SMITH, *Methods of Knowledge, an Essay in Epistemology*. New York, Macmillan 1899. — « To-day if anything is characterized as *experiential*, *functional* or *dynamic*, that is enough to allow it to pass all the watch-dogs of philosophic criticism, and to characterize anything as *static* is to consign it to the lowermost depths from which no power can rescue it. » Morris R. COHEN, *Journal of Philosophy, Psychology and scientific Methods*, t. VII (21 jul. 1910), p. 408.

c) Alii, imbecillitatem humanae rationis concedentes, ne in ingratum scepticismum incidant, ad voluntatem vel affectus confugiunt, saltem ut veritates ordinis moralis e ruina eripiant (= *Voluntarismus*, *Sentimentalismus*, *Dogmatismus moralis*). His proxime accedunt « Pragmatistae », qui valorem (veritatem) cognitionis ex ejus utilitate ad vitam practice agendam dijudicant (C. Sanders Peirce, W. James, Ferd. Brunetière, Chr. Sigwart, G. Simmel, F. C. Schiller, R. Eucken, Prezzolini, Singer, Remacle, G. Papini, etc.) (1).

His omnibus opponuntur ii philosophi qui censent intellectualismum aristotelicum nullis adhuc validis argumentis everti.

IV. **Tractationis gravitas.** — Aetas nostra est *critica*. Scilicet *a*) nihil admittendum esse statuit quod non sit omni ex parte inconcussum — in quo nihil est profecto quod reprehendatur ; — *b*) omnem veritatem despectui habet quam mens ipsa propriis viribus assecuta non sit (= *auto-*

(1) « Il ne s'agit pas de connaître le monde, mais de le posséder et de le créer. » G. Papini, II^e *Congrès international de Philosophie* (Genève 1904), p. 479. Le paragraphe suivant, du même auteur, est remarquable : « La conception de la philosophie change : Shadworth Hodgson reconnaît, à côté de la philosophie constructive et rationnelle, la philosophie analytique qui recherche le réel immédiat, et M. Bergson arrive à définir la métaphysique « la science qui prétend se passer des symboles ». On veut *faire*, *vivre* la philosophie plutôt que l'écrire. Il est clair que tout cela signifie l'avènement de la vie, de la personnalité, de l'action, du sentiment, c'est-à-dire de ce qui est divers, varié, individuel contre ce qui est unitaire, moniste, universel. On se retrouve encore une fois devant l'éternelle opposition de l'unité et de la diversité, qui revêt formes et noms différents, mais est toujours le grand mot d'ordre de la philosophie et peut-être de l'univers. Cette fois on peut la nommer *l'opposition de l'intuition et du concept*, ou, mieux encore, *de la vie et de l'expression*. » (Les italiques sont de l'auteur). — Voir également sur les tendances épistémologiques actuelles J. Royce, *The problem of truth in the light of recent discussion* dans *Bericht über den III Internationalen Kongress für Philosophie zu Heidelberg 1 bis 5 sept.* 1908 (Heidelberg, Carl Winter 1909), pp. 62-90.

nomia mentis) ; — *c*) nihil censet esse absolute certum, ideoque crisim veritatis semper iterum atque iterum instaurandam esse (= *relativismus*). Nunc temporis criteriologia, seu inquisitio in valorem nostrae cognitionis, ita sollicitat mentes ut philosophia tota ad illam reduci videatur (1).

Vix numerari possunt tractationes ad criteriologiam spectantes, quae continuo vel eduntur in libris aut fasciculis periodicis, vel traduntur ex altis cathedris a philosophiae doctoribus. Neque id injuria accidit ; maximum siquidem elucet momentum criteriologiae, sive spectetur munus ejus, sive ejus redundantia in hominis vitam, cum intellectualem tum moralem atque religiosam.

1. Innata nobis est fiducia quaedam in operationes nostras cognoscitivas ; persuasum est nobis res esse in se eo modo quò eas esse affirmamus. Porro hominis philosophi est causas hujus persuasionis investigare, utrum scilicet sit vana illusio an potius harmonia revera existat inter mundum mentalem (ordinem logicum) et mundum extramentalem (ordinem ontologicum). Hoc autem data opera curat criteriologia.

2. Solutio quaestionis propositae non est res ad ornamentum duntaxat vel oblectamentum animi pertinens ; sed ab ea logice pendent scientia, religio, ethica :

a) Pendet *scientia*. « Sicut apologetica fundamentum theologiae praebet,... ita critica omnibus scientiis fundamentum sternit et tuetur. Sic mathematica, nisi scientia evadat imaginaria, realitatem dimensionum et numerorum et varia principia metaphysica supponere debet. Scientiae vero empiricae, quae de natura anorganica, de plantis, vita psychica, de historia, de linguis agunt, nituntur in veracitate experientiae, in rerum et conceptuum (causae, materiae, virium animae) realitate, in veritate multorum principiorum quibus continuo utuntur... Praesertim vero... philosophia (metaphysica), apologia et theologia... opus

(1) Cf. Mano, *L'Évolution du problème philosophique*, dans *Revue du Clergé français*, 1er mars 1902.

habent ut critica tueatur mentis aptitudinem ad objectivam, praesertim suprasensibilem veritatem cognoscendam (1). » Quod si qui Deum negant aut animae spiritualitatem ; quod si multi Pragmatismo aut Modernismo adhaerent, non potest esse dubium quin id ex praemissis criteriologicis potissimum proveniat (2).

b) Pendet *religio*. Si facultatibus nostris non potest *certo cognosci* de Deo utrum existat, utrumve locutus sit, etc., impossibilis evadit omnis religio. Neque remedium, quod aliqui in dogmatismo morali inveniri existimant, potest esse efficax. Nam homines fundamentum intellectuale postulant vitae suae religiosae, idque jure merito : quis potest reverentiam aut cultum exhibere erga Eum, qui pro intellectu suo non existit, aut saltem non constat existere ? Si qui nihilominus religionem aliquam servant, ii sibi non constant, aliter vivunt ac philosophantur ; caeterum ii paucissimi sunt (3).

---

(1) Donat, *op. cit.*, p. 4.

(2) Cf. Encycl. *Pascendi Dominici gregis* (Pie X, 8 sept. 1907) ; *Revue de Phil.*, mai 1908 ; Mgr Farges, *Revue pratique d'Apologétique*, 15 mars 1911, p. 926, sqq. ; Garrigou-Lagrange, *Dict. Apologétique Jaugey-d'Alès*, art. Dieu, col. 967-1016.

(3) On n'a qu'à lire l'article du P. de la Broise, S. J., dans *Un siècle*, pp. 665-682 (Oudin 1900), et l'on constatera que l'histoire de l'idée religieuse au XIX^e^ siècle se confond pratiquement avec celle des théories de la connaissance. Kant, par exemple, exclut le *noumène* du champ de la science. Or, Dieu est *noumène*. Suivant Hegel et les néo-Kantiens, le noumène est inexistant. Pour les Positivistes, Comte, Littré, Spencer et autres, le métempirique est essentiellement inconnaissable. Or, Dieu est métempirique. Que devient alors la religion ? La religion « est une idée, un sentiment, une création de l'âme humaine altérée d'idéal. Cette idée s'incarnera sous toutes les formes nommées au pluriel « religions », plus parfaitement dans les plus parfaites, d'après les temps et d'après l'état des esprits ; mais elle sera distincte d'elles toutes, et ne s'emprisonnera définitivement dans aucune ; chaque forme religieuse aura son degré de perfection, mais, comme toute autre pensée humaine, elle restera toujours essentiellement relative, et n'atteindra jamais l'absolu » p. 691. Le Modernisme, survenant,

c) Pendet *ethica*. Admisso dubio de legitimitate cognitionis humanae, vel ea ad res empiricas coarctata, incerta statim evadunt principia prima et quae ex eis vim suam accipiunt conclusiones de Deo creante et remuneratore, de vita animae futura et perenni. Nihil proinde relinquitur quod possit esse fundamentum vitae moralis : evanescunt distinctio boni et mali, notio obligationis, sanctionis, responsabilitatis ; manet vita hominis directione et scopo destituta. Imo, rejectis principiis intellectualibus, ducitur homo solis passionibus, concupiscentia nimirum triplici, quae est fons omnium malorum (1).

Inde conclusio practica fluit pro clericis, quos operarios inconfusibiles, recte tractantes verbum veritatis, fieri oportet (2 Tim. 2, 15). Quomodo poterit ille, qui pro Christo legatione fungitur, divinam doctrinam legemque custodire et annuntiare ; quo fructu poterit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere (Tit. 1, 9), si mens ejus

---

n'aura qu'à décrire subtilement le mode selon lequel Dieu est une création de la conscience humaine.

L'Église, au concile du Vatican, voulant sauver la notion d'un Dieu réel, vivant, personnel, ouvre le c. 2 de la Constitution *Dei Filius* par une déclaration épistémologique de caractère nettement réaliste et objectif : « Eadem sancta mater Ecclesia, tenet et docet *Deum*, rerum omnium principium et finem, *naturali humanae rationis lumine e rebus creatis certo cognosci posse*... » DENZINGER, *Enchiridion* [10] (Friburg-im-B., Herder, 1908) n. 1787; cf. n. 1806. Nous avons depuis entendu la même note dans l'Encyclique *Pascendi* et dans le *Motu proprio* du 1er sept. 1910.

(1) Cf. F. PALHORIÈS, *Revue néo-scolastique*, 1910, p. 353 sq. — Certains esprits ont pu se consoler du naufrage de la métaphysique en se disant que la religion, du moins, était sauve. Kant leur paraissait un sauveur. Voici qu'on abandonne la religion. Mais la moralité, reprend-on, n'est pas atteinte : il reste le sentiment du devoir, l'obligation morale, et cela suffit à la société. Hélas ! nous sommes en pleine crise de la morale. C'était à prévoir. « Once persuade men that « objective truth » is beyond their reach, and it will not be long before they draw the only logical inference, that even « moral responsibility » is a fiction. » John WATSON, *The philosophical basis of religion* (Glascow 1907), p. 49 ; cf. M. S. GILLET, O. P., *La valeur éducative de la morale catholique* (Gabalda 1911), c. I.

philosophia certitudinis imbuta non sit ? Nunc enim vix impugnantur singularia dogmata religionis ; verum tota vis objectionum contra fundamentum ipsum omnis veritatis, nempe contra valorem cognitionis, dirigitur.

V. **Scopus et intentio tractatûs.** — Quia conscii sumus res summi momenti a praesenti tractatione dependentes esse, non propterea arbitrari licet criteriologiam nostram *eo animo* institui *ut* res istae serventur incolumes. Nimirum criteriologia debet esse scientia autonoma, suis viribus procedens, quibuslibet praeoccupationibus libera — *eine voraussetzungslose Wissenschaft*. Quare non ita mente exordimur : « Religio catholica est vera, ideoque servanda ; sed servari nequit nisi criteriologia sit dogmatica, objectiva, intellectualis ; ergo... » Hoc esset idem ac aratrum praemittere bovibus : siquidem veritas doctrinae catholicae eatenus constat, quatenus *prius* constiterit rationem humanam aliquid valere, — quod criteriologiae determinandum est. Hinc utrum criteriologia debeat necne esse dogmatica, objectiva, intellectualis, non extrinsece discendum est sed ex principiis ejus intrinsecis.

Profecto nemini, ne ei quidem qui criteriologiae incumbit, interdictum est ne ulla cordis desideria foveat, ne cupiat vg. conclusiones criticae inquisitionis tales fore quae religioni faveant. Hoc, inquam, non est interdictum ; sed omnino interdictum est ne mens, in inquisitione sua, a puro rationis tramite hujusmodi desideriis se abripi sinat. Nunquam licet contra lucem peccare. Quapropter objicienti: « Criteriologia vestra est vitiata, nam conclusiones ejus subordinantur fidei, » respondendum est : « Ostende vitium, ostende peccatum. » Nempe, in demonstratione, non est curandum quid demonstrans *in petto* senserit, sed quid *de facto* demonstraverit.

Ex dictis *duo* sequuntur :

1. Scopus tractatus nostri non est per se *propaedeuticus* nec *apologeticus*, i. e. non intenditur ut praeparatio vel fundamentum alicujus doctrinae sive ethicae sive religiosae.

Problema de valore cognitionis humanae solvemus pro seipso, nullo habito respectu ad consectaria quae ex proposita solutione deduci poterunt.

2. Scopus tractatus nostri non est *polemicus*, sed *irenicus* (i.e. pacificus : εἰρήνη = pax) et *expositivus* : utemur potissimum via inquisitionis, peractaque inquisitione quod inventum est declarabimus. Attamen, fieri nequit ut nihil dicamus de iis quae ab aliis inquisitoribus inventa proponuntur, ubi haec inventa cum nostris non concordant. Quare, data occasione, attente audiemus eos qui nobiscum dissentiunt ; eosque, si errent, non conviciis sed rationibus, ad veritatem adducere conabimur.

VI. **Methodus Criteriologiae.** — Pauca dicenda sunt primo de methodo in genere, dein de methodo in specie, denique de methodo criteriologiae propria.

I. ***De methodo in genere.*** — *Methodus* (μέθοδος ; μετ' ὁδος) generatim est via vel agendi ratio ad aliquem finem assequendum conducens. Homo nullius rei cognitionem perfectam statim obtinet ; sed qualibet re percepta sponte inquirit : quid ? quomodo? propter quid? etc. (1). Ut his quaesitis responsum inveniat, aliquam viam seu methodum tenere debet.

Monent Scholastici communiter ut, in quavis methodo, processus fiat *a*) a noto vel magis noto ad ignotum vel minus notum ; *b*) a notis ad conclusionem proxime sequentem, ita ut nullibi fiat saltus ; *c*) tandem ut singulae conclusiones cum omnibus antecedentibus cohaereant. Easdem fere leges paulo aliter expressas tradit R. DESCARTES in *Discours de la méthode*, 2ª part. et in suis *Reg. ad directionem ingenii*. Addenda sunt duo principia : « Ignorantia modi non tollit certitudinem facti » ; « Non est derelinquenda veritas evidens, licet menti non appareat qua ratione

(1) « Omnis manifestatio qua ens causatum manifestat seipsum est aliqualiter imperfecta, ideoque inquietativa et excitativa curiositatis, qua quaeratur causa propter quam est. » Sylv. MAURUS, *Quaestiones Philosophicae*, *q. I ad* 3 (ed. Liberatore : Bloud 1876), t. I, p. 118.

conciliari possit cum alia veritate pariter evidenti (1). »

II. *De methodo in specie*. (2). — Pro diversa indole objectorum de quibus quaestiones moventur vel mediorum quae adhiberi possunt, diversae distinguuntur methodi :

1. Qui solutionem problematis quaerit, vel interrogat doctos, vel propria industria utitur : in priori casu, ei qui docet *methodus doctrinae ;* in altero casu, ei qui quaerit *methodus inquisitionis* erit adhibenda.

2. Res quaesita vel deduci logice potest ex jam notis (i. e. ex « datis », mediantibus postulatis et axiomatibus), vel non potest : si primum, adhibetur *methodus rationalis* seu *deductiva ;* si alterum, *methodus observationis* (empirica) seu *inductiva*.

Nota : Nonnunquam prior dicitur *synthetica*, posterior vero *analytica*. At immerito : in utraque enim methodo, tum synthesis tum analysis, licet diverso gradu, usu veniunt (3).

---

(1) « La première règle de notre logique, c'est qu'il ne faut jamais abandonner les vérités une fois connues, quelque difficulté qui survienne quand on veut les concilier ; mais qu'il faut, au contraire, pour ainsi parler, tenir fortement les deux bouts de la chaîne, quoiqu'on ne voie pas toujours le milieu par où l'enchaînement se continue. » Bossuet, *Traité du libre arbitre*, c. 4. Exemple : « ... la difficulté de concilier l'immutabilité divine et la liberté divine ne doit (pas) nous faire douter de ces deux attributs, s'ils sont, chacun de leur côté, logiquement déduits. Si, en suivant rigoureusement les règles de la méthode, nous arrivons à des obscurités, nous devons penser qu'elles recouvrent en réalité un mystère et non pas une contradiction ». Garrigou-Lagrange, *Dict. Apol. Jaugey-d'Alès*, art. Dieu, col. 1001.

(2) Voir : *De la méthode dans les sciences* (Alcan : I^e^ série ^5^ 1910, II^e^ série 1911) ; É. Rabier, *Logique* ^5^ (Hachette 1903) ; L. Liard, *Logique* ^7^ (Masson, s. d.), l. 2^e^ ; Ch. Lahr, S. J., *Cours de Philosophie* ^11^ (Beauchesne 1911), t. I, pp. 459-546.

(3) « On distingue communément deux méthodes scientifiques, celle des sciences rationnelles : la synthèse, celle des sciences d'observation ou d'expérience : l'analyse. Cette distinction est fondée, en ce sens que la synthèse est le caractère *saillant* du premier groupe de sciences, et l'analyse celui du second. Mais aucun des deux caractères n'appartient, d'une façon exclusive, à aucun des deux groupes. Les axiomes, qui sont à la base des sciences rationnelles, s'appuient

3. *Methodus observationis*, pro varia indole rerum, quae observantur, vel est *experimentalis* stricto sensu, vel *psychologica* (= *introspectiva*).

III. ***De methodo criteriologiae.*** — 1. Adhibenda est *methodus observationis*, et quidem cum ei qui docet, tum ei qui discit : valor enim objectivus cognitionis humanae nequit ex jam notis vel « datis » per solam deductionem concludi.

2. Adhibenda est autem *methodus psychologica* seu *introspectio* : nam cognitio vel status certitudinis, utpote res animo interna (factum psychicum), nequit sensibus externis aut instrumentorum apparatu attingi. Quapropter confugiendum erit ad reflectionem seu introspectionem. Magistri igitur erit eam in audientibus internam explorationem promovere quae eos ad veritatem detegendam ducat (1). Pessimus hac in re esset modus agendi auctoritativus.

3. Methodus *psychologica*, ut suum scopum assequatur, debet esse cum *subjectiva*, qua sc. subjectum facta psychologica in sua ipsius conscientia considerat, tum *objectiva*, qua subjectum non jam directe in se, sed indirecte in aliis hominibus, facta psychologica observat, quatenus ea externe se produnt sive loquela, sive scriptis, sive tota agendi ratione (2).

Inspectis factis cum internis tum externis, statui demum poterunt conclusiones seu leges generales. Cavendum est autem quam maxime ne, in analysi factorum internorum,

---

inévitablement sur quelques observations élémentaires. Les résultats obtenus par l'analyse et par l'induction dans les sciences positives préparent des déductions synthétiques. La méthode scientifique est donc, en définitive, *unique : inductivo-déductive, analytico-synthétique.* » D. Mercier, *Logique* ⁴ (Louvain 1905), p. 370.

(1) S. Th., *de Ver.*, 11. 1.

(2) Voir les notions générales dans Ch. Lahr, *ouv. cité*, t. I, 22-32, et une application concrète de la méthode objective dans B. Lafaye, *Dictionnaire des synonymes de la langue française*⁶ (Hachette 1893), Introd. p. LXX *sqq.*

paulatim autosuggestione quadam inconscia, ea videre videamur quae volumus videre propterea quia quadrant cum sententiis jam ab initio receptis.

Nota : Methodus quae philosophiam incipit cum investigatione vel analysi genetica et critica factorum conscientiae a multis appellari solet *Methodus Immanentiae ;* a qua toto coelo differt *theoria* vel *systema Immanentiae* (1).

VII. **Divisio rei tractandae.** — In criteriologia quaeritur *utrum quidquam cognoscamus,* et postea, si responsum fuerit affirmative, *quasnam res cognoscamus. Cognoscere,* ex consueto usu vocabuli, est aliquid ita mente apprehendere ut ei nonnulla praedicata (attributa) tribui possint, quae ei revera conveniunt. Cum hominibus persuasum sit cognosci a se res multas, eas nempe omnes quas judiciis certis enuntiant, dicendum erit utrum hujusmodi persuasio sit legitima et in quibusnam casibus.

Ad *primam* quaestionem solvendam, analysis certitudinis psychologicae instituenda erit, ex qua evidenter constabit inter certitudines spontaneas existere multas, quae 1) ab objectis determinantur, et 2) objectis sunt conformes. Ulterius progredientes *secundae* respondebimus : applicato criterio in priori parte reperto ad varios ordines certitudinum, quibus vita intellectualis constat, manifestum fiet certitudines experientia (interna et externa), deductione, inductione, testimonio, comparatas, servatis conditionibus debitis, esse objectivas et veras.

Tota igitur tractatio ita potest commode distribui :

Ia PARS : De valore logico certitudinis.

C. I. *Psychologia certitudinis.*
C. II. *Problema criteriologicum : methodus solutionis.*
C. III. *Problema criteriologicum : objectivitas.*
C. IV. *Criterium : evidentia objecti.*
C. V. *Problema criteriologicum : veritas.*
C. VI. *De certitudine erronea.*

(1) Cf. Mano, *art. cit.*, p. 62, note 1 ; Wehrlé, *La méthode d'immanence* (Bloud 1911).

IIa PARS : De revisione certitudinum.

C. I. *De experientia interna, seu Conscientia.*
C. II. *De experientia externa.*
C. III. *De cognitione mentis : deductio, inductio.*
C. IV. *De fide et testimonio.*

Conclusio generalis.

VIII. **Auctores.** — Completam indicationem bibliographicam dare vix possibile est, neque id, ad scopum nostrum quod attinet, necessarium est. Quoniam accessus ad opera non gallica difficilis esse solet, ea opera hic consulto omissa sunt. Inter opera citata, alia ad criteriologiam generalem pertinent, alia ad criteriologiam specialem, alia punctum aliquod determinatum tractant.

Specialem mentionem merentur libri Em. Cⁱˡˢ Mercier : *Critériologie générale* ⁶, Louvain 1911 (¹); — *Les Origines de*

(1) Nous recommandons chaudement cet ouvrage. Malgré de réels défauts de composition, nous n'hésitons pas à le dire magistral. Avec Mgr Mercier, aujourd'hui cardinal et archevêque de Malines, la jeune Critériologie a décidément atteint l'âge de raison. L'édition de la *Critério'ogie générale* de 1899, la première imprimée, est en réalité la troisième. Elle avait été précédée de deux éditions lithographiées (1884 et 1889, Louvain, Peeters). Ces deux éditions mises dans le commerce à plusieurs centaines d'exemplaires ne semblent pas avoir eu beaucoup de retentissement. Mgr Mercier constate cependant que plusieurs auteurs lui ont fait l'honneur de le suivre en plus d'un point, sans lui faire celui de le citer (Préface à l'éd. de 1899). L'édition de 1899 ne contient que la *Critériologie générale* ou *Théorie générale de la certitude*. La *Critériologie spéciale*, dont on trouve des ébauches dans les premières éditions lithographiées, et qui a souvent été promise, n'a pas encore paru. Une 4e éd. de la *Critériologie générale* a paru en en 1900 ; une 5e en 1906 ; une 6e et dernière en 1911. Signalons encore, dans le même ordre d'idées, l'excellent *Traité élémentaire de Philosophie à l'usage des classes*, 2 vol. (3e éd. Louvain 1911) ; la *Psychologie*, la *Critériologie*, l'*Ontologie*, la *Logique* sont du cardinal Mercier. Il existe de ces divers ouvrages des traductions allemande, anglaise, italienne, espagnole, portugaise, polonaise et même arabe. Ce qui prouve, au surplus, que tout arrive, même la justice.

la Psychologie contemporaine [2], Ib. 1908. Easdem doctrinas propugnant : Mgr. SENTROUL, *L'Objet de la Métaphysique selon Kant et selon Aristote*, Louvain 1905 ; — J. HALLEUX, *Les Principes du Positivisme contemporain*, Alcan, s. d. ; — Th. FONTAINE, *De la sensation et de la pensée*, Louvain 1885 ; — E. JANSSENS, *Le Néo-Criticisme de Charles Renouvier*, Alcan 1904. — His adnumerari debent dissertationes quae a schola Lovaniensi, in *Revue Néo-Scolastique*, quater per annum in lucem eduntur ; de re criteriologica optime scribit praesertim L. NOËL. Utilia etiam tradunt : KLEUTGEN, *La Philosophie Scolastique*, 4 vol. (trad. Sierp), Gaume 1868-1870 ; — LIBERATORE, *De la connaissance intellectuelle* (trad. F. Deshayes), Berche et Tralin 1885 ; — C^al^ ZIGLIARA, *Œuvres Philosophiques*, t. III, *De la lumière intellectuelle et de l'Ontologisme* (trad. Murgue) Lyon, Vitte 1881 ; — Abbé de BROGLIE, *Le Positivisme et la science expérimentale*, 2 vol., Palmé 1881 ; — A. van WEDDINGEN, *Les bases de l'objectivité de la connaissance dans le monde de la spontanéité et de la réflexion*, dans les Mémoires couronnés de l'Académie de Belgique t. XLII, Bruxelles 1889 ; — E. PEILLAUBE, *La théorie des Concepts*, Lethielleux 1895 ; — GARDAIR, *La connaissance*, Ib. 1895 ; — Cl. PIAT, *L'Idée* ou *Critique du Kantisme* [2], Poussielgue 1901 ; — ID., *L'insuffisance des philosophies de l'intuition*, Plon 1908 ; — Mgr FARGES, *La Crise de la certitude, étude des bases de la connaissance et de la croyance*, Berche et Tralin 1907 ; — VALLET, *Les fondements de la connaissance et de la croyance*, Lethielleux 1905 ; — DOMET DE VORGES, *La Perception et la Psychologie thomiste*, Roger et Chernoviz 1892 ; — Abbé DEHOVE, *Essai critique sur le réalisme thomiste comparé à l'idéalisme Kantien*, Lille, Giard 1907 ; — L. OLLÉ-LAPRUNE, *La certitude morale* [3], Belin 1905 ; — ID., *La Raison et le Rationalisme*, Plon 1906 ; — P. BAUDIN, *La Philosophie de la Foi chez Newman*, dans *Revue de Philosophie*, juin.-oct. 1906 ; — J. REY, *La philosophie de M. Balfour*, Lethielleux 1896 ; — J. de TONQUÉDEC, *La Notion de Vérité dans la « Philosophie*

nouvelle », Beauchesne 1908 ; — A. de la Barre, *Certitudes scientifiques et certitudes philosophiques*, Bloud 1897 ; — L. Bailly, *Qu'est-ce que la Science ?* ib. 1906 ; — P. Rousselot, *L'Intellectualisme de saint Thomas*, Alcan 1908 ; — R. Garrigou-Lagrange, *Le Sens commun, la Philosophie de l'être et les Formules dogmatiques*, Beauchesne 1909. Inter libros manuales, multa continent quae ad rem nostram faciunt : Ch. Lahr, *Cours de Philosophie* [11], 2 vol., Beauchesne 1911 et G. Sortais, *Traité de Philosophie* [4], 2 vol., Lethielleux 1911. — Clarum est auctores modo citatos neque esse ejusdem meriti, neque sibi succedere secundum ordinem meritorum.

Optima quandoque exhibent fasciculi periodici : *Revue de philosophie*, *Revue Néo-Scolastique*, *Revue Thomiste*, *Revue des Sciences philosophiques et théologiques*, *Revue de Métaphysique et de Morale* (X. Léon), *Revue Philosophique* (Th. Ribot), *Annales de Philosophie chrétienne*, *Revue du Clergé français*, etc. ; etiam Dictionaria rerum religiosarum : *Dictionnaire de théologie catholique*, vg. art. *Certitude* (abbé — nunc Mgr — Chollet), *Croyance* (R. P. Harent) ; *Dictionnaire Apologétique Jaugey-d'Alès*, vg. art. *Certitude* (P. Gény), *Criticisme Kantien* (Aug. Valensin), *Dieu* (R. Garrigou-Lagrange), *Foi*, *Fidéisme* (J. V. Bainvel), *Idéalisme* (H. Dehove), etc.

Confitendum est libros, praesertim vero philosophicos, eatenus esse utiles ad legendum quatenus mentem ad cogitandum et reflectendum excitant. Sapientis nempe non est admittere quidquam quia *aliquis* illud dixit, sed quia id quod dictum est innotescit tanquam verum. Inter auctores qui, licet nequeant pro ducibus et magistris teneri, animum nihilominus, cum objectionibus quas afferunt tum assertionibus a nostris dissidentibus, a naturali suo torpore excitant et ad criticam exercendam impellunt, citari debent :

J. H. Newman (1), *Grammaire de l'Assentiment* [2] (trad.

(1) On trouvera parfaitement expliquées par L.de Grandmaison, *Études*, 5 jan. 1907, pp. 39-69, les raisons pour lesquelles le cardinal

M^me^ Gaston Paris), Bloud 1907 ; — A. J. Balfour, *Les bases de la croyance* (trad. G. Art), Montgredien 1896 ; — Ferd. Brunetière, *Après une visite au Vatican* (2), *Les bases de la Croyance* (dans *Questions Actuelles*, Perrin) ; *Le Besoin de croire* (dans *Discours de Combat*, 1re série, Perrin) ; *les Raisons actuelles de croire* (3) (dans *Discours de combat*, n^lle^ série), *Les Difficultés de croire*, *Le Dogme et la libre-pensée* (*Discours de combat*, dernière série) ; Id., *Sur les chemins de la croyance*. 1re Étape : *L'Utilisation du Positivisme* [5], Perrin 1903 ; — G. Fonsegrive, *Le Catholicisme et la Vie de l'esprit*, Lecoffre 1899 ; — Id., *Essais sur la connaissance*, ib., 1909 ; — A. Leclère, *Essai critique sur le droit d'affirmer*, Alcan 1901 ; — Id., *Pragmatisme*, *Modernisme*, *Protestantisme*, Bloud 1909 ; — P. Hermant et A. van de Waele, *Les principales théories de la logique contemporaine*, Alcan 1909 ; J. Payot, *De la croyance*, Alcan 1895 ; — V. Brochard, *de l'Erreur* [2], Alcan 1897 ; — Sully Prudhomme, *Que sais-je* ? Lemerre 1896 ; — etc., etc.

Nota : Ut dictum est supra, libri hanc utilitatem praestare possunt quod legentem ad cogitandum impellunt, — in quo cum vivis conveniunt magistris. Quodsi quis igitur, absque libris et solo magistro duce satis cogitat, absolute loquendo potest in criteriologia addiscenda abstinere a quavis lectione ; attamen, si velit commercium habere cum hominibus sui temporis, necesse est pauca saltem, ex libris majoris momenti, legat.

J. H. Newman ne peut, malgré d'éminentes qualités, être tenu pour un guide absolument sûr .

(2) Cet article paru d'abord dans la *Revue des Deux Mondes*, 1er janvier 1895, fut ensuite publié en brochure, avec de nombreuses notes, chez Didot 1895, sous ce titre : *La Science et la Religion*.

(3) Se trouve également dans la coll. *Science et Religion*, augmenté d'une Préface et de notes. Bloud 1902.

PARS PRIMA

DE VALORE LOGICO CERTITUDINIS

CAPUT I

PSYCHOLOGIA CERTITUDINIS

Recta methodus postulat ut exordium inquisitionis criticae desumatur ab iis quae sunt nobis magis nota. Nihil autem homini cuique magis notum est quam proprium sui *Ego*, non utique in sua natura sed in suis actibus consciis. Ab his igitur actibus incipiendum est. Scopus hujus capitis est inducere nos ad problema criticum instituendum, et ita quidem ut problema ex factis ipsis observatis quasi sponte sua exoriatur. Hinc omnia facta, de quibus in hoc capite agitur, sunt extra quaestionem posita, siquidem ad quaestiones ponendas ducunt ; proptereaque nondum ad Criteriologiam stricte dictam pertinent sed ad psychologiam. Utilitas imo necessitas hujus praeviae partis psychologicae non est cur pluribus defendatur (1).

Distinguemus primo *factum* certitudinis ex signo quo a caeteris factis internis differt (TH. I) ; deinde *diversas classes* certitudinum discernemus, elemento distinctionis desumpto *a*) vel ex certitudinis origine : intuitione, deductione, etc. (TH. II), vel *b*) ex directo interventu vel non-

(1) Tout acte de connaissance, dit W. Wundt, étant d'abord un acte psychique, relève d'abord de la psychologie. « Jeder Erkenntnisakt zunächst ein empirisch gegebener geistiger Vorgang ist, der daher auch seinem tatsächlichen Charakter nach vor das Forum der Psychologie kommt, ehe er von der Erkenntnislehre selbst auf die ihm zustehende Bedeutung für den allgemeinen Prozess der Entwicklung des Wissens geprüft werden kann. » *Einleitung in die Philosophie* [3] (Leipzig, Engelmann, 1904), p. 81. Cf. L. NOËL, *Rev. Néo-scol.*, 1910, p. 233.

interventu voluntatis (TH. III), vel *c*) ex certitudinum majori aut minori diffusione apud homines (TH. IV). Tandem videbimus (TH. V) hoc esse commune certitudinibus quod omnes habentur ab hominibus pro objectivis et veris : haec TH. V^{a} erit complementum I^{ae}.

THESIS I^{a}

Methodo introspectionis adhibita, unusquisque conscius est existere in se statum mentis, cum a dubio, tum ab opinione etiam maxime probabili, omnino diversum, qui certitudo appellatur.

Auctores

S. TH., *de Ver.*, 14,1 : 3 *Dist.* 23 q. 2, a. 2 ; — MERCIER, *Crit. gén*^{le}., pp. 5-14 ; 34 sqq ; *Appendice*, p. 390 sqq ; — Ed. HUGON, O. P., *La lumière et la foi* (Lethielleux 1903), p. 58 sqq ; — Scholastici recentiores, in sua Logica, sive ubi de variis statibus mentis agunt, sive ubi inculcant repugnantiam physicam et metaphysicam Scepticismi quem «universalem» appellant, nempe hujusmodi qui etiam de existentia certitudinis spontaneae dubitaret.

Praenotanda

I. **Scopus thesis.** — Thesis eo tendit ut statuat factum de cujus significatione postea litigium erit. Omnis inquisitio, quae de re qualibet scientifice instituitur ex factis exploratis proficisci debet. Quaestioni *quid sit* oportet praemittatur quaestio *an sit*. Antequam igitur solvatur quaestio : num certitudo, de qua frequens est sermo apud homines, *objectiva* sit an *subjectiva*, stabiliendum est omnino num certitudo sit aliquid revera existens, aliqua realitas sui generis, an mera vox aut anilis fabula (1).

(1) « Il est de bonne logique de s'inquiéter d'abord de la question *an sit* avant de s'appliquer à la question *quomodo sit*. Au moyen âge, on avait inventé la cause par antipéristase pour expliquer comment le soleil s'y prenait pour refroidir les sources en été. On aurait évité de risibles débats sur une question *quomodo sit*, si un bon thermomètre eût décidé d'avance la question *an sit* » Th. de RÉGNON, S. J., *Bannézianisme et Molinisme* (Retaux 1890), p. 21.

II. De methodo introspectionis. — Cf. supra PRAEAM. VI. — Mihi conscius sum multorum actuum et statuum internorum : hoc est factum. Ex. gr. Video, loquor, rideo, comedo, bibo, etc. et simul scio me videre, me loqui, ridere, comedere, bibere, etc. Facultas consciendi seu apprehendendi facta psychica dicitur *conscientia* (*cum-scientia*), et operatio qua apprehenduntur dicitur *reflectio* vel *introspectio*. Revera apprehendi facta interna non est ambigendum. Vanae sunt igitur objectiones quas Aug. COMTE (1) et discipuli ejus contra valorem introspectionis movent : nam contra factum nullum valet argumentum. Methodus introspectionis quae per multos annos contemptui fuit, nunc, suadente praesertim americano W. JAMES (2), iterum laudibus effertur. Criteriologia, utpote quae ope introspectionis fiat, est scientia admodum personalis : est enim quasi aedificium in proprio fundo, propriis, ut ita dicam, lapidibus propriaque industria constructum. Hic introspectionem accipimus ut factum ; de modo scilicet quo sit psychologice explicanda nihil dicimus, neque id ad nos pertinet.

III. Delimitatio thesis. — Thesis exhibet partialem descriptionem conscientiae :

a) ***Existit certitudo.*** — Agitur de facto psychologico, semota quavis interpretatione. De frequentia hujus facti, de ejus origine (intuitio, discursus, inductio, etc.), de causis ejus motivis (instinctus, voluntas, res a subjecto distincta), de ejus valore ac momento in vita humana, de ejus essentia seu elemento constitutivo (« perspicientia » nexus, aut actus subsequens) nihil dicitur. Mere observatur factum ut existens, et prout distinctum se prodit a caeteris statibus

---

(1) « On ne peut partager son esprit en deux parties, dont l'une agit tandis que l'autre la regarde faire. » A. COMTE, Lettre à Valat, 24 sept. 1819. Cf. *Cours de Philosophie positive*, 1re leçon, p. 30, sqq. — Il est à noter que les reproches adressés à l'introspection tendent généralement à prouver qu'elle nous renseigne mal sur nos états affectifs, mais non sur nos états représentatifs.

(2) Cf. L. NOËL, *William James*, *Rev. Néo-scol.*, 1911, p. 34 sqq.

mentis. — Utrum certitudo, de qua in thesi, sit scientiae an fidei ; utrum sit metaphysica, physica, moralis, etc. nondum curamus.

b) ***Certitudo spontanea.*** — Certitudo, de qua agitur, licet possit esse de rebus subtilibus et laboriosis (vg. de mathematica sublimiori), ea est quae antevertit inquisitionem criticam saltem methodice et philosophice institutam, appellaturque *certitudo spontanea. Naturalis* etiam dicitur, vel *primitiva* aut *vulgaris*, quia oritur ex naturali facultatum exercitio, et proinde apud omnes naturam humanam habentes reperitur. — Utrum praeterea admittenda sit certitudo *reflexa*, *philosophica*, *scientifica*, postea dicetur.

c) ***Certitudo ut status mentis.*** — Nonnulli inter modernos contendunt certitudinem omnem determinari voluntate vel instinctibus, vg. DESCARTES, MALEBRANCHE, RENOUVIER, PAYOT. Attamen non propterea negant in ea comprehendi tanquam elementum essentiale aliquem statum mentalem. Cf. DESCARTES, *Principes de la philosophie*, n. 32-34. Quare, quoad hanc etiam partem, thesis nostra adversarios non habet.

IV. **Demonstratio thesis.** — Tria notari oportet :

a) Thesis non proprie demonstratur, sed — quod multo melius est — *monstratur*. Nimirum, nequit in criteriologia adhiberi via deductiva vel argumentativa, sed via ostensiva et quidem per observationem internam (1).

b) Demonstratio debet esse *personalis*, sc. magister quidem explicat signis (vocabulis) id quod ipse interne facit ut in seipso detegat statum certitudinis ; sed audientis est non tantum intelligere verba magistri eaque accipere

(1) « Sie (i.e.die Erkenntnistheorie) beweist nicht, sondern zeigt das im Bewusstsein vorhandene. » Johann VOLKELT, *Erfahrung und Denken*, p. 38 ; cf. p. 39 sqq. « M. KAUFFMANN meint, die Erkenntnistheorie sei keine folgernde oder beweisende, sondern eine aufzeigende und darlegende Wissenschaft (*Fundam. der Erk. ;* so auch HUSSERL, *Logische Untersuchungen*, II, p. 20 sq). » Dr Rudolf EISLER, *Wörterbuch*... t. I, p. 327.

ut confessionem aliquam psychologicam, verum debet audiens facere ipse, dum magister loquitur, easdem operationes internas ac magister.

c) Thesis demonstratur observatione sui sc. introspectione, ut dictum est. Sed introspectione duplex series factorum innotescit : nam introspiciens vel intuetur *seipsum* ut certum, sc. certitudines habens, vel intuetur seipsum ut certitudinem habens de existentia *aliorum hominum*, qui et ipsi certitudines habent. Prout introspiciens intuetur directe seipsum vel alios homines, ejus operatio dici potest *observatio subjectiva* vel *observatio objectiva*.

DEMONSTRATIO

Tres partes quibus constat thesis eodem modo ostenduntur, sc. observatione subjectiva et objectiva. Attamen singulas partes, majoris claritatis gratia, disjungimus.

Ia PARS : Existit certitudo.

I. **Observatio subjectiva.** — Unusquisque in se reflexione psychologica introspiciens, non tantum distinguit facta physiologica a psychologicis (1); nec tantum in ipsis factis psychologicis distinguit actus repraesentativos ab actibus affectivis et conativis (2); sed in ipso ordine repraesentationis conscius est se non esse semper in eodem statu. Propositis enim duabus ideis objectivis, aliquando accidit ut mens maneat suspensa inter utramque contradictionis partem (sc. affirmationem et negationem) ; vel ut uni parti adhaereat, cum formidine tamen de alterius veritate ; vel ut adhaereat firmiter, exclusa quavis errandi formidine. Primus status vocatur *dubium*, secundus *opinio*, tertius *certitudo*. Ex. gr. dubito num animalia vivant in planetis ; opinor Romam a Romulo conditam esse ; certus sum me

(1) Cf. Ch. Lahr, *op. cit.*, t. I, p. 19 sq.
(2) *Ibid.*, p. 37.

existere, videre, audire, olfacere, etc. ; certus sum solem et terram non esse nihil, alios homines existere, loqui, etc. Cf. S. Th., *de Ver.*, 14. 1 (1).

Nota : Voces *dubium*, *opinio*, *certitudo*, ideo selectae fuerunt prae aliis signis oralibus, quae excogitari potuissent, quia apte describunt ipsa sua structura etymologica realitates, sc. status internos, quas designant (2).

II. **Observatio objectiva.** — Quid alii homines sentiant cognosci potest duplici modo : ex eorum dictis (aut scriptis) et ex eorum agendi ratione. Jamvero utroque modo homines manifestant sibi proprie dictas certitudines inesse.

a) ***Dictis.*** — Homines omnium nationum vocabulum *certitudo* (aut aequivalens) non tantum saepissime usurpant, verum etiam aperte fatentur se hac voce statum animi significare quo assertis quibusdam adhaerent firmiter, i. e. sine metu erroris. Crebro dicunt : *certus sum*, *certo scio*, *pro certo teneo*, *certior factus sum*, *certitudinem hac de re habeo* (3), vg. de existentia mundi, plantarum, animalium, etc. Haec autem cum affirmant, non profecto suspensionem animi exprimunt, nec meram suspicionem seu inclinatio-

(1) Dans cet art. I, trop long pour être reproduit ici, saint Thomas nous fait assister à une admirable séance d'exploration interne.

(2) Une étude linguistique des mots *dubium*, *opinio*, *certitudo*, *fides*, etc., serait d'un grand secours pour l'analyse psychologique des états d'esprits que ces mots représentent. Un travail de ce genre a été esquissé par le C^{al} Mercier, au sujet du mot *dubium* (*loc. cit.*). L. Ollé-Laprune (*La Raison et le Rationalisme*, p. 11 sqq) donne quelques indications sur le mot *certum*. *Certum*, c'est ce qui est jugé, c'est-à-dire *tranché*, *décidé* par le juge après qu'il a examiné attentivement le pour et le contre : κρίνειν, κριτής. Juger (κρίνειν), c'est prononcer sur ce qui est, non pas d'une manière quelconque, mais en connaissance de cause ; juger, c'est *discerner*, prononcer avec *discernement*, c'est-à-dire après avoir vu (*cerno*) et bien vu (*dis-cerno*). La sentence intérieure est : *hoc est certum ;* la sentence promulguée, c'est le *decretum*. — *Certitudo*, la certitude, est l'état de celui qui a jugé en connaissance de cause. Il resterait à compléter ces notions manifestement trop sommaires.

(3) Cf. B. Lafaye, *Dict. des syn.*, p. 87 sqq.

nem ad judicium ferendum, nec assensum aliquem cum errandi formidine conjunctum, sed proprie dictam certitudinem.

Neque excipiendi sunt Sceptici. Nemo scepticus, in quocumque tempore vitae suae sumatur — neque PYRRHO, neque SEXTUS EMPIRICUS, neque MONTAIGNE, neque DESCARTES, neque KANT, neque FICHTE, neque J. STUART MILL, neque JOUFFROY, neque ullus alius — adhuc inventus est qui dubitaverit de existentia factorum internorum et praesertim status certitudinis. « Ut... post Tullium narrat Augustinus, l. II *contra Academicos*, c. 5, et Ep. 118 (al. 56) *ad Dioscorum*, c. 3, de motivo seu criterio quo verum a falso determinaretur, tota sicut apud recentiores ita et apud antiquos philosophos erat quaestio ; *consequenter non de certitudine vulgari sed scientifica* (1). »

---

(1) Cfr. Th. M. ZIGLIARA, *Summa philosophica* [4], (Lyon 1882), t. I, p. 189. — « Le débat qui s'est périodiquement reproduit dans l'histoire des idées entre le Scepticisme et le Dogmatisme témoigne, à lui seul, de l'existence de ces deux états (doute, certitude) dans lesquels peut se trouver la conscience humaine. » Cfr. MERCIER, *Crit. gén.*, p. 6. — Cf. J. BALMÈS, *Philosophie fondamentale*, l. I, c. 2.

Qu'il n'y ait « jamais eu de pyrrhonien effectif parfait » (PASCAL, *Pensées*, éd. Brunschvicg, 434), les scolastiques — beaucoup d'entre eux — le prouvent en montrant que cela est impossible. Il serait intéressant de rejoindre cette conclusion par l'histoire, c'est-à-dire en se référant au témoignage de ceux-là même qui passent pour sceptiques. Écoutons, en attendant, SEXTUS EMPIRICUS et J. STUART MILL.

« Ceux qui reprochent aux sceptiques de supprimer même les apparences, ceux-là ne me semblent pas avoir compris notre langage. Nous éprouvons des impressions, qui agissent sur notre imagination et entraînent bon gré mal gré notre assentiment ; ces impressions nous ne songeons aucunement à les nier : mais ce sont des apparences (τά φαινόμενα). Lorsque nous cherchons à savoir si un sujet donné (τὸ ὑποκείμενον) est tel qu'il nous apparaît, évidemment nous accordons le fait qu'il nous apparaît (cf. LAERT. IX. 103); le litige ne porte pas sur l'apparence de la chose, mais sur ce qui affirmé de la chose qui apparaît... Ainsi, le miel nous paraît doux au goût : nous concédons cela, car nous avons la sensation de doux (cf. LAERT. IX. 105) ; mais nous nous demandons si cela est doux

b) ***Agendi ratione.*** — Tota vita sua manifestant homines certitudines suas : — I. *Vita physica* : vg. homo seminat, plantat, rigat, etc. : hoc sane non faceret nisi certum haberet sine suo labore segetes nullas esse obventuras ; item fugiens ignem pro certo tenet ignem comburere ; manducans et bibens certum habet sine victu et potu vires non refici, etc. Verum est bruta etiam animalia comedere, bibere, ignem fugere, etc., cum tamen omni certitudine careant. Sed animalia ab ipso auctore naturae sunt determinata ad unum et solis moventur instinctibus. Homo vero dominium sui habet, seipsum dirigit cognitione sua, et quidem certa ; tandem instinctibus suis resistere potest.

II. *Vita morali :* homo se gerit ut ens morale, sciens discrimen inter bonum et malum, gaudens juribus et officiis, agens contra proprias cupiditates et obediens legibus. Atqui haec omnia supponunt in homine cognitiones ita certas ut de iis dubium nullum existat : etenim, si lex esset subjective dubia, nulla oriretur obligatio moralis (1). Si nihil homini certum esset, periret scopus et causa vivendi (2).

Sceptici, ut quisque videt et ipsi concedunt, vg. D.

---

aussi au tribunal de la raison (i. e. si la raison peut affirmer en droit qu'il existe quelque chose de doux). Ce qui est en question ce n'est donc pas le phénomène, mais ce qui est affirmé du phénomène. Si nous posons des problèmes au sujet des choses apparentes, ce n'est pas parce que nous voulons supprimer les apparences, mais nous voulons humilier la témérité dogmatique » *Hypotyposes Pyrrhonianae*, l. I, c. 10.

« On peut considérer les faits de conscience à deux points de vue, ou bien comme témoignant de leur propre existence idéale ou phénoménale, ou comme témoignant de l'existence objective de quelque autre chose au-delà. Croire à la première interprétation, ce n'est pas la même chose que de croire à la seconde. *On ne peut repousser la première ;* on peut fort bien repousser la seconde. » J. Stuart Mill, *La Philosophie de Hamilton* (trad. Cazelles, chez Alcan), p. 149.

(1) Cf. S. Th., *de Ver.*, 17, 3 ; — S. Alph. Lig., *Systema Morale* l. I, n. 76.

(2) Cf. M. Sérol, *Le besoin et le devoir religieux* (Beauchesne 1908), pp. 29-34.

Hume (1). Th. Jouffroy (2), etc. non secus se gerunt ac dogmatici ; quare, si quis existimet eos hoc ipso argumento confutatos esse, ille ignorat elenchon.

IIa PARS : Certitudo est status mentis.

Hoc jam constat ex peracta analysi conscientiae, siquidem facta affectiva distinguuntur a factis repraesentativis. Attamen, quia in certitudine elementa quaedam ordinis affectivi commixta sunt, quaeri potest utrum certitudo potius status mentis dicenda sit quam status cordis vel voluntatis.

I. *Concedimus* omnino — id enim exploratum est observatione cum subjectiva tum objectiva — cum certitudine conjungi varios affectus, qui certitudinem vel praecedunt, vel comitantur, vel subsequuntur (3). Adest scilicet pax, quies, securitas, tranquillitas, imo nonnunquam delectatio etiam sensibilis. Hujusmodi motus oriuntur vel ex ipso exercitio facultatis intellectivae (4), vel ex indole objecti cogniti (5).

II. Sed *negamus* elementa ordinis affectivi cum certitudine ipsa posse confundi. Etenim :

1. Quies mentis, seu « determinatio ad unum » diversa est a quiete appetitus qua homo fruitur cognitione adepta : nam quies mentis adest in omni certitudine, utpote elementum ejus essentiale ; quies autem appetitus non semper adest, vg. quando res certo cognita displicet.

2. In certitudine duo objecta (sc. subjectum et praedicatum) menti sunt praesentia, eorumque identitas judicio firmiter affirmatur, vel e contra firmiter negatur. Porro affirmatio et negatio non sunt actus tendentiae alicujus, et

---

(1) Cf. *A treatise of human nature*, Book I, Part IV, Sect. I et II.

(2) Cf. *Mélanges philosophiques* ² (Paris, Ladrange 1838), *Le Scepticisme*, pp. 209-221.

(3) Cf. S. Th. *de Ver.*, 14. 1. ad 3.

(4) S. Th., 1-2, q. 31 a. 1 ad 1 ; — Ch. Lahr, *op. cit.*, t. I, p. 48; — Cal Mercier, *Crit. gén.*, p 11 sq.

(5) S. Th., I q. 80 a. 1.

proinde non pertinent ad voluntatem. — Idem confirmatur ex synonymia : nempe certitudo idem valet ac *cognitio certa*, *scientia certa*, etc. Jamvero *cognitio* et *scientia* ad actus affectivos reduci nequeunt.

3. Si certitudo esset aliquis status affectivus sequeretur leges vitae affectivae. Sunt autem affectiones de se instabiles et fugaces ; et proinde omnes certitudines pariter instabiles et fugaces esse deberent. Sed observatione propria et aliena novimus existere certitudines maxime firmas, vg. 2 + 2 = 4, existit aliquid praeter meipsum, etc. Hujusmodi igitur certitudines non sunt status affectivi.

III[a] PARS : Certitudo essentialiter differt a dubio et ab opinione.

Haec etiam pars jam nota est ex analysi in I[a] p. instituta. Attamen, quia nonnunquam difficile scitur utrum persuasio aliqua sit vere certitudo an maxima probabilitas, quaeri potest in quo praecise jaceat discrimen inter utrumque statum.

I. *Concedimus* — id enim cum e nostra tum ex aliorum experientia constat — homines in vita sua quotidiana maxime duci probabilitate, quam pro certitudine habent et quae eis ad vivendum saepe sufficit (1).

II. Sed *negamus* cum probabilitate etiam maxima posse confundi certitudinem. Quod ex sequentibus considerationibus patebit.

1. Formido errandi est elementum commune et dubio et opinioni. Haec ipsa formido saepe vocatur *dubium* (= ratio dubitandi), quod distinguitur duplex : *prudens*, si ratio dubitandi vel adhaesionem firmam prohibens tam gravis est ut mereatur approbationem viri prudentis ; secus est *imprudens*.

2. Item, si adhaesio mentis praestatur ob rationem

(1) Cf. Lepidi, O. P., *Elementa Philosophiae christianae* (Paris, Louvain 1875), t. I, p. 318 ; — C[al] Mercier, *Logique* [4], p. 241.

quae sit prudens, licet non excludat omnem timorem erroris, opinio sic orta dicitur *probabilis ;* dicitur vero *maxime probabilis*, si ratio adhaerendi est maxime prudens, i. e. si periculum errandi valde remotum apparet.

3. Sed dubium prudens iterum est duplex : *a*) *logice* seu *speculative prudens ; b*) *moraliter* seu *practice prudens.* Ex. gr. dubium de crastino ortu solis est speculative prudens : nam ratio speculativa dubitandi vere adest, quae non potest removeri nisi quis revelationem a Deo acceperit ; sed est simul practice imprudens : si quis enim practice dubitaret de ortu crastino solis, ille imprudens ab omnibus haberetur, et moraliter culpandus esset. In hoc igitur casu habetur certitudo *practica*, quae etiam « *prudentialis* » appellatur.

4. Hinc in certitudine practica, quae non est aliud quam maxima probabilitas, excluditur dubium practice prudens, non autem speculative prudens. At in certitudine stricte dicta excluditur omne dubium prudens, etiam speculativum.

Nota : Ubi agitur de solo licito vel illicito, lex speculative dubia est practice nulla (= *Probabilismus ethicus*).

Corollarium I. — Post institutam explorationem conscientiae, sequentes definitiones jure statui possunt :

1. *Certitudo* est (*a*) actus vel status mentis (*b*) quo mens adhaeret judiciis quibusdam sive affirmativis sive negativis (*c*) sine formidine errandi.

2. *Dubium* est actus vel status mentis, quo mens manet suspensa (= non adhaeret) ob formidinem. — Deficit elementum (*b*) et (*c*).

3. *Opinio* est actus vel status mentis, quo mens adhaeret, sed cum formidine errandi. — Deficit elementum (*c*).

Corollarium II. — Ex thesi clarum est in ordine cognitionis spontaneae nullos existere scepticos, sc. tales qui certitudinem etiam ut factum conscientiae in dubium vertant. Quare terendum non est tempus in hujusmodi

adversariis fingendis fugandisque « ut species quaedam verae pugnae habeatur, qua philosophorum ingenia solent exerceri (1). » Quin potius convertatur acies mentis in eos scepticos qui, certitudinem ut factum psychologicum admittentes, de ejus valore objectivo dubitant ; hi enim existunt atque confutari debent.

Scholion : *De Ignorantia et Errore.*

Status mentis ille est in quo homo conscius est se versari relate ad terminos (sc. subjectum et praedicatum) menti suae praesentes. Hinc ignorantia et error non sunt status mentis. Nam

a) In *ignorantia,* vel termini propositionis non sunt menti praesentes, vel si sunt menti praesentes et *ignoratur* utrum conveniant necne, jam habetur suspensio judicii, seu dubium. Distingui solet (2) mera *nescientia* (= absentia scientiae) et *ignorantia* (= privatio scientiae), quae est invincibilis vel vincibilis, affectata, crassa, supina, etc. Cf. Auctores Ethicae.

b) ***Error,*** statim ac fit conscius, desinit esse error. Quamdiu autem inconscius manet, pro eo qui certus est, non est error sed veritas existimata. In hoc enim mens errat quod ut verum habet id quod verum non est.

Difficultates.

Exercitationis gratia, objectiones sequentes vel aliae similes in disputationibus scholasticis afferri poterunt.

---

(1) Ces paroles sont du P. Palmieri, *Inst. Phil.* (Romae 1874), t. I, p. 133. Au reste, tout le passage mérite d'être rapporté : « Scepticus universalis reapse nullus unquam exstitit ; ratio est quia hoc repugnat. Quaeres proinde : quorsum ergo haec Thesis, quae adversarios impugnat, qui nec sunt nec esse possunt ? Respondeo : non eo spectare Thesim ut aliqui refellantur : sed ut ostendatur universalem dubitationem repugnare. Quia vero quidam visi sunt hanc universalem dubitationem verbis profiteri, contra hos veluti adversarios impugnatio dirigitur, ut species quaedam verae pugnae habeatur, qua philosophorum ingenia solent exerceri. »

(2) Cf. S. Th., 1-2 q. 76 a. 2.

Ejusmodi exercitationes maxime conferunt ad theses enucleandas et ad animum philosophicum efformandum. Solutio difficultatum latet, ut plurimum, in ipsa thesis expositione.

1. Ut homo se possit in vita dirigere sufficit (de facto et de jure) certitudo moralis, quae nihil est nisi maxima probabilitas.— 2. Certitudo est quies mentis in aliquo objecto; sed in hac vita mens naturaliter est curiosa, ideoque nunquam quieta. — 3. Si certitudo esset status mentis humanae, nullibi essent sceptici ; existunt autem homines qui interroganti num certi sint de aliqua re respondent se non omnino certos esse. — 4. Caeterum ex eo quod homines dicunt se esse certos nihil sequitur ; eodem enim modo dicunt interdum se esse aegrotos vel ingenio praestantes,etc. cum tamen non sint. — 5. De facto saepe homines errant in rebus quas certo se scire profitebantur ; certi igitur non erant.—6. Certitudo est cumulus probabilitatum ; sed probabilitates, etiam cumulatim sumptae, semper sunt probabilitates (1). — 7. Ex eo quod homines modo determinato agunt male concluditur eis certitudines inesse. Nam bruta modo determinato agunt, vg. aranea texit retia ad venandas muscas, etc. et tamen carent certitudinibus. — 8. Saltem certitudo non est status mentis. Est enim assensus talis qui formidinem errandi excludat ; sed formidare voluntatis est, ergo non formidare ad voluntatem pertinet (2). — 9. Absentia formidinis est qualitas ipsius assensus : sed quomodo fieri potest ut qualitas sit in voluntate et assensus, cujus est qualitas, sit in intellectu ! — 10. Dicitur : *certissime* amo te, *certo* mane adveniet, lapis sibi relictus *certo* cadet deorsum. Hinc certitudo nequit esse status mentis (3).

Sommaire. — Cette Th. I, si légère ou si enfantine qu'elle paraisse, n'en est pas moins considérable. Elle pose un fait *et introduit une* mé--

(1) Cf. P. Remer, S. J., *Praelect. phil. Schol.* (Prati 1895), t. I, p. 151.
(2) Id., p. 149.
(3) Cf. S. Th., *de Ver.* q. 6, a. 3 ; 2-2, q. 18 a. 4.

thode. *L'introspection, si décriée, nous découvre un monde immense; elle est la grande lumière en critériologie. Tout n'est pas chaos dans la conscience ; un regard attentif permet d'en dresser l'inventaire et d'y opérer des classements ; faits représentatifs, faits affectifs, faits conatifs. La* Certitude *est un phénomène irréductible ; elle se différencie du* doute *et de* l'opinion *par d'incontestables traits distinctifs. Le doute est une suspension d'esprit, l'opinion est un assentiment imparfait, la certitude est un jugement ferme, excluant toute crainte d'errer. Je suis* certain *d'exister, que* $2 + 2 = 4$, *que je ne suis pas seul au monde, etc.*

THESIS II[a]

Certitudines quas habet, homo acquirit vel experientia (I) vel analysi (II) vel inductione (III) vel testimonio (IV).

Praenotanda

I. Scopus thesis. — In thesi antecedenti notionem claram status certitudinis acquisivimus ex elementis quae illum distinguunt hinc a factis physiologicis, inde a caeteris factis psychologicis et repraesentativis. Nunc autem, ut ejusdem status notio distincta evadat, ulterior analysis requiritur, quae in hac et in sequentibus thesibus instituetur. Necesse est ut determinetur *quidnam sint* certitudines spontaneae priusquam investigetur *quid valeant.*

Porro vel levissime reflectenti constat certitudines oriri in nobis (sc. non innatas esse), et quidem non semper eodem modo oriri. Inspectis igitur operationibus ex quibus certitudo resultat, aliqua statim certitudinum partitio statui poterit. Hae certitudines omnes examini critico postea, in II[a] parte nostri tractatus, subjicientur ; quare breviter hic attingi possunt.

II. Delimitatio thesis. — Tria animadvertantur :

1. Agimus unice de iis operationibus mentis ex quibus *immediate* resultat certitudo seu status ille in quo mens judicat absque errandi formidine ; non autem de aliis quae judicia certa remote praeparant, vg. sensatio, abstractio qua formantur ideae, associatio idearum, collaboratio imaginationis et memoriae, attentio, meditatio, etc. quae

in vita spontanea, seu prae-philosophica, modo spontaneo fiunt.

2. Praeterea agimus unice de operationibus intellectu elicitis, sive sub influxu voluntatis fiant sive non.

3. Tandem non affirmamus hominibus etiam incultis inesse cognitionem reflexam et distinctam operationum (vg. deductionis, inductionis) quibus certi fiunt. Aliquam tamen harum operationum cognitionem, sc. directam et confusam, ab eis non prorsus abesse ex eo patet quod, accedente analysi, haec cognitio potest fieri reflexa et distincta.

Thesis, sicuti jacet, ab omnibus fere admittitur, saltem in sua parte positiva, licet alii aliis verbis utantur.

DEMONSTRATIO

Duplex pars distingui potest in thesi : *positiva*, sc. certitudo acquiritur uno ex supradictis modis ; — *negativa* seu *exclusiva*, sc. non existit quintus modus quo possit oriri certitudo.

Iª PARS : Positiva.

I. **Observatio subjectiva.** — Plura nos introspectio docet :

a) Postquam sensus externus in actum prorumpit, vg. quando oculus aliquid vidit, ex. gr. *hominem ;* et postquam, sensatione peracta, productum est in imaginatione phantasma hominis percepti, ejusdem hominis repraesentatio intellectualis in mente oritur : quae dicitur *verbum*, vel *idea hominis*.

b) Deinde, postquam habita est idea hominis, comparatur haec idea cum aliis ideis quae jam antea acquisitae sunt vel postea demum obtinentur, vg. *mortale*, *saxum ;* comparatione tandem instituta, judicium fertur, et quidem sine ulla errandi formidine : *homo est mortalis*, *homo non est saxum*. Scilicet formatur propositio in qua prima idea est subjectum et secunda praedicatum. Judicium est affirmativum vel negativum prout affirmatur vel negatur identitas aut convenientia secundae cum prima.

c) Jamvero praedicatum convenire subjecto non semper eodem modo innotescit menti ; et proinde, pro diversitate modi hujus, judicium certum erit diversum et diversa nomina accipiet.

1. ***Judicia experientiae.*** — Aliquando accidit ut mens praedicatum tribuat subjecto, quia illud experientia sive interna sive externa reperit convenire subjecto, vg. Ego cogito, existo, sol ardet, haec aqua est calida, Petrus currit, etc. — Haec sunt judicia *experientiae* vel *existentiae*, quae dicuntur etiam judicia *ordinis realis*. Alia sunt immediata, vg. Ego existo ; alia sunt mediata, vg. Deus existit.

Omnia hujusmodi judicia nobis apparent tanquam *synthetica :* nam in conceptu ideali seu abstracto qualicumque exhibetur essentia rei tantum, quae realem existentiam non postulat. Ita vg. judicium : « Petrus existit » est syntheticum : praedicatum « existit » non est desumptum ex ipsa analysi essentiae Petri, sed aliunde, sc. experientia sive propria sive aliena testimonio accepta. Item si dico : « Aqua ista est calida » : ad hoc judicium ferendum non moveor conceptu seu « esse ideali » aquae, sed ex eo quod experior calorem aquae hic et nunc existentem (1).

2. ***Judicia analytica.*** — Aliquando accidit ut ex ipsa analysi subjecti perspiciat mens in eo contineri praedicatum, vel rationem aliquam quae praedicatum ostendit in subjecto contineri vg. $2 + 2 = 4$; totum est majus sua parte ; triangulus tres angulos habet. — Haec judicia

(1) Cf. CORNOLDI, S.J., *Instit. Phil. Specul.* (Bononiae 1878), pp. 30 et 56. — Même le jugement : *Dieu existe* est synthétique, parce que ce n'est pas de l'idée de Dieu, de l'Être le plus parfait qui se puisse concevoir, que je tire l'existence de Dieu, mais d'une réalité expérimentalement constatée, et qui exige un Dieu existant comme raison suffisante dernière de son être contingent. « Que *Dieu soit* est métaphysiquement nécessaire, mais le jugement *Dieu est* n'est pas cependant d'ordre idéal, parce que nous ne pouvons connaître l'existence de Dieu que dépendamment de l'examen des choses existantes et à raison de leur existence. Ce n'est qu'après cela que nous pouvons connaître l'existence de Dieu comme nécessaire en soi. » C. SENTROUL, *Revue Thomiste*, 1907, p. 494, note 1.

dicuntur *analytica*. Alia sunt *immediata* (i.e. absque medio termino obtenta) vg. prima principia (identitatis, contradictionis, exclusi medii, rationis sufficientis, etc) ; alia sunt *mediata* (i.e. ope medii termini obtenta) vg. conclusiones ex primis principiis deductae : sic « anguli in triangulo aequales sunt duobus rectis », etc.

Nota : Apud Scholasticos, facultas quae intuetur principia dicitur *intellectus ;* facultas qua deducuntur conclusiones dicitur *ratio* et complexus conclusionum dicitur *scientia*. Ita S. Thomas : « Certitudo quae est in scientia (i. e. in judiciis deductis) et in intellectu (i. e. in judiciis immediatis) est ex ipsa evidentia eorum quae certa esse dicuntur » *I Dist.* 3 *q.* 2 *a.* 2. — Discrimen inter scientiam et experientiam in eo jacet quod in scientia attingitur objectum ideale, abstractum (= natura absolute spectata), dum in experientia attingitur res ipsa concreta vel effectus rei.

3. ***Judicia inductiva.*** — Quandoque non videt quidem mens praedicatum inter notas quae constituunt essentiam subjecti ; attamen ex factis particularibus in quibus, variatis rerum adjunctis, observatum est praedicatum *de facto* convenisse subjecto, mens concludit cum certitudine praedicatum illud *de jure*, seu ex lege essentiali subjecto convenire. Ex. gr. : *ignis a b c d... urit ;* ergo *ignis urit.* Vel : *aqua a b c d...* composita est ex *hydrogenio a′ b′ c′ d′...* et *oxygenio a″ b″ c″ d″...* in proportione ponderali unius ad octo ; ergo *aqua* composita est ex hydrogenio et oxygenio in dicta proportione (1). — Hujusmodi conclusiones dicuntur *judicia inductionis* vel *inductiva*.

---

(1) Il va de soi que dans *ignis a b c d... urit*, je ne définis pas : *ignis* = *ce qui brûle ;* la généralisation inductive ne s'opère pas par simple suppression des désignations singulières *a b c d*. Je procède comme il suit : *ce quelque chose* que je vois de mes yeux et qui se produit dans la nature à la suite de tels antécédents, je l'appelle *feu*. Or, je constate que cette réalité, appelée feu, *brûle ;* je dis : cette réalité *a* brûle. Mais la réalité *b*, ayant mêmes apparences et mêmes antécédents, brûle aussi ; de même, la réalité *c*, *d*, etc. Je conclus : *la réalité*, ayant telles apparences, tels antécédents, etc. *brûle, a la propriété de brûler*. C'est l'induction. Le feu n'est pas feu, parce qu'il brûle, mais il brûle parce qu'il est feu, c'est-à-dire parce qu'il a telle nature. — De même dans l'exemple : l'eau *a b c d* est H^1O;

Duplex distinguitur inductio : alia *vulgaris*, qua homines vulgi ex concursu quopiam factorum legem valde indeterminatam concludunt : vg. cometes est signum belli imminentis vel superabundantis vindemiae ; ex temporibus lunae pendet serenitas coeli, fecunditas terrae ; corpora sibi relicta cadunt, etc. ; — alia *scientifica*, qua scientiarum cultores, post multa experimenta methodice instituta, legem sat determinatam inferunt, ubi relatio inter facta essentialis reperta est, eamque ad facta similia extendunt (1).

---

donc l'eau est H^2O. Dans les cas *a b c d*, je prends des propriétés de l'eau autres que sa composition chimique.

Cela est parfaitement clair, si je considère les lois de la chute des corps. « J'abandonne une pierre que je tenais entre les doigts : elle tombe ; j'abandonne de même un morceau de métal, un morceau de bois : ils tombent ; je renverse un vase plein d'eau : le liquide s'écoule — Dans l'air, une balle de plomb et une balle de liège tombent avec des vitesses inégales ; dans le vide elles tombent avec une même vitesse. — Au pôle, à l'équateur, entre le pôle et l'équateur, la ligne suivie par les corps qui tombent est perpendiculaire à la surface des eaux tranquilles, et, si on la prolongeait, elle rencontrerait le centre de la terre. — Un corps qui tombe librement parcourt dans des temps égaux consécutifs des espaces trois fois, cinq fois plus grands. Voilà les faits. — Voici la loi (d'induction) : Tous les corps tombent vers le centre de la terre avec des vitesses qui croissent proportionnellement aux temps écoulés depuis l'origine de la chute. » L. Liard, *La Science positive et la Métaphysique*⁵ (Alcan 1905) p. 4. — Il est évident que lorsque je dis : le *corps a b c d*... tombe, je ne définis pas : *corps* = *ce qui tombe*.

(1) Cf. E. Rayot, *Cours complet de Philosophie* ⁵ (Delalain 1907), p. 190. On ne saurait se dispenser de citer ici la page classique où Macaulay démontre que l'on *induisait* avant Bacon.

« The inductive method has been practised ever since the beginning of the world by every human being. It is constantly practised by the most ignorant clown, by the most thoughtless schoolboy, by the very child at the breast. That method leads the clown to the conclusion that if he sows barley he shall not reap wheat. By that method the schoolboy learns that a cloudy day is the best for catching trout. The very infant, we imagine, is led by induction to expect milk from his mother or nurse, and none from his father. » *Political and Philosophical Essays* — *Lord* Bacon. Voir la traduction française de G. Guizot (Paris 1862), p. 205. La même idée se trouve également développée par Th. Huxley, *Collected Essays*, t. II, p. 361.

Judicia inductiva sunt quidem synthetica ; nihilominus non sunt mere contingentia (1). Etenim mediante inductione ad universalitatem evecta sunt ; et ideo, licet non sint absolute necessaria, sicut judicia analytica, sunt tamen hypothetice necessaria, sc. tamdiu valent quamdiu nullum intercedit miraculum a Deo patratum.

4. ***Judicia fidei.*** — Quandoque mens tribuit subjecto praedicatum quod neque experientia neque analysi neque inductione, sed solummodo auctoritate testis fide digni, comperit convenire subjecto : vg. Augustus Romae regnavit, Christus surrexit a mortuis, etc. — Haec dicuntur *judicia fidei* vel *certitudines fidei.*

Duplex est testimonium : *divinum* et *humanum ;* et id quod traditur est vel *veritas* aliqua (= fides dogmatica), vel *factum* aliquod (= fides historica) : vg. Deus est unus in essentia et trinus in personis ; Christus mortuus est in cruce, sub Pontio Pilato, etc. — In certitudine fidei neque veritas neque factum est in se evidens ; sed creditur utrumque ob solam auctoritatem testis.

II. **Observatio objectiva.** — Omnes homines generatim, ut constat ex eorum sermone vel ex libris conscriptis, admittunt certitudines quas habent sibi provenire una ex quatuor viis supra descriptis. Multa de hac materia dici possent ; sed res ampliori declaratione non indiget.

IIª PARS : Negativa.

I. Th. Reid, V. Cousin, aliique multi nostrae aetatis philosophi, praeter judicia in 1ª p. enumerata, alia extollunt, sc. *intuitiva*, in quibus nulla comparatio aut reflexio intercederet. Si credatur his auctoribus, mens ante judicia reflexa, alia format, quibus immediate attingitur non idea abstracta sed res ipsa existens, vg. existo, ambulo, hoc est album, etc... Dicunt in judicio « existo » affirmari mente

(1) Sur les jugements *synthétiques, analytiques, nécessaires, a priori,* on lira avec profit : Cal Mercier, *Logique* 4, pp. 144 sqq.

non nexum identitatis inter subjectum Ego et factum existentiae, sed apprehendi directa intuitione Ego ipsum existens (1).

Concedimus τὸ Ego, saltem in suis actibus, esse objectum directae intuitionis ; sed hujusmodi intuitio non nisi per abusum vocis vocari potest judicium. Essentiale enim videtur esse judicio ut sit *compositio* quaedam vel *divisio* ; quod profecto absque praevia analysi et comparatione elementorum objecti directe apprehensi fieri nequit.

II. Associationistae angli existere contendunt ratiocinia in quibus transitus fiat non ex universali ad particulare, nec ex particularibus ad universale, sed ex particulari ad particulare.

Hujusmodi illatio ex particulari ad particulare existere videtur praesertim in infantibus ; attamen haec non est illatio proprie dicta sed mera associatio imaginum. De facto, reperitur etiam in animalibus brutis, vg. viso baculo quo semel verberatus est, canis aufugit ; operationem qua canis ad fugiendum movetur S. Thomas vocat « judicium virtuale (2). »

Nota : Quod ad scopum nostrum attinet, 2ª pars thesis vix est ullius momenti. Nam certitudines eo fine hic describuntur ut possit postea earum justificatio, quantum fieri potest, institui. Ut patet, qui plures certitudines possidet. is plures habebit justificandas ; qui pauciores, pauciores.

Scholion : *De Scientiis.*

Inter certitudines, quae supradictis viis obtinentur, aliae sunt inconnexae aut incompactae, aliae vero cum aliis cohaerent et complexus quosdam ordinatos efformant qui *scientiae* appellantur.

De rebus singularibus nulla existit scientia ; incipit scilicet scientia cum *abstractione*, proindeque pro diverso

(1) Cf. Rayot, *op. cit.*, p. 182 *sq.*

(2) Cf. Cal Mercier, *Crit. gén.*, p. 274 *sqq* ; — P. Malapert, *Leçons de Philosophie*, (Juven 1908), t. I, p. 305.

gradu abstractionis magnae oriuntur scientiae divisiones. Nota est gradatio ab ARISTOTELE statuta (*Met. X*, c. III).

1. *In primo gradu*, fit abstractio a materia sensibili *individuali ;* id quod sic attingitur est *natura physica* absolute spectata, sc. omissis determinationibus quibus constituitur individua. Ita oriuntur *scientiae physicae et naturales* (= scientiae observationis).

2. *In secundo gradu*, fit abstractio a materia sensibili non tantum individuali sed etiam communi ; id quod sic attingitur est *quantitas continua aut discreta* (intelligibilis). Ita oriuntur *scientiae mathematicae* (= scientiae exactae).

3. *In tertio gradu*, fit abstractio ab omni materia sive sensibili sive intelligibili ; id quod sic obtinetur est *ens in quantum ens* et proprietates ejus. Ita oritur *metaphysica*, quae est aut *generalis* aut *specialis* (= scientiae philosophicae) (1).

Separatam partitionem constituit *Historia*, quae est cognitio rerum ex auctoritate. Historia non potest dici scientia nisi latiori sensu (2).

---

(1) Cf. C^{al} MERCIER, *Logique*^{4}, pp. 23-33 ; E. PEILLAUBE, *Dict. de théol. cath.* art. *Ame*, col. 1035.

(2) Les divisions ci-dessus indiquées sont extrêmement générales; ce sont d'immenses provinces, comprenant à leur tour des départements, des arrondissements, des cantons, etc. Prenons, par exemple, *l'Histoire*. Pour explorer ce domaine, le 2^{e} *Congrès international des sciences historiques* tenu à Berlin, 5-12 avril 1908, ne comptait pas moins de *huit sections ;* 1° Histoire de l'Orient ; 2° la Grèce et Rome ; 3° Histoire politique du moyen âge et de la période moderne ; 4° Histoire de la civilisation et des idées (Kultur-und Geistesgeschichte) du moyen âge et des temps modernes, avec une subdivision pour l'histoire des sciences naturelles ; 5° Histoire du droit et des institutions économiques ; 6° Histoire ecclésiastique ; 7° Archéologie, histoire de l'art médiéval et moderne ; 8° Sciences auxiliaires de l'histoire (Archives et bibliothèques, Chronologie, Diplomatique, Épigraphie, Généalogie, Géographie historique, Héraldique, Numismatique, Paléographie, Sphragistique). — On voit combien il serait chimérique de vouloir faire le compte de nos certitudes, puisque celles de l'ordre historique — où tout, certes, n'est point certain — sont, à elles seules, incalculables.

Difficultates.

1. Homines in vita communi conscii non sunt operationum quibus ad statum certitudinis perveniunt. R. d. Homines reflectentes, n. ; non reflectentes, sd. ; conscii non sunt conscientia reflexa, c ; directa, n. — 2. Nullo modo conscii sunt deductionis. Nam forma obvia deductionis est syllogismus ; sed homines neque syllogismos faciunt, neque regulas syllogismi suspicantur. — 3. Apud homines inductio non producit stricte dictam certitudinem. — 4. Neque viri scientifici plene credunt inductioni : *a*) in ea adhibenda, certitudinem practicam inveniunt, non speculativam ; *b*) cum de essentiis rerum non curent, non possunt legem inductionis ex illis essentiis repetere. — 5. Neque testimonium suppeditat hominibus stricte dictam certitudinem ; si quis enim, factum vel veritatem enuntians alieno testimonio acceptam, objectionibus premitur, generatim respondet : Oh ! repeto tantum id quod mihi dictum est, etc.

Sommaire. — *La certitude est un terme universel, donc abstrait. Avant d'instituer sur la certitude un débat sévère, il importe que ce terme soit pour nous concret, « réel », vivant. Que représente-t-il ? — La certitude, ce sont des données expérimentales : je souffre, j'aime, je vois, j'entends, etc. ; ce sont des conclusions appuyées sur ces données : Dieu existe, j'ai une âme, qui est immortelle, etc. ; ce sont des intuitions idéales : 1 = 1, le tout est plus grand que la partie ; ce sont des déductions : les trois angles d'un triangle sont égaux à deux droits ; ce sont des inductions, provenant de généralisations d'expériences ; ce sont, enfin, des informations sûres, obtenues par ouï-dire.*

Ces certitudes ne flottent pas éparses dans la conscience. Les connaissances relatives à un même objet formel se groupent en îlots distincts, qui sont les sciences. *Un triple degré d'abstraction permet la division des sciences en Physique, Mathématique, Métaphysique. Les modernes préfèrent la division en* (1) *sciences mathématiques* (2) *sciences physiques* (3) *sciences morales.*

THESIS III[a]

Status certitudinis quandoque oritur necessario (I), quandoque vero dependenter a libera hominis voluntate (II).

Auctores

S. Th., *de Ver.*, 14, 1 ; 3 *Sent.* D. 23 q. 2 a. 2, *sol.* 1 ; 1-2 q. 17 a. 6 ; 1-2 q. 9 a. 1, etc. — Inter recentes scholasticos : T. Pesch, *Institutiones logicales* (Frib-im-B., Herder 1889), t. I, p. 145 sqq, 578, 587 ; t. II, p. 405 sqq ; — Palmieri, *op. cit.*, t. I, p. 215 ; — Tongiorgi, *Instit. Phil.* (Palmé 1862), t. I, n, 691 ; — Schiffini, *Principia Philosophica* [1] (Augustae Taurinorum, 1892), n. 303-306 ; (1) — Remer, *op. cit.*, t. I, n. 73-76, etc. — Theologi multa scripserunt de re praesenti, sive in Tractatu *de Fide*, sive in Tractatu de *Virtutibus infusis*, sive etiam in aliis tractatibus. Quoniam autem in his multa sunt *theologice* dicta, ab eis citandis abstinendum censuimus.

Inter libros gallicos qui de re nostra tractant citari debent : J. V. Bainvel, *La foi et l'acte de foi* [2] (Lethielleux 1908) ; — Gardeil, *La Crédibilité et l'Apologétique* (Gabalda 1908) ; — M. Cathebinet, *Le rôle de la volonté dans l'acte de foi* (Brignais 1908) ; — Th. Heitz, *Essai historique sur les rapports de la philosophie et de la foi* (Gabalda 1909) ; — Tournebize, *Du doute à la foi* (Bloud, coll. *Science et Religion*) c. 3 et 4 ; — Mallet, *Qu'est-ce que la foi ?* (ib., 1907) ; — P. Charles, *La Foi* (ib., 1910).

Insignia quaedam inveniuntur in *Dict. de théol. cath.* (Vacant-Mangenot) : v. g. *Apologétique* (Maisonneuve); — *Crédibilité* (Gardeil) ; — *Croyance* (Harent) ; — in *Dict. Apologétique* (Jaugey-d'Alès) : vg. art. *Apologétique* (Le Bachelet) ; — *Foi, Fidéisme* (Bainvel).

Inter articulos, quorum ingens numerus existit, recentiores sunt : L. Baille, *Études*, 1902, t. III, p. 755 ; — Bainvel, *Rev. prat. d'Apologétique*, mai, juin, août, novembre 1908 ; — J. Lebreton, *Études*, 1908, t. IV, p. 731 et sqq ; — P. Rousselot, *Les Yeux de la foi*, in *Recherches de Science Religieuse*, t. I (1910), pp. 241, 444 ; — Hugueny, *Revue Thomiste*, mai 1909, oct. 1910 ; — Lagae, *ib.* août, oct. 1910 ; — Richard, *ib.*, oct. 1910 ; — A. de Poulpiquet, *Revue des Sciences Philos. et Théol.*, 20 juillet 1910, etc.

Inter ascholasticos, etsi non possunt in omnibus probari, citandi

---

(1) Le P. Schiffini (n. 305) appelle la certitude nécessaire « certitudo evidentiae », et la certitude libre « certitudo inevidentiae ». D'autres auteurs parlent de *certitudo intuitiva* vel *veritatis*, par opposition à *certitudo credibilitatis* vel *admissibilitatis*, etc. Mais cette terminologie est prise de l'*objet*, vu dans un cas (*evidentia*), non vu dans l'autre (*inevidentia*). Nous ne pouvons l'employer à cet endroit-ci de notre traité, puisque nous ignorons encore si les certitudes sont autre chose que des phénomènes subjectifs.

sunt : H. Newman, *Grammaire de l'Assentiment* ; — L. Ollé-Laprune, *Le Certitude morale* ; — J. Payot, *de la Croyance* ; — C. Bos, *Psychologie de la Croyance* (Alcan 1902) ; — É. Rabier, *Psychologie* [6], p. 270 ; — P. Janet, *Principes de Métaphysique et de Psychologie* (Delagrave 1897), t. II, p. 467 sqq ; — etc.

Praenotanda

I. **Scopus thesis.** — Thesis ulteriorem conscientiae explorationem instituit, in qua partitio nova certitudinum detegitur. Nimirum certitudines innotescunt nobis, aliae tanquam necessariae, aliae tanquam liberae. C[lis] Mercier in sua « *Critériologie générale* » problema criticum restringit ad « judicia scientiae », i. e. universalia et necessaria, in quibus scilicet efformandis voluntas partes directas non habet. Attamen, quoniam de statu generali certitudinis agitur, qui etiam habetur in « judiciis fidei », haec judicia non videntur posse omitti.

II. **Status opinionum.** — A. Certitudines *necessarias* admittunt philosophi omnes paucis exceptis. Pro Cartesio, intellectus ostendit synthesim faciendam aut negandam inter terminos sibi praesentes ; voluntas autem ei consentit vel dissentit, et in hoc consistit judicium certum (1). Idem sentiunt N. Malebranche aliique Cartesiani. — Pro Renouvier, Lequier et multis neo-Kantianis judicium ferre essentialiter pendet a voluntate magis minusve libera (= *Voluntarismus*) (2).

B. Aliquas certitudines *liberas* admittunt etiam omnes, exceptis Deterministis qui omnem libertatem e mundo tollunt.

Attamen, ubi agitur de definiendis partibus voluntatis, maxima viget auctorum diversitas. Quatuor praecipuae sunt sententiae :

---

(1) « Assurer, nier, douter, sont des façons différentes de vouloir ». Descartes, *Médit.* IV, 9.

(2) Cf. J. Payot, *La Croyance*, Préambule : la certitude n'est qu'une espèce du genre croyance, pp. 1-11 ; Essence de la croyance. La croyance identique à la volonté, l. II, c. 1.

I^a Sententia : — Alii, ex eo quod voluntas non possit ipsa videre nec directe efficere ut mens videat, *tenent actionem voluntatis esse remotam et indirectam tantum*, in eoque consistere quod voluntas 1) applicat mentem ad considerationem objecti 2) in objecto subobscuro eam attentam facit motivis claris adhaerendi, caeteris repudiatis 3) in objecto cupiditatibus contrario passiones cohibet et sub jugum rationis redigit (1).

Alii, praeter hujusmodi actionem, *aliam et quidem proximam atque directam* defendunt, talem nempe ex qua immediate resultat assensus ipse intellectualis, et non tantum actus assensum vel praeparantes vel stabilientes. Sed iterum discrepant in explicanda actione voluntatis directa ; et sic duae novae sententiae ad primam accedunt.

II^a Sententia. — Alii distinguunt inter credibilitatem vel admissibilitatem objecti et ipsam adhaesionem objecto. — In hac sententia, potest accidere ut homines certo videant esse credendum vel adhaerendum, et nihilominus non credant. Ut credant, requiritur actio voluntatis, quae assensum imperet (2).

III^a Sententia. — Alii praefatam distinctionem rejiciunt, et proinde docent perceptionem credibilitatis et confessionem veritatis esse unum et idem. — In hac igitur sententia, qui vident esse credendum vel adhaerendum, ii necessario credunt vel adhaerent. At, ut videant esse credendum requiritur apta dispositio subjecti seu bona voluntas, quae a subjecto pendet. Praeterea, ubi agitur de objecto ordinis supernaturalis, nemo videre potest esse credendum nisi adjutus Dei gratia illuminante ; et iterum

---

(1) Cf. HARENT, *art. cit.*, col., 2387 ; — L. ROURE, *Doctrines et Problèmes* (Retaux 1900), p. 281, 295.

(2) « Il importe de ne pas confondre l'assentiment de l'intelligence à la crédibilité, et l'assentiment de l'intelligence à l'objet de foi ; le premier ne dépend pas de la volonté, puisque la crédibilité est affaire de science et donc d'évidence ; le second seul en dépend. » P. de POULPIQUET, *art. cit.*, p. 459. — Cf. P. ROUSSELOT, *art. cit.*, p. 245, note 1.

hujus gratiae nemo potest fieri particeps sine actu bonae voluntatis, qui dicitur « pius affectus credendi. » Assensus concipi debet tanquam sympathica collaboratio intellectus et voluntatis, ita ut homo intelligat quia vult, et velit quia intelligit (1).

IV^a Sententia. — Inter eos qui credibilitatem distinguunt ab adhaesione objecto praestita, disputatur utrum credibilitas ipsa possit *stricte* et *scientifice* demonstrari annon. Alii affirmant, vg. LAGAE, *art. cit.;* alii negant, vg. HUGUENY, *art. cit.;* fere conciliat omnes LE BACHELET, *Dict. Apologétique* (Jaugey-d'Alès), art. *Apologétique*, col. 248.

III. Delimitatio thesis. — In praesenti materia distingui debent :

1° Facta,

2° Explicatio psychologica factorum,

3° Justificatio criteriologica factorum,

4° Explicatio theologica factorum.

Ultima quaestione penitus omissa, quia ad nos non spectat ; et penultima in posterum remissa, de duabus prioribus agetur, non ita quidem ut exhauriantur, sed quantum satis est pro scopo nostro assequendo.

Thesis, quod attinet ad facta, non nimium difficultatis habet ; explicatio vero factorum mentem exigit subtilem atque acutam. Cum sententia *secunda* tum *tertia* cum factis psychologicis quadrare videtur et aptam solutionem criteriologicam accipit (2). Quare ea defendatur quae cuique probabilior videbitur.

---

(1) Il faut lire sur cette théorie de la croyance les articles cités de P. ROUSSELOT dans les *Recherches de Science religieuse* 1910. On y trouvera, avec des vues très personnelles, de pénétrantes analyses psychologiques, dont quelques-unes sont de nature à renouveler le sujet. Voir aussi les articles du même auteur dans la *Revue de Philosophie*, mars et juin 1910.

(2) Il n'y a rien d'accablant dans les objections de la *Civiltà Cattolica* (5 août 1911, pp. 331-333) contre la troisième opinion. — Si l'entente des esprits doit s'établir sur un sujet aussi complexe que

DEMONSTRATIO

I^a PARS : Facta exponuntur.

I. **Observatio subjectiva.** — Procedamus methodicis passibus.

A. *Pars introductiva thesis.* — Si quis vitae suae interiori attentus esse voluerit, is poterit animadvertere :

1. Adesse in se motus aliquos quibus tendit in bonum, seu in id quod naturae suae convenit. Principium proximum horum motuum vocatur *appetitus*, qui est inferior aut superior (= *voluntas*), prout tendit in bona naturae animali vel naturae rationali conformia.

2. Animadvertit a voluntate duplicem seriem actuum procedere : *a*) *elicitos*, seu tales qui producuntur voluntate tanquam a causa sui efficiente propria et immediata, vg. amare, cupere, gaudere, formidare, aversari, etc. ; *b*) *imperatos*, seu tales qui non producuntur a voluntate ipsa, sed ab aliis facultatibus sub influxu imperativo voluntatis, vg. ambulare, scribere, clamare, etc.

3. Animadvertit bona, quae appetit, voluntatem prosequi non per seipsam, sed per facultates in quas *dominium* habet. Porro voluntati imperanti quandoque non resistitur (vg. potentiae motrices) : in hoc casu, voluntas dicitur exercere dominium *despoticum ;* quandoque vero voluntati resistitur, vel mediate vel immediate (vg. appetitus sensibilis, motus concupiscentiae) : in hoc

---

celui des certitudes libres ou de l'action de la volonté dans les jugements, ce sera par une étude minutieuse et objective des faits psychologiques. Les matériaux abondent. La littérature *personnelle* est pleine de confessions intimes, où croyants et incroyants — incroyants surtout — nous livrent le fond de leur âme. En lisant de près ces documents humains, nous verrons si la volonté agit sur l'esprit, dans quels cas elle agit, de quelle manière elle agit, etc. Quant à l'intérêt qui s'attache à ce genre d'études, les récentes controverses sur les méthodes apologétiques, le mouvement *newmanien* et *pascalien*, la tentative *moderniste*, le démontrent surabondamment.

casu, voluntas dicitur exercere dominium *politicum* (1).

B. ***Pars ostensiva thesis.*** — Si quis animum adverterit ad voluntatem in suis relationibus cum judiciis certis, de quibus in TH. I[a] et II[a] actum est, haec observabit :

1. Judicia certa non eliciuntur a voluntate : sunt enim actus mentales. Attamen non potest esse dubium quin subjiciantur imperio voluntatis, non quidem despotico sed politico : nam voluntati imperanti obstare possunt vg. illecebrae sensuum, necessitas panis et tecti, pigritia et hebetudo naturalis, nimia intensitas vitae sive vegetativae sive sensitivae (lex inhibitionis) (2).

2. Imperium voluntatis in actus intellectuales est multiplex : sc. quandoque indirectum est et quoad exercitium duntaxat, quandoque vero directum et quoad specificationem (3) :

I. *Indirectum* et *quoad exercitium duntaxat* (= *certitudo necessaria*). — Non potest certitudo seu judicium certum oriri sine attentione et applicatione mentis ad objectum considerandum. Porro voluntatis est hanc attentionem et mentis applicationem imperare vel impedire. Propterea voluntas movet intellectum *quoad exercitium*. Ex altera autem parte, nequit voluntas intellectum movere nisi ipsi voluntati aliquod objectum fuerit propositum ; et, quoniam objectum specificat facultates, dicitur voluntas moveri intellectu *quoad specificationem* (4).

Supposita debita consideratione objecti (i. e. subjecti et praedicati alicujus propositionis), aliquando accidit ut mens ad assentiendum abripiatur, ita scilicet ut a voluntate libera nullatenus possit impediri ab assensu praestando. Hoc observari potest, ut notat S. THOMAS (5) : *a) in judiciis experientiae* (« judicia sensitivae partis » S. TH.) vg. audio sonum acutum, video aliquid albi coloris, olfacio odorem

(1) Cf. S. TH., I q. 81 a. 3 ad 2 ; 1-2 q. 24 a. 1.
(2) Cf. S. TH., 1-2 q. 37, a. 1.
(3) Cf. S. TH., 1-2 q. 17, a. 6 ; 2-2 q. 2 a. 9 *ad* 2.
(4) S. TH., 1-2 q. 9, a. 1.
(5) 3 *Dist.* 23 q. 2 a. 2 ; 2-2, q. 1 a. 4.

amoenum, etc. ; *b*) *in primis principiis* vg. idem nequit simul esse idem et non idem ; 2 + 2 = 4 ; totum est majus sua parte. Nimirum propositis 2 + 2 ex una parte et 4 ex altera parte, statim et « ex imperio naturae » (1), pronuntio 2 + 2 = 4. Neque intelligere possum quid sit *totum* et quid sit *pars* quin statim, velim nolim, ad hoc judicandum cogar : totum est majus sua parte ; *c*) *in conclusionibus ex principiis fluentibus.*

In his igitur casibus, certitudo in seipsa est necessaria ; voluntatis actio est indirecta tantum et quoad exercitium, non quoad specificationem.

II. *Directum* et *quoad specificationem* (= *certitudo libera*). Nonnunquam etiam accidit ut, propositis terminis, mens non cogatur ad assentiendum. Quod in duplici casu locum obtinet :

Primus casus. — Ubi objectum nullo modo videtur in se sed ejus existentia testimonio fide digno revelatur : vg. existentia hominum et eventuum quos historia refert, existentia rerum longe a me dissitarum, vel legum physicarum quas ipse propriis oculis non potui experiri, ut rotatio terrae, distantia solis a tellure, celeritas propagati soni vel luminis, aliaque quamplurima.

In his omnibus exemplis 1) objectum est obscurum, cum nullo modo appareat in se 2) dubium prudens de ejus realitate, ob manifestam auctoritatem testis, videtur prorsus exclusum 3) attamen restat dubium imprudens, quia attestatio efficere nequit ut res tradita fiat in se visa. 4) Intellectus igitur indeterminatus manebit ; et, cum non sit facultas libera, neque affirmabit neque negabit, nisi ejus indeterminatio sublata fuerit a voluntate. Cum autem voluntas in hac indeterminatione auferenda *generatim* sit libera, assensus intellectualis inde resultans est etiam liber (denominative) (2).

---

(1) S. Th., 1-2, *q.* 17 *a.* 6.

(2) *Specificatio*, de qua fit sermo, duplex est : 1° *denominativa :* assensus intellectualis non est in se liber sed a voluntate habet ut

Hujusmodi actio voluntatis in intellectum est directa, neque attingit solum exercitium, verum etiam specificationem actus.

Secundus casus. — Ubi objectum apparet quidem in se, at non ita perspicue ut quodvis dubium imprudens sit exclusum. Tale dubium imprudens reperiri potest in certitudine morali et physica, eo quod impossibilitas oppositi non est absoluta sed hypothetica, i. e. supposita observatione legum moralium aut physicarum. Imo existere quoque potest in certitudine metaphysica, ubicumque de re subtili et complexa agitur, aut de re quae in mores humanos redundantiam habet. Sic vg. de existentia Dei, de immortalitate animae, de divinitate Christi, de existentia miraculorum, etc. etiam post optima argumenta, potest exoriri dubium imprudens : sunt enim res captu difficiles, et insuper iis admissis, consectaria practica sequuntur quae pravae naturae admodum ingrata esse solent. — [Interroget seipsum unusquisque et experiatur veritatem thesis : ut in hoc opere adjuvetur, consulere potest aliquos ex citatis auctoribus. Ut patet, auctores isti non possunt loqui nisi pro seipsis].

In his adjunctis, propter dubium imprudens, intellectus manet aliquo modo indeterminatus ; et proinde, ut assensum eliciat, requiritur imperium, et quidem directum, liberae voluntatis.

Nota : 1° Dictum est supra : « Ubi objectum videtur in se, ubi videtur non in se sed in attestante... » Quaeri potest utrum objectum *vere* videatur, sive in se sive in attestante, an *praesumpte* et existimate tantum. De hoc nihil dicimus : sumus enim nunc in ordine

---

denominetur liber ideoque meritorius vel demeritorius ; — 2° *formalis* : posito imperio voluntatis, assensus intellectualis habet, non a voluntate sed ab objecto, ut sit assensus huic potius quam illi objecto ; attamen quia assensus tali objecto imperatur, ipsa specificatio imperari dicitur. — Voluntas autem specificationem imperans non illuminat intellectum ita ut objectum videat, nam de se nullum lumen affert, sed sub influxu voluntatis intellectus quasi « novos oculos » acquirit quibus videt objecto licet obscuro (vg. in mysteriis) assensum esse praestandum.

spontaneo. Saltem mens firmiter existimat objectum videri in se vel in attestante : hoc est ei motivum subjectivum, psychologicum, assentiendi.

2° Dictum est etiam supra voluntatem *generatim* liberam esse in auferenda indeterminatione intellectus, quando objectum non apparet in se sed in attestante. Attamen videtur contingere posse quod voluntas imperium suum necessario praestet, ubi scilicet negatio assensus nihil in se boni continet. Tunc enim nequit imperari negatio assensus a voluntate, sed solummodo ejus praestatio, utpote quae unice bona appareat : ex. gr. si agitur de existentia Americae, Ludovici XIV, Napoleonis I, etc. In his casibus certitudo esset voluntaria (spontanea), sed non libera (1).

II. Observatio objectiva.

I. *Certitudines necessariae.* — Existentiam talium certitudinum omnes fere homines aperte profitentur. Plerique concedunt judicia de factis conscientiae, veritates stricte scientificas, sc. demonstratas vel verificatas (= scientiae exactae et experimentales) cogere assensum mentis, seu tollere libertatem physicam assentiendi vel non assentiendi (2). Vim coactivam Mathesis omnes mathematici proclamant.

---

(1) Cf. de POULPIQUET, *art. cit.* p. 452.— De même CATHERINET, *op. cit.* c. I, p. 37 : « Cette intervention de la volonté est souvent inconsciente et fatale. Douter quand l'évidence historique est parfaite serait absurde : la volonté ne peut pas désirer l'absurde ; d'un mouvement spontané, elle commande l'assentiment. »

(2) « Parmi tous les caractères qui déterminent la pensée une fois scientifiquement constituée, s'il y en a un qui ne se rencontre jamais, c'est précisément celui de la liberté. Et cela pour une raison bien simple, c'est que ce qui est libre ne saurait être déterminé, et que rien de ce qui est indéterminé ne peut être scientifique, attendu que le scientifique est justement le déterminé. Une pensée libre est une pensée à l'état naissant, encore flottante parce qu'elle est imprécise et vague, parce qu'elle manque de ce qui la fait être précisément à titre de pensée, c'est-à-dire de ses propres déterminations internes. Comme l'a si justement remarqué Auguste Comte, dès qu'il y a science, il ne saurait plus y avoir liberté de penser. Celui qui se proclamerait libre de penser que $2 + 2 = 5$ aussi bien que $= 4$, que les trois angles d'un triangle égalent ou n'égalent pas deux droits, que les corps tombent ou bien qu'ils ne tombent pas, serait à bon droit regardé comme un fou ou comme un sot. »

II. *Certitudines liberae.*— Quae nos introspectio propria docet, eadem alienis testimoniis corroborantur. Haec inter alia in confesso sunt :

1. In rebus intellectu difficioribus (metaphysicis), et praesertim si tales sunt ut in directionem vitae influant, magnae sunt partes voluntatis, etiam *directae* (1). De hac re testimonia nimis multa sunt.

2. In scientiis stricte dictis multa accipiuntur ut certa ob solam auctoritatem peritorum, non ob propriam experientiam (2).

3. Responsabilitas moralis incurritur non tantum relate

G. Fonsegrive, *Le Catholicisme et la vie de l'esprit, p.* 102 *sq.* ; — « Dans les mathématiques, quand on part d'un axiome ou d'un principe dont la vérité est absolument nécessaire et consciente, la liberté n'existe plus. Le géomètre n'est pas libre de mettre en doute si les trois angles d'un triangle sont égaux à deux droits ; par conséquent il n'est pas libre de rejeter les conséquences logiques qui se déduisent de ce principe... » Cl. Bernard, *Introduction à la médecine expérimentale*, p. 65.

(1) « Il y a une évidence parfaite qui s'impose à l'esprit et qui produit une conviction nécessaire. Je puis ne pas penser à cette vérité que *le tout est plus grand que sa partie*, mais dès que j'y pense, je ne puis plus ni dire non, ni douter, ni en aucune façon suspendre mon jugement. Il est d'autres vérités, certaines aussi, et que je me suis démontré par des arguments qui ont mis mon esprit en plein repos, celle-ci, par exemple, que l'*âme humaine est immortelle* ; et cependant, je puis y penser sans être obligé d'y acquiescer aussitôt, je puis même en douter (doute imprudent, mais doute possible) ; car, d'une part, les raisons pour sont de telle nature que, pour en saisir le fond, il faut un effort intellectnel ; et, d'autre part, les raisons contre, quoique sans valeur, peuvent se présenter avec une vivacité telle et de telles apparences de vérité que je puis m'arrêter à considérer l'objection avec ce qu'elle a de spécieux ; et comme, en même temps, je ne fais pas l'effort nécessaire pour me rappeler les raisons qui me démontrent et la vérité dont j'étais certain, et l'inanité des objections, je puis être troublé dans la possession paisible de la vérité. Je puis douter, quoique j'eusse jusque-là une vraie et légitime certitude. » J. V. Bainvel, *La Foi et l'acte de foi*, p. 72 *sq.*

(2) Cf. G. Fonsegrive, *op. cit., p.* 108 *sqq.*

ad ea quae facimus, sed etiam relate ad ea quae mente cogitamus (1).

4. Existunt catholici in mundo. Jamvero hi asserunt sibi inesse, praeter assensus necessarios, in quibus nullum est meritum, etiam assensus liberos, in quibus meritum reperitur. Docet nempe Ecclesia catholica assensum fidei simul certum et meritorium esse. Nequit vero esse meritorius nisi sit liber, non quidem quatenus elicitur ab intellectu — siquidem intellectus est facultas necessaria — sed quatenus elicitur ab intellectu sub imperio libero voluntatis. Cf. Conc. Vaticanum, *Const. Cath., de Fide.*

5. Experientia notum est viros catholicos nonnunquam a fide deficere. Quod non explicatur nisi fuerit eorum fides libera ; nam ab assensu necessario (vg. 2 + 2 = 4) nemo deficit (2).

---

(1) « ... Notre façon de penser nous est imputable ;... il y a des devoirs dans l'ordre de la pensée ; il y a proprement une responsabilité dans l'ordre intellectuel comme dans l'ordre pratique, une culpabilité possible de l'erreur, une possibilité de faire volontairement, au moins par négligence ou lâcheté volontaire, obstacle à la certitude et à la lumière ; donc... il y a, dans l'exercice de la pensée, une bonne volonté à avoir, à garder, à protéger, à accroître, un effort volontaire à faire pour voir, pour avoir une vue nette et ferme, pour croire aussi où il faut et comme il faut, enfin pour aller à la vérité avec l'âme tout entière et saisir ce qui est, autant que cela est possible, en étant soi-même tout ce que la nature vraie et la droite raison exigent que l'on soit. » L. Ollé-Laprune, *La philosophie et le temps présent* » (Belin 1898), *p.* 343 *sq.*

(2) « Les vérités morales d'ordre rationnel peuvent avoir des apostats : tel a cru à la spiritualité, à l'immortalité de l'âme ; il cesse d'y croire. (J'ajoute : tel a cru à l'existence de Dieu ; il cesse d'y croire). Cependant les raisons qui motivaient d'abord son assentiment avaient une valeur absolue ; mais, pour les dégager, pour les défendre contre les apparences de raisons contraires, il y avait, à côté du rôle de l'esprit, un devoir de la volonté : le devoir de chercher le vrai comme une forme du bien et de s'y attacher en résistant aux influences malsaines qui en détournent. Or, la volonté n'est pas toujours fidèle à ce devoir : elle se lasse parfois de cette lutte : les passions prennent le dessus : l'orgueil, le désir de secouer le joug de la foi, la curiosité vagabonde, l'appel des sens, que sais-je, cent autres

6. Apud religiosos viros, et generatim apud eos qui superioribus subsunt, aliqua « obedientia judicii » necessaria est. Hujusmodi autem obedientia intelligi nequit nisi per respectum ad voluntatem quae, in certis casibus, in judicia mentis directe influit (1).

7. In iis quae in testium auctoritate fundantur generatim postulari actionem voluntatis vix ullus negat. — Exempla certitudinis liberae affert P. HARENT, *art. cit.*, col. 2383.

IIa PARS : Explicatio psychologica factorum.

Necessitas assensus, ut expositum est in Ia p., ex eo provenit quod objectum plena perspicuitate se offert videndum ; libertas vero assensus ex eo quod objectum est obscurum, quippe quod vel nullo modo vel non sufficienti modo in se apparet. Quaeritur *quomodo* voluntas influere possit in assensum intellectualem. Quoniam psychologos non agimus, breviter tantum rem explicamus.

1. Notandum est in primis intellectum et voluntatem esse facultates distinctas quidem sed simul unitas in uni-

---

tendances, comprimées trop mollement par une liberté défaillante, deviennent les complices du sophisme et entraînent l'esprit à ne considérer que les côtés obscurs de la vérité, pour chercher dans cette obscurité l'excuse du reniement qu'il prépare. » Mgr d'HULST, *Renan, Correspondant*, 25 oct. 1892, p. 199 *sq* (tiré à part, Poussielgue 1893, p. 33).

(1) Ita, ex. gr., loquitur S. IGNATIUS LOYOLA in sua *Epist. de virtute obedientiae*, n. 9 : « Qui vero se totum penitus immolare vult Deo, praeter voluntatem, intelligentiam quoque (qui tertius et summus est gradus obedientiae) offerat necesse est ; ut non solum idem velit, sed etiam ut idem sentiat, quod Superior ; ejusque judicio subjiciat suum, quoad potest devota voluntas intelligentiam inflectere. Quae vis animi tametsi non ea, qua voluntas pollet, libertate praedita est, atque ipsa natura fertur ejus assensus in id quod sibi veri speciem praebet ; tamen multis in rebus, in quibus videlicet cognitae veritatis evidentia vim illi non infert, potest voluntatis pondere in hanc potius quam in illam partem inclinari. Quae res cum incidunt, debet quisquis obedientiam profitetur, inclinare sese in sententiam Superioris. »

tate subjecti : idem scilicet homo vult voluntate et intelligit mente (1).

2. Ut voluntas possit velle assensum mente praestandum, requiritur ut hic assensus sit vel appareat ut bonum hominis. Nam objectum voluntatis est bonum, sicut objectum intellectus est verum.

3. Ut assensus sit (revera vel apparenter) res homini bona, necesse est, tanquam conditio praerequisita, ut objectum assensus habeat prae intellectu speciem veri, ita quidem ut omne periculum errandi videatur exclusum.

4. Hac conditione adimpleta, triplici modo, ut ex analysi factorum constat, potest assensus esse aliquod bonum hominis : — *a*) Est actus *rationalis*, quia, ubi manifesta est auctoritas testis vel rei admissibilitas, et proinde ubi periculum errandi est exclusum, assensus mentis est omnino conformis naturae rationali ; — *b*) est actus *decens :* officium est enim fidere testi cujus innotescit scientia et veracitas ; — *c*) est actus *utilis :* nam, quandoque, vg. in rebus fidei divinae, promittitur praemium credentibus et poena non credentibus (2).

Nota : Fieri potest ut assensus ita rationalis appareat ut in eo denegando nullum bonum detegi possit, sed e contra malum (sc. privatio cognitionis verae). Tunc assensus est voluntarius simul et coactus (3).

5. Ut assensus innotescere possit tanquam rationalis, decens, utilis, et proinde ut objectum appareat ut credibile vel admissibile, necessaria est in subjecto bona dispositio seu bona voluntas, qua habita, perficitur aliquo modo facultas perceptiva hominis, ita ut jam capere possit id quod secus captum ejus superaret. Utrum haec bona voluntas, ubi agitur de objecto supernaturali, possit haberi sine gratia, et proinde utrum credibilitas vel admissibilitas possit innotescere ex viribus naturae (= fides scientifica), an ex viribus gratiae tantum, theologis relinquimus definiendum.

(1) Cf. de Poulpiquet, *art. cit.*, *p.* 439.

(2) Cf. Id., *ib.*, pp. 450-455.

(3) Cf. S. Th., *de Ver.*, 14, 9 *ad* 4 ; Billot, *de Virt. infusis*, p. 204 ; de Poulpiquet, *l. c.*, *p.* 459.

Corollaria : A. *Speculativa.*

I. Ex analysi facta, sequitur assensum judicii, saltem in certitudine libera, distingui ab *intuitione nexus* inter subjectum et praedicatum ; siquidem potest haberi assensus ubi deficit intuitio nexus, vg. assensus mysteriis praestitus, assensus erroneus, imo assensus opinativus. Cf. Chr. Pesch, *Zeitschrift für Katholische Theologie*, 1886, *pp.* 36-66 ; — J. Donat, *Psychologia* (Innsbruck 1911), Th. 21 ; — P. Gény, *Rev. de Phil.*, sept. 1909, p. 245.

II. Certitudo necessaria ad *scientiam*, certitudo vero libera ad *fidem* pertinet. *Fides stricte dicta* est assensus rei non visae, ob auctoritatem testantis (= *la foi* — angl. *faith*). *Fides late dicta* est assensus rei in se quidem visae sed non cum ea evidentia quae tollat dubium imprudens et cogat physice et invincibiliter assensum (= *la croyance* — angl. *belief*). Cf. Harent, *art. cit.*, col. 2366 (1).

---

(1) L'on comprend, d'après ces notions, ce qu'il peut y avoir de vrai ou de faux dans des formules, comme les suivantes : « Dieu n'est pas objet de science ». « Dieu est objet de foi ou de croyance ». « On ne démontre pas la divinité du Christ ; on l'affirme ou on la nie ; on y croit ou on n'y croit pas, comme à l'immortalité de l'âme, comme à l'existence de Dieu. » F. Brunetière, *La Science et la Religion*, p. 59.

D'après Aristote, saint Thomas et les scolastiques : 1° *la science* est le résultat de la démonstration ; la démonstration est ce qui produit la science (*Demonstratio est syllogismus faciens scire*). Pour les modernes également, la science c'est ce qui se démontre ; — 2° D'autre part, la science supprime la liberté de l'assentiment. Saint Thomas le dit aussi clairement que les modernes : « Assensus ... scientiae non subjicitur libero arbitrio, quia *sciens cogitur* ad assentiendum per efficaciam demonstrationis. » 2-2, q. 2 a. 9. ad 2. Si l'on s'en tient strictement à ces notions, l'on doit avouer que, pour la plupart des hommes, Dieu n'est pas démontré. L'on considère généralement qu'il y a du mérite à croire en Dieu, et que, par conséquent, les démonstrations ne sont pas contraignantes.

Il convient donc d'atténuer la rigueur des termes. *Démontrer* signifie produire soit une certitude contraignante (= science strictement dite), soit une certitude éminemment raisonnable, donc

III. Ex discrimine quod jacet inter scientiam et fidem, intelligitur id quod S. THOMAS centies repetit, sc. idem non posse simul sciri et credi. Etenim idem objectum nequit simul in se videri et non videri ; nequit simul cogere et non cogere intellectum ad assentiendum.

B. *Practica.*

I. Qui a fide deficiunt saepe dicunt : « Non possum amplius credere. » (E. RENAN, A. LOISY, etc.) Haec impossibilitas, si qua est, ex duplici fonte provenire posset : 1) vel ex eo quod falsitas rei revelatae esset aeque evidens ac $2 + 2 = 5$: tunc autem hujusmodi falsitas non est asserenda sed demonstranda ; — 2) vel ex eo quod assensus fidei non jam apparet ut *res bona*. Quod rursus ex duplici causa procedere potest :

a) Vel quia, ob objectiones occurrentes, dubium prudens non est manifesto exclusum : tunc studendum est diligentius, et sine intermissione, quia de re agitur supremi momenti, atque interim fovenda est, quoad fieri potest, bona voluntas (1).

---

moralement obligatoire, encore que physiquement libre (= science improprement dite, ou foi improprement dite = *croyance*). Quand le *Motu proprio* du 1 sept. 1910 proclame que la raison *démontre* l'existence de Dieu, *démontrer* est pris dans le sens très général de *conduire avec ou sans inférence à une connaissance certaine*, par opposition à *douteuse*. Ce qui est donc intolérable, c'est de dire que la démonstration de Dieu est inefficace en ce sens qu'elle laisserait douteuse l'existence de Dieu. Mais ceux-là ne sont pas frappés, qui tout en confessant que cette démonstration conduit à une connaissance certaine, métaphysiquement certaine, penseraient, en même temps, que cette connaissance n'est pas une certitude physiquement contraignante ; qu'elle laisse place à la bonne volonté ; en un mot, qu'elle appartient à la catégorie de la *croyance*. Cf. VACANT, *De certitudine judicii quo assentitur existentiae revelationis* (Nancy 1878), n. 31, 32, 33.

(1) « Au simple point de vue humain, l'incrédule qui n'est pas certain que le christianisme soit faux, est moralement obligé dans

b) Vel quia assensus fidei concupiscentiis obstat vel autonomiam rationis offendit. Impossibilitas fidei ex posteriori fonte oriens non est invincibilis ; sed therapeutica morali potius quam intellectuali sananda est (1).

II. Iis qui « libertatem cogitandi » proclamant nonnunquam opponitur necessitas admittendi vg. theoremata geometriae, etc... Haec autem responsio non confutatio est, sed ignoratio elenchi. « Liberi cogitantes » *libertatem moralem* sibi vindicant in rebus in quibus admittendis mens est *physice libera ;* ideo Ecclesiam catholicam odio habent quia ipsi intellectui officia imponit et sic libertatem ejus restringit : « Qui non crediderit condemnabitur. » Cf. Declaratio F. Buisson in conventu Romae habito mense sept. 1904. Citatur a Dr Marcel Rifaux, *L'Agonie du Catholicisme...* ? (Plon 1905) p. 251, note 1. — Quare apologetis ostendendum est jure restringi ab Ecclesia libertatem cogitandi ; scilicet, ex una parte, mens humana est finita et proinde non potest omnia capere ; ex altera parte, Deus est omniscius et potest nos docere. Jamvero Deo

---

ce cas où l'éternité d'un bien infini est en question, de chercher premièrement à s'éclairer, de prier Dieu, et, au fur et à mesure qu'il avance dans la foi, d'agir plus religieusement. » H. Petitot, *Pascal, sa vie religieuse et son apologie du christianisme* (Beauchesne 1910), p. 204.

(1) Cf. Mgr d'Hulst, *art. cit.* ; J. Bricout, *La Vérité du Catholicisme* (Bloud 1910), *p.* 119 *sqq* ; A. Gardeil, *Revue thomiste*, 1907, *p.* 30 *sqq* ; B. Gaudeau, *La foi catholique*, 1908, *p.* 324 *sqq.* — M. Cadix, ayant constaté que de 1905 à 1908 les sociétés de libre-pensée étaient montées de neuf à quinze, dans les trente-cinq paroisses protestantes du département du Doubs, voulut connaître la cause de ce progrès. La revue *Foi et Vie*, 16 juillet 1908, donne les résultats de son enquête. Cinq causes sont signalées : la cause politique (moins on a de religion plus on se montre d'accord avec le gouvernement), la cause intellectuelle (objections savantes entre les vérités de la foi) ; la cause sentimentale (si Dieu existait, il n'y aurait pas tant de souffrances) ; la cause économique (l'Église est l'alliée du capital) ; la cause morale (les pratiques religieuses sont gênantes).

docenti, etiam ubi mysteria stricte dicta revelat, credendum est (1).

Scholion : *de certitudine et de veritate morali.*

Vox « certitudo moralis » recenti tempore, ob influxum praesertim L. Ollé-Laprune, specialem sensum adepta est. Significat assensum cujus objectum tale est ut redundantiam habeat in vitam hominis moralem. Hujusmodi objectum dicitur « veritas moralis ».

Non est dubium quin homo se habeat modo prorsus diverso relate ad veritates « puras » vg. mathematicas, et relate ad veritates « morales ». 1° si priores ignorat per se non tristatur ; si posteriores ei dubiae sunt, inquietus est, tristis est (2).

2° Ad priores amplectendas nihil obstat ex parte appetitus inferioris ; admissioni posteriorum multae passiones reluctantur.

3° Hinc posteriores specialem postulant voluntatis dispositionem et praeparationem, quae pro aliis superflua est.

Ex hac necessitate voluntatem praeparandi, quae nostris praesertim diebus gravis est, orta est in Apologia methodus quae dicitur «*methodus Immanentiae* » (3). Haec optima est, dummodo non rejiciatur vis et necessitas externae revelationis signis indubiis comprobata ; sic enim prorsus differt ab Immanentia Modernistarum, quae damnata est a S. P. Pio X, Encycl. *Pascendi*, apud Denzinger, 2074. « Explicatio autem, naturali theologia deleta adituque ad revelationem ob rejecta credibilitatis argumenta intercluso, immo etiam revelatione qualibet externa penitus sublata, extra hominem inquiritur frustra. Est igitur, *in ipso homine*

---

(1) Cf. C. Vat. Const. 3 *de Fide ;* Mgr Pie, 3e *Instr. pastorale sur les erreurs du temps présent*, Œuvres, t. V, p. 83.

(2) Cf. Th. Jouffroy, *Mél. Phil.*, p. 338 ; Mgr Baunard, *Le Doute et ses victimes*, passim ; M. Sérol, *op. cit.*, p. 142 seq.

(3) Cf. J. Wehrlé, *La Méthode d'Immanence* (Bloud 1911).

quaerenda, et... in vita omnino hominis reperienda est. Ex hoc immanentiae religiosae principium asseritur. »

Difficultates.

Contra 1^m p. — 1. Nullus est assensus quem voluntas nequeat impedire ; nullus igitur assensus est necessarius. — 2. Sceptici statuerunt omnem certitudinem in dubium esse revocandam ; id autem voluntate fecerunt. — 3. Dubitari potest de rebus maxime obviis. Leibniz dixit : Si homo bonum aliquod inveniret in negando 2 + 2 = 4, statim hanc veritatem negaret. Ergo nulla certitudo est necessaria. — 4. Si qua certitudo necessaria esset, inveniretur eodem modo apud omnes homines. — 5. τὸ Ego est objectum cuique maxime obvium ; attamen Positivistae affirmant τὸ Ego nihil esse nisi successionem phaenomenorum sine substrato subjacente ; alii vero aliter sentiunt.

Contra 2^m p. — 1. Assensus non praestatur nisi rei visae ; voluntas autem non potest efficere ut intellectus videat. — 2. Omnis certitudo est actus intellectus, sed actus intellectus sunt necessarii. — 3. Intellectus est facultas necessaria, atque ideo, positis omnibus ad agendum requisitis, necessario agit. — 4. Certitudo libera non excludit formidinem errandi ; ergo non est genuina certitudo. — 5. Si dicitur : « excludit formidinem prudentem », parum refert : nam formido imprudens quae remanet, est vera formido (1). —

1. Le doute *prudent* est un doute (suspension d'esprit) qui est fondé sur de bonnes raisons, ou, du moins, sur des raisons qui paraissent bonnes. C'est un doute qu'il est prudent et sage d'avoir. Par ex., je doute de l'historicité de la toison d'or et de l'expédition des Argonautes. Le doute prudent est un état dans lequel l'esprit se trouve de fait : c'est un état réel.

Le doute *imprudent* est un doute irréel, c'est un doute qu'il serait imprudent et déraisonnable d'avoir, et que, partant, l'on n'a pas, de fait, dans l'état de certitude. Dire que la certitude libre laisse subsister des doutes imprudents, c'est dire que l'esprit en possession de la certitude voit cette certitude attaquée par des objections, des raisons de douter, dont, en même temps, il perçoit la parfaite inanité et que, par conséquent, il repousse, parce qu'il s'estimerait imprudent d'y céder.

6. Certitudo libera, si qua existit, esset de rebus non visis ; sed (*a*) certitudo de existentia Americae, vel Platonis, vel Augusti Caesaris quos non vidi, non est libera, (*b*) viri historici nihil pro certo admittunt nisi documentis *coacti*. — 7. Ex assensu fidei nihil sequitur pro ordine naturali ; nam in ordine supernaturali, agit gratia, non autem in naturali. — 8. Assensus judicii non differt realiter ab intuitione nexus inter subjectum et praedicatum ; atqui haec non est libera ; ergo neque ille. — 9. Qui admittit influxum directum voluntatis in certitudinem, ille incidere debet in « Voluntarismum » : stat pro ratione voluntas ; vel in « Sentimentalismum » : admittitur id quod cum singulorum placitis magis quadrat. — 10. « Ou nos raisons de croire nous semblent suffisantes, ou elles nous semblent insuffisantes. Si elles nous semblent suffisantes, il n'est que faire de la volonté pour produire la croyance. Si elles sont insuffisantes, qu'on explique comment la volonté pourrait dissimuler ce manque de raison ou se prendre elle-même pour une raison. » É. RABIER, *l. cit.* — 11. Le rôle de la volonté consisterait « à affirmer par une sorte de saltus, des conséquences non contenues dans les prémisses, des causes disproportionnées aux effets, le plus en partant du moins », à constituer « un supplément de preuve ». P. JANET, *l. cit.* — 12. « On croit ce que l'on peut et non ce que l'on veut ; il est aussi impossible de croire ce que l'on n'a aucun motif de croire que de ne pas croire ce qui paraît évident et nécessaire. On a tort d'opposer la croyance au savoir comme un phénomène d'ordre sentimental à un état purement intellectuel. » M. COUTURAT, *Revue de Mét. et Mor.*, 1906, p. 332. Cf. de POULPIQUET, *art. cit.*, p. 455.

Sommaire. — Un grand nombre de nos assentiments nous sont extorqués. Bon gré mal gré, en présence des faits de conscience, de certaines propositions obvies appelées premiers principes, de conclusions manifestement reliées à ces principes, nous affirmons, et cela en pleine sécurité d'esprit. — Toutefois, un plus grand nombre de nos assentiments sont volontaires et libres. Non pas en ce sens seulement que la volonté commande l'application et l'effort de l'intelligence ; mais en ce sens égale-

ment qu'elle commande le jugement même de l'intelligence (= la spécification). Juger, c'est identifier un sujet et un prédicat. Il est clair que l'intelligence, faculté passive, n'effectue pas cette identification sans y être déterminée. Quand elle ne l'est pas par les termes mêmes à identifier — ce qui arrive lorsque le lien entre les termes est caché ou lorsqu'il se montre insuffisamment — elle reste inerte, à moins que la détermination ne lui vienne de la volonté. Et c'est ce qui a lieu souvent. A certaines conditions cependant. La volonté ne tend que vers le bien. Pour que le jugement de l'intelligence soit voulu par la volonté et commandé par elle, il est donc requis que ce jugement paraisse chose bonne, et que, pour cela, il passe d'abord aux yeux de l'intelligence pour l'expression de la vérité. Cette condition remplie, le jugement, paraissant à l'abri de l'erreur, est un bien pour l'homme ; et la volonté peut le vouloir et donc le commander. Il dépend d'elle. Si elle commande, la certitude ainsi obtenue sera dite libre, à raison de l'action de la volonté libre qui en a déterminé l'existence.

THESIS IV[a]

Homo certitudinem habet de omnibus quae ei scitu necessaria sunt ad vivendum conformiter suae naturae (I) ; hanc autem acquirit innato quodam habitu seu inclinatione naturaliter indita facultati cognoscenti (II).

Praenotanda

I. Scopus thesis. — Thesis factum certitudinis in antecedentibus thesibus consideratum magis determinat, et quidem duplici modo : *a*) ex indole objectorum et nexu quem habent cum vita hominis ; *b*) ex earum majori minorive diffusione apud homines. Aliae scilicet certitudines in omnibus hominibus reperiuntur ; aliae vero non, sed modo apud hos, modo apud illos. Quod si quaeratur in quibusnam rebus homines conveniant et in quibusnam dissentiant, respondendum est eos *generatim* convenire in rebus quae homini ad vivendum maxime necessariae sunt, dissentire vero in aliis.

II. Divisio thesis. — Prima pars thesis *statuit facta*, quantum nobis nota esse possunt experientia propria et aliena ; secunda pars aliquam *explicationem psychologicam*

factorum affert, quae pro scopo nostro criteriologico minoris est momenti. Secundum scholasticos quosdam, ipsa universalis diffusio alicujus certitudinis est signum indubium objectivitatis ejus. Haec opinio postea examini critico subjicienda erit.

III. **Delimitatio thesis.** — 1° Nolumus asserere cognitiones certas de rebus necessariis existere in homine modo distincto atque perfecto ; attamen tantum distinctionis habent quantum ad directionem vitae humanae sufficit. 2° Thesis habet sensum *positivum*, non exclusivum, saltem non stricte exclusivum : sc. cognitiones necessariae omnibus hominibus insunt, sed aliae non necessariae possunt eis etiam inesse, quod tamen raro accidit.

Ia PARS : Statuuntur facta.

Ut ex natura rei demonstrandae patet, adhibenda est nobis methodus psychologica, non jam subjectiva sed objectiva.

DEMONSTRATIO

Homo, utpote animal rationale, vivit triplici vita : *physica*, *intellectuali*, *morali*. 1° Ad vitam autem *physicam*, necesse est cognoscat ea quae ad sustentationem organismi et ad propagationem speciei requiruntur. 2° Ad vitam *intellectualem*, quae maxime judiciis vel immediatis vel mediatis constat, necesse est possideat quasdam notiones primas et prima principia ordinis intellectualis (1). 3° Ad vitam *moralem*, necesse est cognoscat prima principia

(1) Cf. S. Th., *de Ver.*, 15, 1 ; — « La conscience nous dit que nous sommes incapables de faire soit une déduction, soit une affirmation ou une négation, sans soumettre la pensée à certaines règles directrices que l'on appelle *premiers principes*.

Ces premiers principes sont les jugements les plus simples et les plus universels que l'intelligence puisse énoncer, leur évidence s'impose irrésistiblement ; grâce à leur universalité illimitée et à leur évidente nécessité, ils servent de règle directrice et de moyens de contrôle, en toute affirmation et en tout raisonnement. » Cal Mercier, *Logique* 4, p. 203 ; cf. Lepidi, *op. cit.*, t. I, p. 269.

ordinis moralis et insuper pro certo teneat Deum existere et hominem non totum cum corpore perire.

Atqui, de facto, homines, quantum observari possunt in diversis regionibus terrae, certitudines ad triplicem hanc vitam spectantes possident. Ergo.

MINOR ostenditur per partes.

1ª Pars : De vita physica. — Ut facta probant, homo ubique terrarum « innata inclinatione » (S. Th. 1-2, q. 94, a. 2) acquirit cognitionem certam de iis quae sibi sunt utilia vel nociva sive ad conservationem propriae vitae sive ad propagationem speciei. Non utique affirmamus inesse semper hominibus stricte dictas certitudines de hujusmodi rebus : in multis enim probabilitate ducuntur ; attamen certitudines generales habent, inter quas aliae traditione, aliae industria propria acquisitae sunt.

2ª Pars : De vita intellectuali. — Homo, ubi primum ad usum rationis pervenit, jam incipit judicia *spontanea* ferre : comparat, affirmat, negat, ratiocinatur, visis effectibus inquirit causas, etc. In his autem operationibus implicite contenta sunt :

a) *Principia incomplexa*, i. e. ideae seu notiones universales, quae sint materia judiciorum immediatorum et « scientiarum semina » (S. TH., *de Ver.*, 11.1), vg. notiones entis, unius, causae, substantiae et accidentis, perfectionis et limitis, etc. ;

b) *Principia* quaedam *complexa* (axiomata seu « dignitates »), quae immediate nota sint et ad judicia mediata seu demonstrationes inserviant. Haec sunt principium identitatis simplicis et comparatae, principium contradictionis, exclusi medii dictum *de omni* et dictum *de nullo*, principium rationis sufficientis, causalitatis, finalitatis, etc. (1).

---

(1) Cf. T. PESCH, *op. cit.*, t. I, pp. 138-141 ; t. II, p. 227 ; 251-261 ; — Th. de REGNON, *Métaphysique des Causes*, p. 94 ; — MERCIER, *Logique*⁴, p. 203, n. 92 ; — Cl. PIAT, *De l'intelligence chez l'enfant*, *Rev. prat. d'Apol.* 1er août 1910 ; ID., *De l'intelligence des sauvages*, *ibid.* 1er juin 1910.

Nota : Secundum Scholasticos, prima principia cum judiciorum hinc demonstrationum ordinis speculativi homo intellectuali certitudine tenet per *habitum principiorum*, qui etiam *intellectus principiorum* appellatur. Cf. S. Th., *de Ver.*, II, 1 ; 15, 1 ; 1-2, q. 51, 1 ; 2-2 q. 5, 4 ad 3. — T. Pesch, *op. cit.*, I, p. 138 sqq ; II, p. 229, 560 sqq. — Mercier, *Logique* [4], p. 173, etc.

3ª Pars : De vita morali. — Homo, ubique terrarum, se gerit ut ens morale et « animal religiosum »[1]. Scilicet, homo non tantum judicia speculativa, verum etiam judicia moralia profert, tum proxima, tum mediata, vg. : « bonum non est malum, bonum est faciendum, malum est vitandum, parentes sunt honorandi », etc. Errores in re ethica, qui revera frequentes sunt, non tam principia ipsa quam applicationem principiorum spectant. — In his autem operationibus implicite contenta sunt : *a) notiones quaedam primitivae* de bono et malo, de justo et injusto, de licito et illicito, etc., quae sint materia judiciorum moralium ; — *b) Principia quaedam complexa* in notionibus moralibus immediate percepta, et quae ad conclusiones ordinis moralis deducendas deserviant. Cf. S. Th., 1, q. 79, 12; 1-2. q. 94, 2 ; 1-2. q. 100, 1, et auctores Ethicae ubi de universalitate et de cognitione invincibili legis naturalis agunt.

Nota : Vis vel inclinatio facultati indita, qua homo sponte naturae ex rebus sensu perceptis abstrahit notiones morales et principia moralia formal, a Scholasticis vocata est « synderesis ». Cf. S. Th., I, q. 79, 12.

4ª Pars : De existentia Dei. — Ipsa existentia ordinis moralis apud homines implicat firmam persuasionem de existentia Dei, a quo ordo moralis principium suum suamque stabilitatem accipit. Praeterea vero, ex ethnographia compertum habemus ab omnibus hominibus, vi quadam naturae, Deum explicite apprehendi sub conceptu confuso Entis cujusdam supremi, a quo ipsi et caetera entia phy-

(1) Cf. L. de Grandmaison, dans Christus, *Manuel d'Histoire des religions* (Beauchesne 1912), Introduction.

sice et moraliter pendent. Ideoque, apud omnes gentes, cultus aliquis Enti supremo exhibetur (1).

Corollarium : Hinc neque Atheismus neque Agnosticismus sunt genuini fructus naturae humanae ; sed, si in paucis perfecte existant, contra naturam in mente producti sunt atque idcirco graviter culpandi. Cf. STENTRUP, *Synopsis de Deo Uno* (Innsbruck, Rauch 1879), p. 66 ; — MOISANT. *Dict. Jaugey-d'Alès*, art. *Athéisme*.

5ª Pars : *De existentia vitae futurae.* — In persuasione de existentia legis moralis implicatur etiam persuasio de existentia vitae futurae : sublata enim vita futura, ordo moralis efficacitatem nullam amplius retinet, tota felicitas hominis est terrestris et bonis terrestribus quaerenda. At praeterea, inquisitione facta apud omnes gentes, quantum fieri potuit, historia constat ubique et semper persuasionem

---

(1) Cf. de QUATREFAGES, *L'Espèce humaine*, l. X, c. 35 ; *Introduction à l'étude des races humaines*, I, c. 13 ; *Unité de l'espèce humaine*, c. I ; — F. BYRON JEVONS, *An Introduction to the History of Religion*, London 1896, — Morris JASTROW, *The Study of Religion*, New York 1901, p. 171 sqq ; — L. de GRANDMAISON, *Op. cit.*, Introduction. On trouvera là un exposé lucide des éléments constitutifs de toute religion, et, à la fin, une liste d'ouvrages essentiels sur la matière. Voir aussi : Mgr LE ROY, *La Religion des primitifs* (Beauchesne 1909) ; — Abbé BROS, *La Religion des peuples non civilisés* (Lethielleux 1909) ; — W. SCHMIDT, *L'Origine de l'Idée de Dieu*, dans *Anthropos*, 1908-1909-1910. De la croyance en l'existence de Dieu l'on peut dire exactement ce que le P. CHOSSAT dit de l'idée de Dieu : « L'idée de Dieu, comme celle, par ex., de la réalité du monde extérieur, est spontanée.On veut dire par là, non seulement qu'elle paraît de bonne heure, mais qu'elle jaillit de notre nature raisonnable, morale et religieuse, puisqu'elle donne la réponse au besoin inné d'assigner une dernière cause à tout, puisqu'elle explique ou fait naître le sentiment de l'obligation, puisqu'elle assigne un objet à la conscience de notre dépendance, à ce fond d'amour respectueux et de désir du bonheur qui sommeillent en nous. On veut dire enfin qu'elle est facile et s'harmonise avec les principes de la raison, au point que, si elle implique un procédé logique, il est à peine perceptible. » *Dict. de théol. cath.*, art. DIEU, col. 850 ; cf. col. 876 sq. ; *Dict. Apologétique* Jaugey-d'Alès, art. *Agnosticisme*, col. 10 *sqq*.

communem viguisse hominem non totum interire, sed quoad aliquid sui (scil. animam) post mortem permanere (1).

Coroll. — Hinc Materialismus non est animae humanae spontaneus fructus, saltem ille qui quamlibet permanentiam τοῦ Ego denegat. Notandum est notionem spiritualitatis strictae seu independentiae intrinsecae a materia esse difficilem, nec fuisse acquisitam ab hominibus nisi post multa saecula elapsa. Ipsi SS. Patres mira quaedam dicunt de Angelis.

Scholion : *De veritatibus « sensus naturae communis. »*

Propositiones seu persuasiones, quae ab omnibus hominibus tanquam verae habentur, vocari solent *veritates sensus naturae communis.* Habentur scilicet *de facto* tanquam verae ; utrum etiam *de jure* postea dicetur. *Spontaneae* quoque appellantur, idque ob multiplicem rationem : *a*) quia antevertunt reflexionem philosophicam ; *b*) quia viribus naturae acquiruntur ; *c*) quia sequuntur naturam, ab eaque, modo in statu normali reperiatur, inseparabiles sunt (2).

---

(1) En plus des auteurs cités ci-dessus, voir encore : H. Martin, *La vie future*, c. 1 et 2 ; — D. Lodiel, *Où allons-nous ?* (Bonne Presse 1899) ; Guibert, *L'Ame de l'homme* (Bloud 1897) ; Bros, *La Survivance de l'âme chez les peuples non civilisés* (ib. 1909). Sur l'immortalité de l'âme chez les juifs, cf. Adolphe Lods, *La croyance à la vie future et le culte des morts dans l'antiquité israélite*, 2 vol. (Fischbacher 1906).

(2) Il n'existe pas de liste critiquement établie des propositions universellement admises ; celles que l'on trouve dans les manuels scolastiques sont incomplètes et peu exactes. Mgr Le Roy, *ouvr. cité*, p. 464 sqq donne d'excellentes indications. « Pour dresser la liste des vérités de sens commun, on pourrait, dit le P. Garrigou-Lagrangf, s'aider de travaux comme ceux de Mgr Le Roy, sur la *Religion des primitifs*. Après avoir vécu lui-même de longues années avec les sauvages, il a comparé toutes les religions non chrétiennes et éliminé ce par quoi elles se distinguent les unes des autres ; il a obtenu ainsi un reliquat d'éléments communs qui répond à peu près à ce qu'est pour la philosophie traditionnelle l'objet du sens commun. » *Le sens commun, la Philosophie de l'être et les formules dogmatiques* (Beauchesne 1909), p. 55.

IIa PARS : Explicatio psychologica factorum.

Praenotanda

I. Status quaestionis. — Agitur de *modo* quo praedictae certitudines in hominibus oriuntur. Cum nonnunquam appellentur *habitus innati*, *principia innata*, *cognitiones ingenitae*, quaerere praestat quid in eis innatum sit et quid non.

II. Notiones quaedam.

1° *Innatum* duplici praesertim sensu dicitur : *a*) *stricto sensu* innatum illud est quod inest animae statim ab initio, vel quod homo postea acquirit sed independenter a cognitione sensitiva ; *b*) *latiori sensu* innatum illud dicitur quod homo acquirit ex cognitione sensitiva quidem, sed quod vel non acquireret vel saltem non ita prompte et facile, si ei non inesset, praeter nudam facultatem, aliqua inclinatio innata ad illud sibi comparandum.

2° *Habitus* est dispositio vel facilitas quaedam potentiae inhaerens qua in agendo adjuvatur vel retardatur.« Habitus a potentia in hoc differt quod per potentiam sumus potentes aliquid facere, per habitum autem non reddimur potentes ad aliquid faciendum sed habiles vel inhabiles ad id, quod possumus, bene vel male agendum. Per habitum igitur non datur neque tollitur nobis aliquid posse, sed hoc per habitum acquirimus ut bene vel male aliquid agamus. » S. Th. *C. G.* IV, 77.

3° *Habitus* igitur *innatus* est dispositio vel facilitas quaedam ad aliqua opera exsequenda, non ex repetitis actibus orta (= habitus acquisitus), sed ex ipsa natura. Inclinatio ad acquirendas cognitiones, de quibus in thesi agitur, est habitus innatus; et, per metonymiam, cognitiones hoc habitu comparatae dicuntur innatae. Cf. Pesch, *op. cit.*, t. II, p. 560.

Hic habitus non dicitur *infusus*, quia illud proprie est infusum quod est naturae superadditum eique indebitum.

III. Status opinionum.

1ª *Sententia* : Plato, Descartes, Leibniz, aliique existimant prima principia et notiones Dei et animae immortalis esse in nobis stricto sensu innata. Hi vocati sunt *Inneistae*, licet non omnes idem dicant. Scholastici inneismum stricte dictum communiter rejiciunt, sed de inneismo quodam latiori controvertitur.

2ª *Sententia :* Alii dicunt : Innata est facultas, sc. intellectus, qui initio est quasi *tabula rasa ;* postea accedente experientia sive interna sive externa, intellectus principia prima incomplexa et complexa sibi efformat. Ergo praeter intellectum et experientiam nihil omnino requiritur.

3ª *Sententia :* Alii vero contendunt praeter experientiam et *tabulam rasam* insertum esse facultati humanae aliquid (= dispositio, inclinatio, habitus), quo fit ut intellectus suam activitatem eo modo exerat ut principia prima caeterasque cognitiones homini essentiales acquirat. Hanc sententiam, quae recte dici potest « inneismus dynamicus », tanquam probabilem defendimus, eamque docet S. Thomas (*ll. cc*). Cf. T. Pesch, *op. cit.*, t. II, pp. 256 sqq, p. 560, et auctores ascholastici ubi, in Psychologia, de origine primorum principiorum tractant.

DEMONSTRATIO

Explicandum est quare homo inter tot cognitiones, quas ex rebus sensu perceptis haurire potest, semper et ubique cognitionem primorum principiorum, Dei existentiae et animae immortalitatis acquirat, dum e contra caeterae cognitiones (de corporibus, de agricultura, etc.) nunquam ab omnibus hominibus sed aliae ab aliis acquiruntur. Accedit quod hujusmodi selectio non tantum universalis est, sed maxima cum facilitate fit. Atqui praedicta facta explicari aegre possunt nisi ex habitu quodam facultati cognoscenti indito, seu ex inneismo dynamico. Ergo.

Minor :

a) Quando aliqua causa, quae per se spectata plures

effectus eosque cum eadem facilitate producere potest, unum modo uniformi et alios modo non uniformi producit, hoc ipsum est signum ei inesse aliquid quod eam moveat ad hunc determinatum effectum uniformiter producendum : nihil enim fit sine ratione sufficienti. Cum igitur intellectus, inter cognitiones innumeras quas sibi comparare potest, aliquas (sc. principia prima, Deum, immortalitatem animae) semper acquirat, alias vero non semper (vg. de agricultura, medicina, astronomia, etc.), dicendum est inesse ei aliquid quo movetur ad priores uniformiter comparandas.

b) Insuper quando aliqua facultas effectus quosdam, per se aeque faciles vel difficiles, majori facilitate producit quam alios, id causae cuidam, facultati intrinsecus inhaerenti, tribuendum est — ob principium rationis sufficientis. Haec autem est habitus quidam innatus (non acquisitus nec infusus) seu inclinatio facultati cognoscenti ingenita.

c) Confirmatur *exemplo :* Si quis talos jaciens numerum *bissextum* decem successive vicibus obtineret, omnes exclamarent : « Tali sunt fascinati ». Eodem prorsus modo, attenta uniformitate earumdem cognitionum in omnibus hominibus, dicendum est : « Facultates sunt fascinatae (1). »

---

1. « On se rappelle le spirituel plaidoyer de l'abbé Galiani, nommé dans un des soupers du baron d'Holbach avocat d'office de Dieu. Il raconte que jadis, à Naples, sur la Chiaja, il a rencontré un *lazzarone* jouant aux dés, et qui, prêt à jeter ses dés, parie qu'il fera *raffle de six*. Il fait en effet ce coup. L'abbé n'en est pas autrement surpris. Mais voilà le *lazzarone* qui renouvelle son pari et fait encore raffle de six. — Voilà, dit l'abbé, un bien heureux hasard ! — Une troisième fois, même pari et même succès. — C'est un hasard bien extraordinaire, dit l'abbé. — Puis un quatrième coup de dés, et toujours raffle de six. — Pour le coup, s'écrie l'abbé, c'est impossible, les dés sont pipés. Et, en effet, les dés étaient pipés. — « De même, dit-il à ses convives, quand je vois l'ordre et la régularité de la nature, l'harmonie de ses parties, la périodicité des saisons, l'équilibre toujours maintenu ou rétabli, je me dis : Ce ne peut être là un hasard ; les dés sont pipés. Et, en effet, ils le sont. » Comte de Champagny, *Le Chemin de la Vérité* (Retaux 1872), p. 47, note 1.

Scholion : *De modo quo orta est persuasio de existentia Dei et de vita futura.*

I. ***De existentia Dei.*** — Notio Dei ex duplici tendentia homini ingenita resultat, vel aliis verbis, duplex directio cogitationis hominem ducit ad aliquod Ens supremum :

1° *Sensus propriae infirmitatis*, ex quo oritur indigentia protectoris (= elementum affectivum) ; de facto, in angustiis suis homo semper Deum quaerit saltem materialiter. Cf. DECHARME, *Religions de la Grèce*, p. 22. Cum sensu infirmitatis intime cohaeret sensus justitiae ; scilicet homo indiget protectore qui eum tueatur non tantum contra mala physica, verum etiam contra mala moralia seu contra iniquitates hominum (= elementum ethicum).

2° *Indigentia explicationis rerum* (= elementum intellectuale) : inde Cosmogoniae, Mythologia, ope principii causalitatis ; de facto, instinctiva est in homine curiositas, seu cupiditas sciendi. Cf. LAGRANGE, *Les Religions Sémitiques*, pp. 23 sqq ; ubi citantur JEVONS, MARILLIER, etc.

II. ***De existentia vitae futurae.*** — Cum persuasione de Dei existentia arte connexa est persuasio de vita postterrestri seu de perduratione vitae. Eadem elementa ad eam acquirendam cooperari videntur :

1° *Amor vitae et felicitatis* (= elementum affectivum) : cum felicitas non habeatur nunc, incitatur homo ad inquirendum num post vitam praesentem haberi possit. — Eadem indigentia felicitatis ducit ad indigentiam justitiae (=elementum ethicum) : cum in hac vita virtus et vitium non recipiant praemium suum, inquiritur vita futura, in qua fiat remuneratio.

2° *Indigentia explicationis rerum* (= elementum intellectuale) : cum homo multa in hac vita ignoret, expectat alteram in qua nihil ei maneat occultum.

Momentum elementi ethici in acquirenda persuasione de via futura affirmant Mgr LE ROY, P. SCHMIDT, etc., contra A. BROS, *La survivance de l'âme chez les peuples non civi-*

lisés. Cf. GALIBERT, *La foi du nègre* in *Ann. de Phil. chrét.*, oct. 1907.

NOTA : Elementa superius enumerata se habent tanquam incitamentum ad cogitandum : conclusio *logica* cogitationis hujus est existentia Dei, ut Entis supremi et legislatoris, et etiam vitae futurae (1). Hujusmodi operationes modo magis minusve conscio apud homines vulgi peraguntur.

---

(1) On peut se demander si les certitudes dont s'occupe la thèse présente sont instinctives et dans quel sens.

1. « Tous les biologistes sont d'accord, je crois, dit M. Ed. CLAPARÈDE (*Esquisse d'une théorie biologique du sommeil*, Genève, Kündig 1905, p. 279), pour définir l'acte instinctif un acte adapté, accompli sans avoir été appris, d'une façon uniforme, par tous les individus d'une même espèce, sans connaissance du but auquel il tend, ni de la relation qu'il y a entre ce but et les moyens mis en œuvre pour l'atteindre. »

Ce qui est instinctif, ce n'est pas directement telles connaissances (sur Dieu, les premiers principes, etc.), ni les facultés pour les acquérir, mais l'impulsion à exercer ces facultés de manière à les acquérir. Autrement dit, l'homme est instinctivement, c'est-à-dire naturellement et inconsciemment, porté à faire les opérations d'esprit qui, de fait, conduisent aux premiers principes, à Dieu, à l'âme immortelle. Mais l'affirmation elle-même des premiers principes, de Dieu, de l'âme immortelle n'est pas instinctive, parce qu'elle n'est pas aveugle, parce qu'elle est faite en connaissance de cause. Pour les scolastiques, les premiers principes sont instinctifs *quoad exercitium*, non *quoad specificationem*. « Potest quidem, dit le P. T. PESCH (*Inst. log.* t. I, p. 135) aliquis instinctus quem rationalem vocare liceat, intellectum ad cognitiones quasdam, quae naturae rationali consentaneae sint, formandas, cum aliqua facilitate inclinare. Minime tamen potest ejusmodi inclinatio ulla ratione in locum ipsius perspicientiae sese ingerere. »

2. On dit : l'objet de l'intelligence est l'*être ;* et, pour appréhender l'*être*, on ne voit pas que l'intelligence ait besoin d'un instinct, d'une impulsion autre qu'elle-même. Soit ; mais l'intelligence, ne l'oublions pas, est une intelligence d'homme, et elle a pour but d'éclairer l'homme dans l'obtention de sa fin naturelle. Or, les êtres connaissables n'ont pas tous la même importance relativement à cette fin ; certains y sont à peu près indifférents, d'autres sont essentiels. Dès lors, l'intelligence doit opérer une *sélection*. Elle l'opère en vertu d'une loi interne, d'une sorte d'instinct intellectuel. C'est grâce à cet instinct qu'elle porte son attention sur tel aspect de l'être plutôt

Difficultates.

Contra I^m p. — 1. Homo ad vitam physicam tuendam non indiget certitudinibus ; nam vita physica hominis non differt specifice a vita physica brutorum, quae in brutis, sine certitudinibus fovetur et conservatur. — R. d. min. : vita physica eadem est in homine et in bruto, i.e. iisdem mediis sustentatur, c. ; i.e. eadem cognitione (sc. instinctiva) mediorum, sd, quando vita physica non est conjuncta cum exercitio vitae intellectualis (vg. in infantibus, insanis, etc.), c. ; quando conjuncta est cum vita intellectuali, n. — 2. Saltem certitudines ad vitam physicam requisitae sunt magnae probabilitates, vg. res visibiles, tangibiles, etc., habent realitatem objectivam, ignis comburit lignum, coquus me non interficiet veneno, etc. — 3. Secundum multos modernos, certitudines primitivae, de quibus in thesi, pertinent ad « fidem », quam dicunt rem « caecam » esse. — 4. Homines per plura saecula communiter admiserunt rotationem solis circa terram ; nunc firmiter tenent colores existere in objectis. A. Hae certitudines non sunt homini ad vivendum necessariae. — 5. Multi ne suspicantur quidem Deum existere, vg. ii qui ex parentibus incredulis nati in scholis irreligiosis educantur. — 6. Homines « agnostici » saepe valde honesti sunt et vitam religiosam agunt. E. fides in Deum remuneratorem non est conditio sine qua non vitae moralis (Cf. elementa solutionis apud M. Sérol, *op. cit.*, p. 137 sqq). — 7. Ad vivendum moraliter sufficit si probabiliter Deus existit et vita futura ; imo sufficit ut hoc non sit impos-

---

que sur tel autre, par exemple, sur son caractère contingent, sur l'*être qui commence en tant qu'il commence ;* c'est grâce à cet instinct qu'elle fait ensuite l'analyse de l'être qui commence, qu'elle en cherche la raison suffisante, qu'elle découvre le principe de causalité, et que, de cause en cause, elle monte jusqu'à la raison dernière de toute chose, c'est-à-dire jusqu'à Dieu. C'est grâce à un instinct intellectuel que l'intelligence cherche et trouve enfin la lumière dont elle a besoin pour vivre.

sibile (le pari de PASCAL). — 8. Existentia Dei et animae immortalis sunt veritates « morales » ideoque certitudines liberae ; repugnat igitur eas necessario acquiri.

Contra II^m p. — 1. Homines generatim non ratiocinando ad Dei existentiam perveniunt, sed credendo parentibus ; ad hoc autem superflua est inclinatio innata. — 2. Ratio cur homines acquirant cognitionem Dei et vitae futurae, et non aliarum rerum, vg. circulationis sanguinis, in eo est quod haec cognitio est magis obvia ; ergo non requiritur habitus innatus. — 3. Homines acquirunt multas notiones, vg. de urbanitate, quae non sunt obviae ; has autem sine habitu innato acquirunt ; ergo, a pari, notiones Dei et vitae futurae. — 4. Stomachus alias res digerit, alias non ; nemo tamen dixerit inesse stomacho habitum innatum ad has res digerendas potius quam alias. R. Inter res, aliae sunt natura sua digestibiles, aliae non sunt ; quod si quis stomachus inter res digestibiles alias retinet et alias rejicit, id sane statui peculiari seu speciali habitui stomachi hujus tribuendum erit ; atque ita confirmatur thesis.

Sommaire. — *Il y a — c'est un fait — des certitudes universellement répandues :*

a) *Dans* l'ordre physique : *la certitude sur les données immédiates des sens, sur les choses indispensables à la conservation de l'individu et de l'espèce ;*

b) *Dans* l'ordre idéal : *les premiers principes, les premières vérités, les axiomes ;*

c) *Dans* l'ordre moral : *les premières notions et principes du bien et du mal.*

L'homme est naturellement enclin à faire les actes intellectuels qui l'amènent à connaître les réalités qu'il a besoin de connaître pour orienter sa vie intellectuelle et surtout sa vie morale : Dieu, l'âme immortelle, libre.

Comment cela ? — Habitus principiorum, synderesis, inclinatio innata.

THESIS V[a]

Hominibus communiter persuasum est certitudines suas esse objectivas (I) et veras (II).

Praenotanda

I. **Scopus thesis.** — Ex hactenus dictis, haec sunt manifesta : certitudines quamplurimas habemus de rebus innumeris ; nobisque consentiunt sceptici omnes quotquot sunt et fuerunt. Hujusmodi certitudines acquiruntur vel sensibili experientia, vel sola inspectione terminorum, vel deductione, vel inductione, vel testimonio ; aliae sunt necessariae, aliae vero liberae ; aliae ab omnibus hominibus, aliae modo ab his, modo ab illis possidentur, etc. Quoniam in hoc capite I diligenter exquirenda sunt elementa certitudinis quorum cognitio ad solutionem problematis critici juvare potest, sat multi auctores aliquid hic exponunt de diversis gradibus certitudinis ; et inquirunt utrum ratio sufficiens diversae hujus firmitatis in subjecto ipso assentiente reponenda sit, an potius in causa quapiam extra subjectum sita, quae subjectum ad assentiendum magis minusve firmiter moveat. Attamen quid hac de re doceat introspectio tam inclarum est ut rectius videatur abstinendum a quavis affirmatione (1).

(1) Il est de fait qu'à première vue mes certitudes semblent différer ; mais ce n'est point en intensité. Personne ne pensera (ni même ne dira) : je suis plus certain (au sens strict du mot) de ceci que de cela.

Peut-être la différence tient-elle à ceci : les unes sont constamment à l'état de certitude dans mon esprit ; les autres tombent fréquemment à l'état de hautes probabilités, puis remontent à l'état de certitudes. Les unes sont assises du premier coup : l'esprit n'en doute jamais. Les autres ne le sont pas : la crainte d'errer revient sans cesse, et sans cesse l'esprit doit faire effort pour l'éloigner. Par exemple, *le tout est plus grand que la partie*. Je ne puis penser cette proposition sans voir qu'elle est vraie (sans croire, du moins, le voir). Au contraire, *Socrate a existé*, toutes sortes de raisons affluent pour le contester, et je suis obligé de les repousser. Par suite, *Socrate a existé* peut me sembler moins certain que *le tout est plus grand que la partie*. En réalité, tantôt c'est tout simplement certain ;

Porro certitudines spontaneas omnes hucusque spectavimus unice quatenus sunt *status psychologicus* in quo homo affirmat vel negat aliquid (= praedicatum) de aliquo (= subjectum) sine ulla errandi formidine. Nunc autem inquirimus quid homines in suis certitudinibus contentum esse existiment : *a*) utrum censeant eas esse status mere subjectivos, quibus nimirum de variis modis sui *Ego* doceantur, an aliquam relationem habeant cum rebus extra τὸ *Ego* positis ? — *b*) utrum relatio quam certitudines habent cum rebus extra positis sit relatio conformitatis, similitudinis, etc. ?

Duplici huic quaestioni, post institutam observationem sive propriam, sive alienam, respondet thesis : in ordine spontaneo, illud est essentiale omnibus certitudinibus quod homines eas pro objectivis et veris habeant.

II. Delimitatio thesis.

1° ***Notiones.*** — *Objectivitas* et *veritas* semper pro una eademque re habitae sunt ab Aristotele et a Scholasticis ; moderni vero, post Kantium, aliam ab altera distinguunt : — *a*) Objectivitas in genere latius patet quam veritas : potest enim haberi ibi, vg. in simplici apprehensione, ubi nulla est veritas ; — *b*) Insuper non repugnat objectum repraesentatum existere in se aliter ac est repraesentatum, vg. in idea objectum repraesentatum caret notis individuantibus, sed hoc modo non existit in rerum natura.

Veritas igitur aliquid objectivitati superaddit, vel saltem modum objectivitatis determinat. Ut cognitio certa dici

---

tantôt j'en doute ; tantôt il m'arrive tout à la fois de le tenir pour certain et d'éprouver la tentation d'en douter, tentation que je désavoue, que je déclare non avenue, mais qui ne laisse à mon esprit qu'une paix armée. En d'autres termes, ma certitude de *Socrate a existé* est exactement comme celle d'un théorème d'algèbre ; mais je me sens menacé de la perdre. Elle est plus exposée, moins stable, non moins intense. Et que l'on ne dise point que, à cause de cela même, elle n'est déjà plus une certitude : car je puis tout ensemble être certain et menacé de ne l'être plus. Cela se produit, par exemple, dans les tentations contre la foi.

possit vera, ea veritate quam Scholastici *conformitatem intellectus cum re* definiunt, requiritur ut objectivitas sit perfecta. Ad hoc autem duplex elementum essentiale est : 1° ut cognitioni respondeat aliqua realitas extra cognitionem ; 2° ut haec realitas sit in se, extra cognitionem, eo modo quo in cognitione exhibetur. Si primum adsit, objectum se habet ad cognitionem tanquam causa ejus *excitans* vel *specificans ;* si secundum, se habet tanquam *mensura* ejus et *norma ;* si primum adsit, cognitio est objectiva quidem, sed imperfecte ; si secundum quoque adsit, cognitio est *perfecte objectiva* seu *vera* (1).

2° ***Sensus thesis.*** — Persuasio subjectiva hominum de objectivitate et veritate suae certitudinis potest esse *in actu signato*, vel *in actu exercito.* Adest in actu exercito, cum mens judicantis fertur explicite in aliud objectum, ita tamen ut simul in exercitio judicii hanc persuasionem habeat : « Hoc judico, vg. Deus existit, et vere judico : sc. res habet illud praedicatum quod ei tribuo. » Hoc modo persuasio de objectivitate et veritate in omni judicio certo inserta est. Ut haec persuasio exercita habeatur sufficit conscientia directa seu concomitans ; ad signatam vero requiritur reflexio perfecta.

Thesis, sicuti jacet, nullos adversarios habet, ne eos quidem qui Sceptici nuncupantur.

DEMONSTRATIO

Ia PARS : Homines persuasum habent suas certitudines esse objectivas.

I. Observatio subjectiva. — A. *Ex analysi certitudinis :* Adhibita introspectione, tria in omni certitudine essentialiter contenta perspicio : 1° Duae ideae sunt menti praesentes ; 2° earum identitatem affirmo vel nego absque errandi formidine ; 3° persuasum habeo hanc identitatem esse in se, sine me, eo modo quo eam affirmo vel nego.

1. Cf. Mgr Sentroul, *L'Objet de la Métaphysique selon Kant et selon Aristote*, p. 13.

Optime enim et clarissime apprehendo discrimen inter res quas cum certitudine affirmo et res quas vel fingo vel imaginor, vel quas incertas aut probabiles censeo. E. g. quando judico : « Sol lucet », praetergredior, ut ita dicam, limites propriae conscientiae et statuo extra me aliquid quod est lucidum, et quidem statuo illud ita reale esse ut realitas ejus ab omnibus admitti pariter debeat (1).

B. *Ex connexione inter certitudinem et judicium categoricum :* Duplex factum introspicienti mihi se offert : 1° ex una parte, in apprehensione simplici, vg. *Deus*, *chimera*, etc., nulla est certitudo vel determinatio ad unum ; sed simul ac categorice enuntio : *Deus existit*, *chimera est fabula*, tunc incipit in me certitudo ; 2° ex altera parte, in simplici apprehensione nullam video veritatem nec falsitatem : incipit falsitas vel veritas cum judicio quo categorice pronuntio : *Deus existit*, etc. Proinde simul cum judicio incipiunt et certitudo et veritas et objectivitas. Atqui haec connexio non explicatur nisi eo quod judicans persuasum habeo certitudinem meam esse objectivam. Etenim si inquiratur ratio psychologica hujus connexionis, in hoc reperitur adesse quod certitudo eo momento incipit quo persuasum mihi est rem ita esse in se sicuti eam affirmo, seu, aliis verbis, statim ac apparet judicium esse objectivum. Ita scilicet me sentio dispositum ut nollem judicare hoc vel illud esse nisi ita esse videretur ; atque eo firmior et proinde eo certior est assertio quo magis mihi constat rem quam affirmo esse in se omnino sicut eam affirmo (2).

II. **Observatio objectiva.** — A. *Modus loquendi :* 1° Apud homines generatim idem valet vg. « certus sum de hac re » et « haec res est certa », « certo scio » et « certum vel pro

(1) Cf. T. Pesch, *Inst. log.*, t. I, p. 310 ; — É. Rayot, *Cours complet de philosophie* [1] (Delalain 1907), p. 180.

(2) Cf. S. Th., I, q. 16 a. 2 ; — Suarez, *D. Met.*, VIII, *s.* 3, *n.* 18 ; — T. Pesch, *op. cit.*, t. I, n. 264 ; — L. Ollé-Laprune, *La Raison et le Rationalisme*, pp. 1-64 ; — E. Rabier, *Logique*, p. 348 ; — Cal Mercier, *Logique*, p. 66.

certo habeo », etc. Hoc ostendit homines ideo esse de aliqua re certos (subjective), quia res eis videtur esse certa (objective).

2° Objectivitas certitudinis, saltem existimata, clarissime exprimitur in lingua gallica, in qua adverbium *certainement* ad statum subjecti judicantis, et sententia adverbialis substantiva *avec certitude* ad indolem objecti refertur. Vide exempla apud B. LAFAYE, *Dict. des syn.* pp. 87 sqq.

3° Idem patet ex eo quod homines fatentur tum se tum alios nonnunquam in errorem incidere (Cf. TH. sequens). Jamvero nunquam errarent homines si, dum judicant, solam subjectivam sui persuasionem exprimere vellent. Etenim vel sentiunt id quod dicunt vel non : *si 1um*, non errant, siquidem semper verum est eos subjective sentire id quod affirmant ; *si 2um*, non errant, sed mentiuntur, quia nempe affirmant id quod non sentiunt. *Error* autem situs est in eo quod aliquis existimat rem esse quae non est, vel non esse quae est.

B. *Modus agendi hominum in vita privata.* — Cum animalia bruta, utpote libertate carentia, sint in agendo *determinata ad unum*, facile explicatur constans uniformitas eorum in agendo. Homo vero liber est. Si quam igitur in actionibus suis regulam sequitur, ea in ejus cognitione certa reponenda erit.

1° Si homo persuasum non haberet subesse valorem objectivum certitudinibus quas habet, non intelligitur cur vg. devitet canem rabidum, quaerat uvas in vinea potius quam in quercu, salutet amicos obviam venientes, adhibeat medicinam ad morbum sanandum, et generatim media ad finem assequendum, etc. (1)

(1) Cf. S. TH., *de Ver.*, q. 22, a. 4 ; in *Met.* l. 11, lect. 6 haec habet : « Si in rebus nihil est fixum (ac proinde nihil certum), neque quamtum ad esse, neque quantum ad non esse, propter quid deferunt hunc cibum, quem medicus jubet, et non alium ? Secundum enim dictam opinionem (sc. nihil esse fixum), quid magis est panis, vel non panis ? Quasi diceret : non magis praedicatur de eo affirmatio

2° Neque posset homo moraliter et religiose vivere, praesertim ubi de rebus arduis et molestis agitur, si non firmiter existimaret Deum, animam suam, bonum et malum, jura et officia, etc. esse realitates objective existentes et non meras fictiones subjective productas. Si primis christianis persuasum non fuisset fidem suam in Christum esse objectivam, nunquam tormenta martyrii tolerassent. Persuasiones hominum ex eo vim et efficacitatem ad vitam dirigendam obtinent quod pro objectivis firmiter tenentur, idque experientia satis exploratum est.

C. *Modus agendi hominum in vita sociali.* — Societas humana fundata est in mutua hominum sinceritate, qua scilicet in affirmando vel negando res exprimunt sicuti sunt. Si quem suspicamur res dicere aliter ac sunt, ei vitio vertimus quod sit vel mendax, vel levis et inconsideratus. Supponimus igitur judicia hominum, quando se certos dicunt, esse objectiva atque digna quibus fidatur.

IIª PARS : Homines persuasum habent certitudines suas esse veras.

Ad hanc partem ostendendam pauca sufficiunt :

1° In ordine spontaneo, nec mihi nec aliis in mentem venit distinctio inter aspectum subjectivum et aspectum objectivum certitudinis. Certitudinem habere et certitudinem habere quae sit objectiva existimatur ut unum et idem. Jamvero neque distinguunt homines inter objectivitatem et veritatem suae certitudinis ; haec subtilitas non nisi post multa saecula inducta est.

2° De facto, si interrogantur homines utrum in judiciis suis certis affirment vel negent *conformiter statui rerum objectivo*, respondent hoc sibi omnino persuasum esse. Igitur existimant certitudines suas esse veras, seu res esse in se

---

quam negatio. Et sic nihil differt quod comedat vel non comedat. Sed nos videmus, quod ipsi afferunt hunc cibum, quem medicus jubet, quasi habentes verum judicium de ipso cibo, et quasi hic cibus vere sit ille cibus, de quo medicus jubet. »

et objective eo modo quo subjective affirmantur. Neque hoc in uno alterove casu accidit, sed in omnibus casibus, in quibus homines se certos esse dicunt.

Nota : Ea naturalis persuasio hominum de objectivitate et veritate suarum certitudinum vocari solet « *Dogmatismus ingenuus* » (« *le dogmatisme naïf* »). In ordine spontaneo omnes homines sunt dogmatistae ingenui (1).

Dogmatismus ingenuus non est corpus aliquod doctrinarum, sed est spontanea dispositio animi qua homo suis facultatibus et proinde suis cognitionibus aut caece fidit, aut sine ratione sufficienti, aut saltem sine ratione sufficienti distincte cognita. Dogmatismo ingenuo opponitur *dogmatismus criticus*.

Corollarium. — In fine hujus capitis, certitudo, de qua actum est, definiri potest : « *actus vel status mentis in quo homo aliquid affirmat vel negat sine errandi formidine eo quod persuasum habet res ita esse sicut eas judicat* ». Haec definitio nihil novi superaddit definitioni superius statutae (Th. I) ; sed eam explicat et distinctiorem facit. Reflectenti manifestum erit definitionem hanc competere omnibus certitudinibus de quibus hucusque sermo fuit.

Difficultates.

1. Homines in ordine spontaneo nihil suspicantur de objectivitate certitudinis. — 2. Ut cognosci possit objectivitas certitudinis requiritur reflexio ; haec autem in judiciis directis non habetur. — 3. Homines interrogati cur de aliqua re certi sint non respondent : « quia res ita est », sed « quia res ita esse mihi videtur ». Ergo persuasionem sub-

(1) «La conscience universelle de l'humanité affirme que l'intelligence est faite pour connaître ce qui existe réellement. Elle affirme que nos concepts subjectifs répondent à des réalités objectives ; que nous connaissons, non seulement nos concepts, mais encore dans ces concepts les objets réels extérieurs à nous-mêmes. Cette proposition est le principe fondamental de la philosophie dite *réaliste*. L'intelligence humaine, lorsqu'on ne la torture pas, est naturellement réaliste. » Th. de Régnon, *Études sur la sainte Trinité* (Retaux 1892), t. I, p. 4.

jectivam solum exprimunt. — 4. Agnus judicat lupum esse fugiendum, siquidem eum modo uniformi fugit ; numquid propterea objectivum est ejus judicium ? — 5. Ad moraliter agendum sufficit persuasio mere subjectiva de existentia legis, vg. si quis judicat parentes senio confectos esse occidendos, moraliter agit si eos accidit. — 6. Ad vitam socialem agendam sufficit ut judicia hominum sint probabiliter objectiva, etc.

Sommaire.— En réalité, et sans qu'ils se l'énoncent à eux-mêmes expressément (signate), *les hommes, quand ils ont des certitudes, tiennent invariablement ces certitudes pour objectives.* — 1° *Dans toute connaissance, il y a dualité ; un* non-moi *se présente au* moi. *Connaître, c'est cela, ou ce n'est rien du tout. Pour le vulgaire, comme pour s. Thomas d'Aquin, les êtres doués de connaissance diffèrent de ceux qui en sont dénués en ce que, en plus de leur être à eux, ils sont naturellement capables d'en recevoir ou d'en acquérir un autre.* — 2° *Dans toute connaissance certaine, je veux dire dans toute certitude, l'homme est intimement persuadé que la chose présentée au moi existe en soi — réellement ou idéalement — et que, par la présentation qui lui en est faite, il la connaît telle qu'elle est en soi. De sorte que, lorsqu'il prononce un jugement sur elle, il est convaincu qu'il dit ce qui est, qu'il dit la vérité. L'homme croit à l'objectivité de l'*expérience (*connaissance par les sens*), *de la* raison (*connaissance par concepts, par discours, par induction*), *du* témoignage (*connaissance par ouï-dire*). *Dans l'état spontané, les hommes n'ont même pas la pensée de se demander si leurs certitudes sont subjectives ou objectives ; cette subtilité leur est inconnue ; ils sont, comme disent les Allemands, des* dogmatistes *et des* réalistes naïfs.

Le but de ce chapitre est de servir d'introduction non pas propédeutique mais psychologique au problème de la certitude. Il ne contient pas des notions *techniques, à utiliser plus tard, mais des* faits *qui nous amènent à nous poser pour nous-mêmes — et chacun pour soi — le problème qui fera l'objet de tout le traité.*

CAPUT II

DE PROBLEMATE CRITICO ET DE CONDITIONIBUS SOLUTIONIS EJUS

Certitudines omnes, de quibus hucusque fuit sermo, considerari debent unice tanquam facta ; imo explicationes psychologicae, quae adductae sunt in parte secunda Th. III et IV, non aliud sunt quam certitudines spontaneae, quae non secus ac caeterae, spectari debent tanquam facta psychologica.

Ut ex tituli inscriptione elucet, duo in praesenti capite nobis sunt exponenda. Prima pars (Th. VI) spectat ad genesim problematis criteriologici ; et proinde est continuatio vel complementum capitis I. Altera pars (Th. VII, VIII) est magis theoretica et methodologica, in qua variae conditiones stattuuntur quae ad problema solvendum pertinent. Quare duo in hoc capite sunt articuli.

ART. I

De genesi problematis critici.

THESIS VI[a]

Cum certitudine spontanea non semper conjungi veritatem facta sat multa probant (I). Inde oritur quaestio : quo signo dijudicari possit certitudinis veritas (II) ?

I[a] PARS : Certitudo spontanea non est semper vera.

Praenotanda

I. **Scopus thesis.** — Omnibus certitudinibus, ut dictum est in thesi V[a], hoc est commune quod ab hominibus pro objectivis et veris habentur. Nunc autem quaeritur ulte-

rius utrum persuasio subjectiva hominum de valore suarum certitudinum sit hallucinatio quaedam mentalis, an vero omni certitudini semper subjaceat veritas.

II. **Variae sententiae.** — Hac in re non consentiunt auctores :

1° Neo-scholastici fere omnes, ut constat ex eorum libris ad usum scholarum editis, docent certitudinem esse *essentialiter adhaesionem veritati*, et proinde cum veritate necessario conjungi. Quodsi igitur — quod fateri debent — nonnunquam accidit ut falsitati adhaesio firma praestetur, contendunt hujusmodi adhaesionem *abusive* dici certitudinem. Non pauci hanc suam opinionem vocibus technicis exprimunt. Nimirum distinguunt certitudinem *adhaesionis* (adhaesivam) seu « indubitabilitatis » a certitudine *inhaesionis* (inhaesiva, formali) sive « infallibilitatis ». Prior potest cum errore conjungi ; posterior sola est genuina, utpote veritatem semper consequens, atque idcirco sola certitudinis nomine insigniri debet.

Verum hujusmodi distinctio inter certitudinem *adhaesionis* et *inhaesionis* non existit in ordine spontaneo ; sed inducta est post inquisitionem factam. Si jam in ordine spontaneo haberetur diversitas nominis prout certitudo est vera vel erronea, tolleretur eo ipso problema certitudinis. Error actualis, ut dictum in Th. I[a], non est factum conscientiae ; si quis enim, dum errat, conscius esset se errare, non erraret.

2° Alii, quibus consentimus, facta non corrigentes, sed explicare volentes, dicunt : *a*) vox « certitudo » *de facto* usurpatur in multis casibus in quibus veritas nulla est ; *b*) id autem fit quia status mentis hac voce significatus conjungitur modo cum veritate modo cum errore ; *c*) et quia status ille, quatenus se conscientiae directae prodit, plane idem est psychologice, sive sit cum veritate sive cum falsitate conjunctus ; *d*) atque in hoc facto ratio desumitur instituendi problematis critici. Ita S. Thomas, *Quodl.* VI, 6 ; — cf. St. Harent, *art. cit.*, col. 2378, IV, n. 2.

Idem sentiunt, inter alios, C[lis] Zeph. Gonzalez (1), Sanseverino (2), Balmès (3), C[lis] Mercier (4), Mgr Chollet (5), É. Rabier (6) et ascholastici omnes.

III. **Delimitatio thesis.** — 1° Non affirmamus omnes et singulos homines aliquando errare. Possunt enim fortasse aliqui homines disciplinis exactis ab infantia assueti eo adduci ut eam dumtaxat certitudinem pro genuina habeant quae mathematica vel metaphysica sit, seu cujus oppositum tanquam prorsus impossibile appareat. Sed homines communiter alias habent certitudines praeter mathematicas aut metaphysicas. Porro de his statuitur thesis.

2° Neque asserimus errores hominum adesse in omnibus et singulis certitudinum categoriis, sc. in speculativis, in practicis, in historicis, in necessariis, in liberis, in deductivis, in inductivis, etc. Asserimus solummodo adesse certitudines erroneas, in genere, afferendo scilicet facta et ostendendo in his factis exstitisse certitudinem spontaneam simul et erroneam. Quod si, revera, nullus error adsit vg. in certitudine necessaria, id nescimus modo, cum criterium certitudinis verae nondum sit cognitum.

3° Cum dicimus homines plane eodem modo affectos esse in certitudine objective fundata et in certitudine erronea, factum duntaxat statuimus. Si quis igitur objecerit identitatem hanc experientiae internae in sola conscientia *directa* existere, atque ideo ex defectu considerationis oriri, reponimus : utrum hujusmodi identitas conscientiae evanescere possit adhibita reflexione annon, nunc nondum constat sed postea videbitur.

---

(1) *Philosophia elementaria* (Madrid 1868), t. I, p. 123.

(2) *Elementa Philosophiae christianae* (Naples 1864), t. I, p. 513.

(3) *Philosophie fondamentale* (Paris 1855, trad. Manec), t. I. Notes du l. I, c. I. « La certitude est un assentiment ferme à une vérité apparente ou réelle... Nous pouvons être certains d'une chose fausse... »

(4) *Critériologie générale* [4], passim, vg. p. 16, 34 seq., etc.

(5) *Dict. de théol. cath.* art. *Certitude*, §§ 1, 2.

(6) *Logique*, p. 370.

DEMONSTRATIO

I. **Facta statuuntur** (pauca inter sexcenta) :

A. *Praeterita.* — 1° In ordine *scientifico* per plura saecula firmiter existimatum est solem rotare circa terram intra spatium 24 horarum, coelum empyreum esse materiam solidam, antipodes esse impossibiles, etc. Nonnullae ex his opinionibus dantur tanquam veritates revelatae in operibus quibusdam mysticis, vg. Mariae d'Agreda, quod profecto non nihil auctoritatis his revelationibus detrahit (1). — Existimatum est etiam ex materia anorganica oriri organismos viventes (recolantur ea de re controversiae inter Pasteur et Pouchet), calore dilatari omnia metalla, etc.

2° In ordine *historico* multae sententiae diu acceptae sunt quae nunc rejiciuntur, vg. apostolicitas ecclesiarum Galliae ; baptismus Constantini imperatoris a Sylvestro papa ; authenticitas scriptorum Dyonisio dicto Areopagitae attributorum ; existentia, dies natalis vel mortis, nonnullorum Sanctorum (?), sive in Martyrologio sive in Breviario romano insertorum (2). Hi sunt errores generales; sed alii fuerunt etiam errores hominum singularium, vg. Tobiae circa Raphaelem archangelum. Cf. *Tob.* v et XIX.

3° In ordine *philosophico* maxima est diversitas sententiarum contradictorie oppositarum inde a primis Ionicis (Thales a Mileto, etc.) usque ad tempora nostra : Monismus Dualismus, Materialismus, Spiritualismus, Doctrina de fato, de Providentia, etc.

B. *Hodierna.* — Alia facta etiam hodie ab omnibus observari possunt : 1° Constat homines non raro cum pari certitudine proferre judicia contradictorie opposita, e quibus igitur unum est certo falsum, vg. ii qui doctrinam catho-

---

(1) Cf. Aug. POULAIN, *Des grâces d'Oraison* (Beauchesne 1909), c. XXI.

(2) Sur *Barlaam* et *Josaphat* (27 nov.) lire P. Van den GHEYN, *Dict. de théol. cath.*, au mot *Barlaam* ; — sur la date de la mort de saint François Xavier voir P. CROS, *Études*, 5 déc. 1903.

licam rejiciunt cum certitudine affirmant panem, consecratione peracta, manere panem ; miracula non fuisse patrata vel saltem ea non posse constare, etc. In philosophicis, accidit ut eaedem sententiae ab aliis propugnentur ut certo verae, ab aliis condemnentur ut certo falsae, etc.

2° Unusquisque sibi conscius est se variis vitae suae temporibus diversas certitudines habuisse ; idemque multi homines ultro confitentur.

II. His statutis factis ita arguere licet :

Persuasiones firmae simul et falsae (sc. contradictoriae), quas historice constat homines habuisse et hodiedum habere ad aliquem statum mentis necessario pertinent. Atqui hic status non est ignorantia, nec dubitatio, nec suspicio, nec opinio etiam maxime probabilis, siquidem ne umbram quidem dubii habebant de veritate suorum judiciorum, vg. persuasio eorum qui condemnationem Galilei postulabant. Ergo hic status est et dici debet *certitudo;* nam alia vox non suppetit.

Profecto status mentis eorum qui contendebant solem moveri circa terram immobilem omnibus elementis certitudinis instructus erat : scilicet erat assensus firmus alicui judicio praestitus sine ulla errandi formidine *prudenti ;* nam tunc temporis rationes pro rotatione terrae tam debiles erant vel apparebant ut maxime imprudens fuisset illis assentiri.

Cum igitur in ordine spontaneo existat error, qui nihil est aliud quam certitudo, erronea quidem, sed quae non innotescit tanquam erronea, concludendum est omnino cum certitudine spontanea non semper conjungi veritatem (1).

---

(1) « Il y a des certitudes mal fondées : ce qui le prouve, c'est l'erreur. Car toute erreur fut une certitude ; et même, puisque l'erreur cesse d'être dès qu'elle est reconnue telle, c'est uniquement dans la certitude que gît l'erreur : toute erreur *est* certitude...

Une fois, il est vrai, l'illusion découverte, il peut nous sembler,

IIa PARS : Exinde oritur problema criticum.

I. **De facto.** — Historice, scilicet ex documentis quae nobis praesto sunt, constat ex erroribus et contradictionibus desumptam fuisse ansam primo ad quaestiones criticas agitandas, et deinde ad problema criteriologicum methodice et data opera tractandum. Recolantur ea quae in Praeambulo III dicta sunt.

De Scepticis conferri possunt Diogenes Laertius, *de Vitis philosophorum*, vita Pyrrhonis ; — Sextus Empiricus, *Hypotyposes Pyrrhonianae ;* — Montaigne, *Essais*, l. 2, c. 12. Cf. F. Strowski, *Montaigne* (Alcan 1906), pp. 189-197 ; — Huet, *Traité philosophique de la faiblesse de l'esprit humain* (Amsterdam 1723), Préface, p. 3 sqq. — Consulantur etiam R. Descartes, *Discours de la méthode*, Ire partie ; *Ire Médit.* IX, etc. ; — B. Pascal, *Pensées*, éd. Havet, art. III ; — J. Locke, *Essay concerning human understanding*, Epistle to the reader ; — D. Hume, *Enquiry concerning Human Understanding*, l. I ; — E. Kant, *Critique de la raison pure*, Préface de la Ie et de la IIe édition ; *Doctrine transcendenlate de la méthode*, l. I, etc. De W. James et H. Bergson pauca in *Revue de philosophie*, déc. 1910.

II. **De jure.** — Cum accidat quod certitudines quae pro objectivis et veris habebantur postea falsae repertae sint, jam non amplius licet certitudinibus nostris spontaneis simpliciter fidere. Sponte enim atque jure oritur suspicio ne error etiam in iis certitudinibus, quae maxime firmae sunt, lateat. Quare viri prudentis et sapientis erit cer-

---

après coup, que cette certitude illusoire n'était pas une entière certitude. C'est que nous faisons remonter, par une sorte d'illusion d'optique, notre doute actuel dans notre certitude antérieure. Nous jugeons de ce qu'elle était par ce qu'elle aurait dû être. Mais c'est avant la découverte de notre erreur qu'il aurait fallu en juger de la sorte. Or à ce moment nous ne le pouvions pas. — Il y a donc, le fait est indéniable, des certitudes absolues et pourtant mal fondées. » É. Rabier, *Logique*, *p.* 370 *sq.*

titudines suas diligenter scrutari ut detegat, quantum fieri possit, signum aliquod vel criterium inconcussum quo mediante certo discerni queat certitudo vere objectiva ab ea quae apparenter tantum est objectiva. Jamvero in hac peragenda inquisitione consistit problema criteriologicum.

Nota : Fatendum est magnos scholasticos de modo et mensura objectivitatis certitudinum nostrarum potius quam de ejus realitate sollicitos fuisse. Quod mirum non est, cum primis medii aevi temporibus firmissima esset omnium fiducia in valorem cognitionis humanae (1). Hanc vero fiduciam paulatim labefactatam esse inde praesertim a tempore renascentis Antiquitatis historice constat. Quare hodie vitari problema nequit.

Corollarium. — Ergo ii non sunt audiendi qui problema criticum ab inquisitione philosophica removendum censeant, eo quod infaustos exitus habuerit et adhuc habeat. Negant nimirum quidam philosophiae munus esse quaslibet certitudines spontaneas scrutari ; quae majoris momenti sunt (ita illi) eas poterit declarare et illustrare, sed nefas est earum fundamenta perquirere. Inter hujusmodi certitudines, quas tangere non licet, primo loco veniunt valor facultatum, existentia Dei, animae immortalitas. Ita inter alios P. Ventura (*De methodo Philosophandi*, Romae 1828) quem confutat P. Palmieri, *Inst. Phil.*, t. I, pp. viii-ix.

Attamen aliquid ex horum virorum prudentia retinendum est : etenim cum periculum problematis — quod non in inquisitione ipsa, sed in inquisitione perperam instituta latet — sit res relativa, cavendum est omnino ne agitetur problema certitudinis sine necessitate, et praesertim coram

(1) « Le scepticisme se cache au moyen âge, et la raison en est simple, car douter c'est exercer, sous sa forme la plus radicale, le droit de penser librement. Le scepticisme renaît au XVI^e^ siècle avec la liberté. » J. Simon, dans Amédée Jacques, Jules Simon, Émile Saisset, *Manuel de Philosophie* [5] (Hachette 1867), p. 195. — On ne peut douter que J. Simon ait exercé en écrivant ces lignes le droit de penser librement. Il n'y a de pensée libre que celle qui n'est pas arrachée par l'évidence. Voir Th. III.

hominibus qui, ob defectum philosophicae praeparationis difficultates capere possunt, non autem solutionem.

Difficultates.

1. Omnes Scholastici communi voce docent certitudinem esse adhaesionem veritati. — 2. Quando aliquis erravit, alii eum derident : dicebas te esse certum ! Hinc cum errore nunquam est conjuncta certitudo. — 3. Certitudo est dos cognitionis. Sed de eo quod non est nequit dari cognitio nec proinde certitudo. — 4. Certitudo est quies mentis. A. mens in errore quiescere nequit, sed in veritate tantum. — 5. Certitudo est adhaesio stabilis ; sed in errore stabilitas nulla esse potest. — 6. Saltem in adhaesione erronea semper adest motivum prudens dubitandi. — 7. In certitudine erronea, error est materialis tantum : nam adhaesio non praestatur nisi quatenus res apparet sub specie veri. — 8. Si status subjecti est omnino idem in certitudine vera et in certitudine erronea, desperandum est de criterio veritatis.

Sommaire. — Nous avons des certitudes en grand nombre sur toutes sortes de sujets : sur nous-mêmes, sur le monde, sur la nature et ses lois, sur Dieu. Ces certitudes nous les croyons objectives, nous sommes persuadés que les choses sont en nous et hors de nous ce que en tout honneur et conscience nous affirmons qu'elles sont. — Mais ne serait-ce pas une illusion ?

D'où nous vient un pareil soupçon ?

« D'une manière générale, le problème critique est posé par le fait de certitudes présumées et puis reconnues illégitimes. Soit qu'aucune raison de doute ne se fut présentée, soit que toutes les objections eussent été refoulées, l'esprit se reposait dans une affirmation quand il a été tout à coup tiré de cette quiétude par une constatation brutale ; il s'était trompé. *Le voilà meurtri, étonné, troublé ; une crainte le saisit,* qui porte sur toute certitude, *sur celle même qui vient d'en chasser une autre et de révéler une erreur ; qui garantit qu'elle ne sera pas à son tour infirmée ? Tout est perdu, si l'on ne parvient à trouver un* critère *infaillible de vérité, qui soit en même temps* motif *de certitude légitime* (1) ».

(1) P. Gény, *Revue de philosophie*, sept. 1909, p. 243 sq.

ART. II

De conditionibus ad rectam problematis critici positionem et solutionem requisitis.

Praenotanda generalia

Hic incipit Criteriologia, seu inquisitio criterii quo mediante certitudo vera possit ab erronea discerni. In criteriologia *generali*, ea investigantur et exponuntur quae ad certitudinem objectivam, qua talem, spectant; in criteriologia *speciali* aliquid dicetur de diversis categoriis certitudinum, vg. de iis qua obtentae sunt deductione, inductione, testimonio, etc. — Quo tutius in opere nostro procedatur, nonnulla sunt ante oculos praehabenda.

I. Positio problematis. — Duplex existit :

A. *Incongrua.* — Non pauci auctores problema criticum ita intelligere videntur : Habemusne certitudines, annon? — Habemus profecto, idque natura ipsa docemur (1). Sceptici quidem negant ullas esse. At vero repugnat (*physice* et

(1) « Pour moi, dit J. Balmès, je ne prétends pas m'élever au-dessus de tous les hommes ; je ne veux pas me mettre en lutte avec la nature ; si je ne puis être philosophe sans cesser d'être homme, j'abandonne la philosophie et je me range du côté de l'humanité. » *Philosophie fondamentale*, t. I, l. I, c. 34.

« Ces derniers mots résument l'attitude de Balmès en face du problème critique. En réalité, il ne le pose même pas : il lui oppose une fin de non-recevoir au nom du fait indestructible de la certitude, condamnant d'avance à l'inanité tout effort qui tenterait de l'ébranler par la négation ou par le doute. » Juan Zaragüeta, *La Philosophie de Jaime Balmès* (1810-1848), *Revue néo-scol.*, 1910, p. 567. — C'est également l'impression que produit la lecture de beaucoup de manuels signés de noms vénérables : on y trouve, inexprimé mais réel et extrêmement tenace, le parti pris de ne pas soulever, de ne pas admettre que l'on soulève le problème critique. Beaucoup, qui paraissent poser ce problème, le résolvent aussitôt par un appel au sens commun, qu'ils nomment le bon sens, et qui ne se discute pas. L'on reconnaît aujourd'hui, sans trop de mauvaise grâce, que cette méthode manque d'envergure.

metaphysice) nullas dari, siquidem in judicio, quo idipsum asseritur, tria saltem tanquam certa implicite continentur : sc. existentia subjecti (= *primum factum*), principium contradictionis (= *primum principium*), aptitudo mentis ad recte judicandum (= *prima conditio*). Caeterum, in vita communi, sceptici non secus se gerunt ac dogmatici : ex quo patet ab eis multa pro certis teneri.

Hic procedendi modus problema criticum integrum relinquit, atque neminem nisi fictos adversarios tangit.

B. *Genuina.* — 1° *Certitudo* formaliter est *status mentis* firmiter adhaerentis judiciis quibusdam sine prudenti formidine errandi (Th. I). — *a*) Dicitur *subjectiva*, si objectum, quod mens ut certum judicat, est mera fabricatio subjecti cogitantis. *b*) Dicitur *objectiva*, si realitatem aliquam extra judicium habet. *c*) Dicitur *vera*, si realitas extra judicium existit eo modo quo judicio exhibetur.

2° Problema solvendum ita effertur : *Certitudines quas de facto habemus, et quae ab omnibus pro objectivis et veris existimantur (scepticis non exceptis), suntne revera objectivae et verae, annon ?* — Huic quaestioni ansam praebent errores et contradictiones hominum (Th. VI).

II. **Delimitatio problematis.** — Quo lucidius patescat punctum solvendum, recolendum est quid significent voces *subjectum*, *subjectivum*, *objectum*, *objectivum*. Pro scopo nostro sufficit triplicem sensum animadvertere.

A. **Subjectum — Subjectivum.**

1° Sensu vulgari, *subjectum* est id quod subjacet, res quae inferius jacet, quae est subdita alicui — vg. in politica, inferiores dicuntur *subjecti ;* in logica, *subjectum* subjacet praedicato, seu est inter « inferiora » praedicati, etc.

2° Sensu philosophico, *subjectum* est id quod subjacet qualitatibus sensibilibus (primariis vel secundariis) = τὸ ὑποκείμενον, substratum, substantia. « Rem, quae determinatione afficitur, determinationis *subjectum* appellamus, determinationem autem ipsam subjecti *formam*. Quae appellationes, ut patet, metaphoricae sunt. Ex eo enim quod res omnes per aliquas suas affectiones se manifestent,

per easque solum a nobis cognoscantur, fit ut res concipiamus quasi latentes sub his proprietatibus easque sustinentes. Et idcirco rem ipsam vocamus *subjectum* (1). »

3° Sensu critico, *subjectum* est persona cognoscens, sui conscia, quatenus praecise afficitur actu cognitionis ; idem valet ac τὸ *Ego* psychologicum, et opponitur *objecto* critice intellecto. Hoc sensu, id quod non existit nisi in subjecto habet valorem *subjectivum*, non *objectivum*.

Nota : *Subjectivismus* vocatur : *a*) doctrina quae negat possibilitatem cognitionis objectivae, seu cognoscendi objecta sensu critico ; quae proinde mentem intra muros conscientiae claudit, et ita aequivalet *idealismo subjectivo ; b*) quaevis theoria quae partes subjecti in experientia constituenda peculiari modo extollit, vg. doctrina Kantiana, quatenus originem subjectivam tribuit formis et categoriis (2).

B. **Objectum — Objectivum.**

1° Sensu vulgari, *objectum* idem significat quod *res* aut *aliquid ;* et *objectivum* dicitur quidquid non est nihil. — Hoc sensu certitudines spontaneae, etiam ut facta psychologica et a subjecto indistincta, valorem objectivum habent : propriam enim possident entitatem, qua opponuntur nihilo. De hujusmodi objectivitate non agitur.

2° Sensu philosophico, *objectum* est realitas quaevis, non mere quatenus differt a nihilo, sed quatenus praesens sistitur (objicitur) alicui facultati apprehensivae. Haec realitas potest esse intra vel extra subjectum cogitans. — Hoc etiam sensu, certitudines spontaneae valorem objectivum habent, siquidem conscientiae tum directae tum reflexae praesentes fieri possunt. Neque de hac objectivitate quaeritur.

3° Sensu critico, *objectum* opponitur « subjecto » et statibus ejus ; et proinde illud est *objectum* quod realitatem aliquam habet a realitate subjecti cogitantis distinctam. Hinc *objectum* est aliquod *non-Ego*. — Hoc sensu,

(1) Salv. Tongiorgi, *Inst. phil.*, t. I, p. 22.

(2) Cf. J. Dewey in Baldwin's *Dictionary of Philosophy and Psychology* (London 1902), t. II, p. 607, 611.

certitudines spontaneae, ut facta psychologica, non habent valorem objectivum : nihil enim entitatis habent ab entitate subjecti distinctum, scilicet sunt *Ego certus.*

Attamen, omnibus consentientibus, entitas psychologica certitudinis est *repraesentativa*, i. e. aliquid, tanquam a se distinctum, menti praesens sistit atque affirmat. Porro, in hoc situm est *problema criteriologicum : « Id quod praesens menti sistitur, tanquam a statu subjectivo distinctum, estne revera aliquid objectivum* (*sc. aliquod objectum*), *an aliquid subjectivum* (*sc. subjectum ipsum modo quodam , captu difficili, affectum*). »

Proinde non agitur de realitate intra-subjectiva objecti (sensu philosophico dicti) in cognitione certa repraesentati — de qua nemo unquam dubitavit —, sed de ejus realitate extra-subjectiva ; et *quaeritur num persuasio nostra de realitate extra-subjectiva objecti possit mente justificari* (1).

Nota : *Objectivismus* vocatur ea doctrina, quae realitatem objectivam (sensu critico, i. e. extra-subjectivam) aliquibus saltem ex objectis (sensu philosophico) in cognitione nostra repraesentatis tribuit ; opponitur *subjectivismo, scepticismo, phaenomenismo.*

---

(1) Ces notions sont de la plus haute importance. Tel auteur qui, durant quatorze pages (263-277), gourmande les adversaires assez aveugles pour ne pas s'apercevoir que dans toute connaissance il y a un objet, écrit lui-même (p. 278) ces mots : Quaeritur utrum objectum, quod isti conceptus exhibent (sc. universales conceptus), revera in ipsis rebus extra existentibus inveniatur et quomodo, i. e. utrum eo modo quo a conceptibus repraesentatur, aut alio modo. » — Comme si ce n'était pas le problème que se posent les adversaires tant gourmandés !

Qu'il soit entendu que pas un subjectiviste, que pas un idéaliste ne nierait les déclarations suivantes de J. de Tonquédec : « Pour nous, la connaissance est toujours une saisie immédiate de quelque chose. On a beau reculer, il faut en arriver là, ou renoncer à l'idée même de connaissance. *Que l'objet soit le résultat d'une construction de l'esprit, ou un être éclos dans la nature* (les italiques sont de moi), il faudra bien, en définitive, que la connaissance — sous peine de ne pas exister — s'y applique immédiatement, le saisisse lui-même et tel qu'il est. » *La Notion de Vérité dans la « Philosophie nouvelle »*, p. 74. — L'objet que je saisis est-il une *construction* mentale ou *un être éclos dans la nature — that is the question !*

III. Variae expressiones problematis.

1ª Expressio : quaeritur utrum rei judicio expressae (et proinde habenti esse aliquod ideale in mente) aliquid respondeat extra judicium et a judicio independens. Haec est « quaestio de ponte », seu de transitu ab ordine subjectivo ad ordinem objectivum.

2ª Expressio : Si certitudo (status subjectivus) originem ducit ex causa subjecto interna (vg. ex propensione quadam instinctiva, ex structura organorum sive essentiali sive atavismo transmissa, etc.) dicenda erit subjectiva ; si oritur ex causa subjecto extranea, certitudo erit objectiva.

Hinc quaeritur : qua ratione oritur in nobis certitudo ? ex causa nobis interna an externa? — Cf. Mercier, *Crit. gén.*, p. 44 sqq.

3ª Expressio : Cum judicium, cui inest certitudo, consistat in efficienda synthesi inter subjectum et praedicatum, quaeritur utrum haec synthesis fiat sub influxu motivi cujusdam a judicante distincti, an e contra erumpat modo caeco ex ejus subconscientia vel ex forma quadam subjecto a priori insita. Cf. Id., p. 42 sqq. — Haec expressio est magis scientifica, a nobisque adhibebitur.

4ª Expressio : Ad detegendum utrum status certitudinis vel synthesis inter subjectum et praedicatum a causa intra-subjectiva oriatur, an a causa extra-subjectiva, requiritur *signum* quoddam vel *criterium*. Inde quaeritur : existitne criterium ? Quodnam est ? estne unum an multiplex, etc.? — Cf. Id., pp. 35-40. Problema « criteriologicum » ab hac ultima expressione nomen suum accepit.

Nota : Problema variis hisce formulis propositum accipiunt omnes quotquot quaestiones criticas movent : Sceptici, Cartesiani, Associationistae, Kantiani, Fideistae, Traditionalistae, Pragmatistae, etc. Cf. Mercier, *op. cit.*, p. 16, 37, 42 sqq., 104 sq. etc. ; Th. Jouffroy, *Œuvres de* Th. Reid, t. I, Préf. p. CLXXXV ; *Mélanges Philosophiques*, pp. 213-221.

Sic fundamentum commune statuitur (angl. *platform*) quod ab omnibus hominibus bonae voluntatis haberi potest tanquam exordium criticae inquisitionis.

THESIS VII[a]

« Data » problematis critici sunt ex una parte certitudines spontaneae, de quibus quaeritur num sint objectivae, et ex altera parte facultas quam habet homo in eas reflectendi.

Praenotanda

I. Scopus thesium VII[ae] et VIII[ae]. — Priusquam solutio ipsa problematis critici inquiratur, utile est quaedam praedefinire quae ad conditiones hujus solutionis spectant.

1° Quaenam sunt « data » problematis ?

2° Inter « data » problematis reperiturne aptitudo mentis ad res objective cognoscendas ?

3° Si haec aptitudo non « datur », quisnam debet esse status mentis ad inquisitionem criticam accedentis ?

Haec praeambula egregie tractat Em. C[lis] D. J. MERCIER in suo opere *Critériologie générale*, 6[e] éd. (1911). Attamen ejus polemica contra BALMÈS, TONGIORGI, etc., quia ad historiam criteriologiae vel ad criticam exegeticam magis spectat, a nobis hic omittitur.

II. Status quaestionis. — 1° Thesis VII[a] statuit « data » problematis critici. In ordine spontaneo, ut superius dictum est, omnes homines sunt dogmatici. Nihilominus crebro errant. Inde exsurgit dubitatio : numquid certitudo mea evanescet sicut aliae multae ? Existuntne res sicut eas judico ? — Cum hoc dubio multi tranquille vivunt (= Indifferentistae, Dilettanti), alii vero omni ope e dubio egredi conantur.

Porro unica via e dubio egrediendi est *reflexio* (1).

2° Hinc « data » problematis critici sunt duplicis generis :

---

(1) Cf. S. TH., *de Ver.*, I. 9,

a) *Res quaedam cognitae*, cum iis sine quibus hae res non possunt haberi ut cognitae, sc. principia directiva, quae ad principium contradictionis reducuntur (1). Principium contradictionis non fuisse negatum a scepticis recte affirmat P. Palmieri (2). Negato enim hoc principio, 1) certitudines quas ut facta psychologica certo admittebant, potuissent simul existere et non existere, 2) problema criticum ne suspicari quidem potuissent, siquidem innascitur problema istud ex eo quod mens, positis propositionibus contradictoriis, miratur ; quod sane ideo accidit quia menti certum est non posse propositiones contradictorias esse simul veras.

b) *Instrumenta quaedam* seu *facultates*, quibus possit solutio problematis tentari, sc. ignotum x inquiri. In critica, instrumentum est *reflexio*.

III. Delimitatio thesis.

1° *Reflexio* (= introspectio) est conversio mentis in suos actus. Duplex distinguitur : —

a) *Virtualis* seu improprie dicta (= conscientia directa vel concomitans) est perceptio quaedam confusa qua homo conscius est sui *Ego* suarumque actionum et passionum.

b) *Formalis* seu proprie dicta (= conscientia reflexa) est actus quo mens distincte redit in sui actum vel statum, ut eum penitius scrutetur et cognoscat.

Reflexio formalis est : *a*) *psychologica*, si mens redit in sui actum vel statum quatenus est modus quidam quo subjectum se habet ; *b*) *ontologica*, si mens redit in sui actum quatenus est repraesentatio alicujus objecti. — Prior adhibita est in I° capite ; de posteriori nunc agitur.

2° Cum dicimus reflexionem requiri, loquimur directe de certitudine judiciorum immediatorum. Nam ad dijudicanda judicia mediata, praeter reflexionem, opus est

(1) C^{al} Mercier, *Logique*, 203 ; *Crit., gén.*, p. 98, n. 52 ; Balmès, *Phil. fond.*, l, I. c. 14, n. 139.

(2) *Inst. Phil.*, t. I, *Crit.* p. 136, n. 2.

facultate ratiocinandi, qua fit demonstratio (1) ; sed ubi, in ratiocinando, perventum est ad judicia immediata, tunc incipere debet reflexio ontologica (2).

DEMONSTRATIO

Ad problema quodlibet solvendum, ea *dari* debent sine quibus problema existere nequit aut ejus solutio ne attentari quidem potest. Atqui problema de objectivitate certitudinum existere nequit, aut, si existit, ejus solutio ne attentari quidem potest nisi *dentur* ex una parte certitudines spontaneae, et ex altera parte facultas in eas reflectendi.

Major explicatur : Non dicimus : « Ea *dari* debent, quibus datis, problema solvi potest » — de solubilitate enim problematis nondum quidquam scimus — sed « ea *dari* debent, quibus negatis, problema solvi nequit » : hoc enim, ante inceptam inquisitionem, sciri potest. Hoc sensu intellecta major patet.

Minor probatur :

I. A priori. — *a*) *certitudines spontaneae :* si non dantur, eo ipso tollitur problema criticum : non enim quaeritur an existant certitudines, sed utrum objectivae sint (3).

---

(1) Cf. Mercier, *Logique*, p. 199.

(2) Cf. Id., *ib.*, p. 201 ; *Crit. gén.*, pp. 104, 106 sq.

(3) «Le fait de la certitude, ne fût-ce que de la propre pensée et du doute du sceptique constitue le début indispensable de tout criticisme, forcément borné à en déterminer les fondements et les conditions génétiques. » Juan Zaragüeta, *Rev. néo-scol.*, 1910, p. 560. — On pourrait se demander — certains se le demandent — si le doute où nous jette la vue des contradictions humaines ne doit pas, par voie de régression, atteindre jusqu'aux données mêmes de la conscience. Je réponds : puisque c'*est un fait* que le doute ne va pas jusque là, le problème est résolu. Personne ne met en question la réalité des faits de conscience. L'idée que des faits de conscience pourraient n'être pas des faits de conscience, que ce qui apparaît à la conscience pourrait bien, tout de même, n'être pas, c'est-à-dire ne pas apparaître — car devant la conscience *être* et *apparaître*

b) *Facultas reflectendi :* quaeritur quomodo et unde oriatur character repraesentativus alicujus facti conscientiae, sc. certitudinis, nempe utrum subjectum se habeat active an passive erga objectum in sua certitudine contentum. Jamvero facta conscientiae ordinis repraesentativi nequeunt distincte apprehendi absque reflexione (formali ontologica) (1).

II. **A posteriori.** — De facto, ut ex eorum operibus constat, omnes philosophi qui ad problema criticum animum applicuerunt, ne scepticis quidem exceptis, *data* utriusque generis admiserunt, sc. cum certitudines spontaneas, tum facultatem reflectendi. Cf. MERCIER, *Crit. gén., passim.*

Corollarium. — Reflexione instituta, certitudo quae tunc habebitur — si qua habenda sit, quod mox videbimus — non essentialiter sed gradu tantum a certitudine spontanea distinguetur. Clarum est enim reflexione non produci objectivitatem certitudinis sed solummodo detegi.

a) Certitudo *spontanea* (de qua in C. I) ea est quae naturaliter oritur in nobis, ante quamlibet inquisitionem philosophicam, cum cognitione *directa* tantum motivorum adhaerendi.

b) Certitudo *reflexa* (scientifica, philosophica) ea est quae oritur in nobis cum cognitione *reflexa* motivorum adhaerendi. In hac certitudine mens firmiter adhaeret quia

---

c'est tout un — cette idée-là n'a jusqu'ici germé dans aucun cerveau. Nous chercherons, plus tard, en Critériologie spéciale, à justifier ce fait, et nous verrons *pourquoi* il n'y a pas, à proprement parler, de problème critériologique touchant les faits de conscience. Il suffit, pour l'instant, de noter le *fait.*

(1) « Je veux, disait MONTAIGNE (*Essais*, II, 37) représenter le progrès de mes humeurs, et qu'on voie chaque pièce à sa naissance. Je voudrais avoir commencé plus tôt et prendrais plaisir à reconnaître le train de mes mutations. » — De même que MONTAIGNE s'appliquait à représenter ses « humeurs », il importe que nous tentions pareillement de saisir en nous, sur le vif, la formation, la « naissance » de nos certitudes. Ce travail introspectif est le seu moyen sur lequel il soit permis de compter pour obtenir une solution quelconque du problème critériologique.

motiva adhaesionis spontaneae distincte perspexit eorumque valorem objectivum detexit.

Scholion : *De certitudine « implicita. »*

Quodsi requiritur reflexio ut possit certitudo justificari, dicendum videtur certitudines hominum, quoad magnam partem, sine justificatione manere, atque ideo inconsideratas esse. Hoc autem admitti nequit. Multi enim sunt gradus in reflexione ; plerique homines eam adhibent quae ad dijudicandam objectivitatem certitudinis spontaneae sufficit. Profecto ea reflexio non est scientifica et methodice instituta ; et proinde non ducit ad cognitionem explicitam et abstractam rationum affirmandi ; ducit autem ad earumdem cognitionem implicitam et concretam. Ea certitudo cujus motiva reflexe quidem sed *reflexione vulgari* tantum cognoscuntur a nonnullis « certitudo implicita » appellatur (1).

Difficultates.

1. Reflexione non attingitur nisi id quod est in conscientia. A. in conscientia non invenitur nisi τὸ Ego. — 2. Ipsa entitas actus repraesentativi non est diversa ab entitate τοῦ Ego. E. nullum « non Ego » detegi potest in conscientia. — 3. Quaeritur causa objecti in conscientia repraesentati, quatenus repraesentati. A. haec causa cognosci nequit nisi ratiocinio, sc. ope principii causalitatis. E. non sufficit reflexio. — 4. Caeterum reflexio habet et habuit miserandos fructus ; est enim fons omnium falsorum systematum quae nunc refelli debent. — 5. Ordo cognitionis spontaneae originem ducit a natura quae non deficit ; ordo cognitionis reflexae pendet ab homine qui in multis fallitur. E. non est exeundum ex ordine spontaneo. — 6. Quotidie contra philosophicam reflexionem confu-

1. Par exemple, par Leibniz, Newman, Ollé-Laprune (voir *La Certitude Morale*, p. 249). Cf. A. de la Barre, *Certitudes scientifiques et certitudes philosophiques*, p. 33, sqq.

gitur ad ordinem spontaneum, tanquam ad praeconem veritatis. E. cognitio spontanea corrigit reflexam, sed non vice versa. — 7. Si reflexio requiritur ad detegendam objectivitatem certitudinis, pauci nimis homines certitudines objectivas habent. — 8. Reflexio semper iterum atque iterum institui poterit : pendet enim a libera hominis voluntate ; sic nunquam solutum erit problema criticum.

Sommaire. — Une page du C^al MERCIER (Crit. gén., p. 104 sq) *résume excellemment notre thèse :*

« *Pour donner au débat entre le scepticisme et le dogmatisme une portée sérieuse, il faut se ressouvenir de la faculté que possède l'homme de réfléchir sur ses actes. La bête ne contrôle point ses états subjectifs, parce qu'elle ne réfléchit pas. L'homme, à l'instar de la bête, a des adhésions spontanées, auxquelles la nature l'empêche de se soustraire ; mais, à la différence de la bête, il a le privilège de revenir sur ces adhésions premières, d'en chercher réflexivement la cause ; au moment de ce retour de la réflexion sur la nature spontanée, naît le véritable problème qui met en présence les sceptiques, j'entends les sceptiques réels, en chair et en os, et les dogmatistes. La vraie question entre les premiers et les seconds n'est pas de savoir si l'âme humaine trouve en elle des assentiments certains, c'est-à-dire* spontanément *irrésistibles ; c'est chose accordée, et si quelqu'un s'avisait de le nier, il supprimerait le débat, faute d'objet à débattre ; la question est de savoir si, oui ou non, l'intelligence peut justifier,* dans le domaine de la réflexion, *la certitude de ses adhésions spontanées. Dans l'affirmative, le dogmatisme a raison, et la certitude, qui n'était que spontanée jusqu'alors, revêt le caractère d'une certitude réfléchie, scientifique ; dans la négative, il y a désaccord entre l'activité spontanée et l'activité réfléchie de l'esprit, et il n'y a qu'une conclusion désespérante à tirer de là, c'est que la machine humaine est mal faite.*

C'est donc dans le domaine de la réflexion *que se posent les questions d'épistémologie, et non dans celui de la spontanéité. Dans ce dernier, en effet, il est évident et admis par tous que l'homme est en possession de certitudes nombreuses et de plus d'un genre.* »

THESIS VIII^a

Ante inquisitionem criticam, non est praesupponenda tanquam justificata ea certitudo quam homines naturaliter habent de aptitudine suae mentis ad objecta cognoscenda (I); dubitatio autem universalis, non positiva quidem sed negativa, tanquam methodus recte adhibetur (II).

Auctores

Cfr. Mercier, *Crit. gén.*, passim, vg. pp. 104-114 ; pp. 379 sqq ; Id., *Rev. néo-scol*, janv. 1895, févr. 1897 ; — Potvain, *Annales de Phil. chrét.*, oct. 1896 ; — Mgr Farges, *La Crise de la Certitude*, p. 339-345 ; — Mgr Sentroul, *Doute « méthodique » et doute « fictif »* in *Rev. des Sciences phil. et théol.*, juillet 1909 ; — R. P. Montagne, *Le doute méthodique selon saint Thomas d'Aquin*, in *Rev. Thomiste*, août 1910 ; — Donat, *Critica*, pp. 10, 24, 29 ; — Reinstadler, *Elem. phil. schol.*[4], t. I, p. 162 sq. (Herder 1909).

I[a] PARS : Non est praesupponenda aptitudo mentis.

Praenotanda

I. Scopus thesis. — Cf. Th. VII, Praen. I. — Quaeritur utrum Th. VII habenda sit tanquam exclusiva, an inter « data » problematis critici adnumeranda sit *etiam* aptitudo mentis, non existimata quidem sed realis, ad objecta cognoscenda. Aliis verbis, quaeritur utrum certitudo spontanea, quam habent homines de aptitudine suae mentis ad cognoscendum, habenda sit tanquam justificata, et proinde utrum excipi debeat ab inquisitione reflexa in objectivitatem certitudinis in genere.

Huic quaestioni ansam praebet objectio : quo jure intellectus cujus aptitudo ad cognoscendum inquiritur, jam ipse ad inquisitionem adhibeatur ?

II. Status sententiarum.

1[a] Sententia : Dubitandum est positive num mens sit apta ad res objective cognoscendas. Si enim in certitudine spontanea erravit, non est amplius ei adhibenda fides, siquidem non apparet cur non erraret etiam in cognitione reflexa. Quapropter problemati solvendo praemittenda est *dubitatio positiva universalis*. Ita sceptici. Cfr. Donat, *op. cit.*, p. 10.

2[a] Sententia : Dubitandum est de aptitudine mentis, positive quidem sed methodice, i. e. in hujusmodi dubitatione non est quiescendum, ut sceptici volunt, sed ab ea proficiscendum est ad problema, quoad fieri potest, solvendum. Hinc problemati praemittenda est *dubitatio uni-*

versalis, positiva simul et methodica. Ita Cartesiani, licet mens ipsius CARTESII non sit omnino manifesta.

3ª Sententia : Dubitandum non est de aptitudine mentis. Nam (*a*) de ea dubitari nequit : sive enim affirmetur, sive negetur, sive in dubium vertatur, semper in quovis judicio exercite asseritur. Assumenda est igitur tanquam objective certa ante omnem philosophicam inquisitionem; — (*b*) Praeterea, si non praesupponitur aptitudo mentis ad problema solvendum, dubia manebit tota solutio. Hinc problemati praemittenda est *dubitatio positiva, sed non universalis.*

Haec sententia a Cⁿ¹ MERCIER tribuitur non paucis auctoribus neo-scholasticis quos *immoderatos dogmatistas* appellat. Verum hi auctores, cum problema criticum aliter ac nos intelligant, mirum non est quod statum mentis ad problema solvendum accedentis aliter etiam statuant.

4ª Sententia : Neque dubitandum est positive de aptitudine mentis, neque ea est affirmanda tanquam objective certa seu justificata ante inquisitionem reflexam de objectivitate certitudinis in genere. Aptitudo facultatis numquam est a priori supponenda — ad summum sperari potest — sed in ejus actibus est detegenda. Quare problemati critico praemittenda est *dubitatio universalis de objectivitate certitudinum, at non positiva sed negativa.*

Ita Cⁿ¹ˢ MERCIER (1), cum schola neo-lovaniensi ; item

(1) « Au premier moment du travail de réflexion qu'entreprend le philosophe à l'effet d'apprécier la nature de la connaissance certaine, *il n'a pas le droit de nier ou de déclarer sujette à caution, pas plus qu'il n'a le droit de l'affirmer, l'aptitude des facultés cognitives à la connaissance certaine de la vérité.* Avant d'avoir réfléchi sur ses actes et d'en avoir scruté la nature, la raison humaine ne sait pas, elle ne peut savoir, si l'emploi de ses facultés la mènera ou ne la mènera pas à la vérité. Par conséquent l'*état initial de la raison réfléchissante* en ce qui concerne le *pouvoir* de nos *facultés* cognitives, doit être l'*ignorance voulue, l'abstention*... Manifestement, entre l'état d'esprit, tout *négatif*, de celui qui *s'abstient de préjuger* si les facultés de connaître peuvent ou ne peuvent pas mener à la vérité, et l'état d'esprit de celui qui *juge positivement* que la sincérité des facultés cognitives *est douteuse*, il y a un abîme. » *Crit. gén.*, pp. 105, 106. (Les italiques sont de l'auteur).

Donat, Reinstadler, Montagne post Aristotelem et S. Thomam. Huic sententiae adhaeremus et proinde statuimus nihil objectivi posse in exordio problematis tanquam *datum* supponi.

DEMONSTRATIO

Arg. I^m. — Non est assumendum, tanquam cognitum, idipsum quod quaeritur. A. Quaeritur *directe* num mens, in judiciis certis, attingat objecta (et non tantum subjectum variis modis affectum), et *indirecte* num sit apta ad ea attingenda. E. ea aptitudo mentis non est assumenda tanquam cognita.

Ad min. — Cf. superius dicta de variis expressionibus problematis critici.

Arg. II^m. — Ratio cur aptitudo mentis eximeretur ab inquisitione critica esset quia est evidens. A. ante inquisitionem criticam haec ratio non est valida. E. aptitudo mentis non est eximenda ab inquisitione critica.

Ad maj. : Haec ratio afferri solet a defensoribus tertiae sententiae (1).

a) *Prob. min. :* Etiamsi aptitudo mentis esset evidens, ante inquisitionem reflexam nondum distincte constat utrum evidentia sit criterium objectivitatis : quaeritur sc. criterium.

Nota : Revera « immoderati dogmatistae » petitionem principii committunt. Nam inquirunt criterium certitudinis in genere ope trium certitudinum, quae eatenus valent quatenus repertae sunt objectivae mediante criterio quod quaeritur !

b) *De facto*, aptitudo mentis non est evidens : 1° *Non in se.* Nam aptitudo alicujus facultatis non est objectum humanae menti directe et in sua essentia pervium (2).

2° *Non in actu certitudinis spontaneae in genere.* Nam inter certitudines spontaneas nonnullae sunt falsae (cf.

(1) Cf. P. Tongiorgi, *Inst. phil.*[10], t. I. pp. 270 sqq. n. 424, 245.
(2) Cfr. S. Th. I. q. 87, 3.

Th. VI), in quibus igitur aptitudo mentis falso existimatur adesse.

3° *Non in actu alicujus certitudinis spontaneae in specie* (v. g. in certitudine 2 + 2 = 4). Nam in ordine certitudinis spontaneae, motiva adhaerendi *directe* tantum atque *confuse* apprehenduntur (quae *confusio* errorem non excludit) ; hinc affirmari nequeunt cum certitudine certo objectiva nisi fuerint ad cognitionem distinctam adducta. Hoc autem fit inquisitione reflexa. Cfr. auctores citati.

Arg. III^m. — Assumptio aptitudinis mentalis ad objecta cognoscenda est prorsus inutilis. Etenim, admissa mentis aptitudine in genere (gall. *en principe, en théorie*) certum est nihilominus hanc aptitudinem non semper in actum prodire (vg. in certitudinibus erroneis). Quare quaerendum manet in quibusnam certitudinibus se prodat et in quibusnam non. Jamvero ad hoc problema solvendum nihil juvat assumptio aptitudinis mentalis ; sed aptitudo tunc dicenda erit se prodere, seu in exercitium erumpere, *ubi id reflectenti constabit*. Cfr. infra.

Corollaria

I. — Ergo in solvendo problemate critico rectus ordo postulat ut crisi subjiciatur non ipsa facultas cognoscendi, quippe quae directe in se dijudicari nequit, sed ejus actus : nam natura vel valor facultatis in ejus actibus manifestatur.

II. — Hinc intelligitur quid respondendum sit objicienti : « Si non praesupponitur aptitudo seu valor objectivus facultatis reflectentis, dubia manebit tota solutio ». Dist :

Si non praesupponitur, i. e. { *Si non existit*, c. / *Si non praecognoscitur*, sd. { et si de ea dubitatur *positive*, c. / *negative*, n.

In hac objectione confunditur *ordo ontologicus* cum *ordine logico*.... « Actus reflectentis valor objectivus tunc, quando inquisitio instituitur, utique supponi debet, non

quidem logice sed ontologice, i. e. valor hic *adsit* oportet, sed non *primo cognosci* debet. Intellectus vero proprietas eo ostenditur, quod inductione ex actibus ad ejus naturam concluditur... Attamen haec demonstratio... ab aliis demonstrationibus eo differt, quod consequens non quidem stricte logice supponi, i. e. prius cognosci debet, attamen quod de eo serio (1) dubitari non licet, quin praemissae eo ipso dubiae evadant. » DONAT, *Critica, p.* 29 ; cf. MERCIER, *Crit. gén.*, p. 102 *sq* (2).

Scholion : *De « tribus veritatibus. »*

Secundum quosdam auctores tres existunt certitudines

(1) « *Serio* » ? — L'auteur veut dire « *positive* » ; car il est inadmissible que le doute ne soit pas sérieux. La critériologie doit être entreprise de bonne foi. Nous tenons avec le P. PALMIERI (cf. *op. cit.*, VIII) qu'elle ne peut consister uniquement à expliquer l'objectivité des connaissances, *laquelle serait donnée par la nature ;* elle doit poser et résoudre le problème : mes connaissances sont-elles objectives ? à quels signes le saurai-je ? Feindre de poser un problème qu'on ne pose pas, cela n'est pas loyal. Le critériologue ne fait pas comme s'il doutait, il doute ; et son doute est aussi universel qu'il peut l'être. Du moment qu'une certitude a été trouvée fausse, toutes peuvent être trouvées fausses... à moins qu'elles ne soient point toutes pareilles, et c'est précisément ce qu'il faut chercher.

(2) Pour que le problème critique puisse être résolu, il faut à coup sûr que la certitude réfléchie ait une valeur objective ; autrement on ne pourra constater cette valeur. Pour trouver de l'or dans une montagne, il faut qu'il y en ait ; pour qu'un estomac digère, il faut qu'il soit capable de digérer. Mais il ne s'ensuit pas que l'on doive *logiquement* présupposer la valeur objective de la certitude, qu'on doive la postuler. Fouillons la montagne, laissons faire l'estomac..., c'est-à-dire réfléchissons et *constatons*.

Constatons : c'est par là qu'on résout l'objection indiquée ci-dessus et qu'on échappe au cercle vicieux. Le doute, en effet, ne porte point sur le témoignage immédiat de l'expérience interne ; sa valeur est hors de question : si l'aptitude de la faculté est prise sur le vif, constatée, le problème est résolu, et résolu indubitablement.

Le tort de certains auteurs est de n'avoir pas compris ce *constatons*. Ils s'imaginent qu'il s'agit d'un acte *rationnel* proprement dit, et non d'une simple observation ; ils voient un travail de raison, une inférence, là où il n'y a qu'une expérimentation psychologique *sui generis*, irréductible, et qu'on appelle *constatation*.

primariae quae nulla justificatione logica indigent eo quod in quovis judicio exercite affirmantur, atque idcirco *veritates* dici debent. Cf. supra. Quid de hac re sentiamus, paucis complectimur.

1. Praedictae certitudines possunt dici primariae, non quasi essent caeteris tempore priores — hoc enim est falsum — sed eo sensu quod *a*) exercite affirmantur in omni judicio certo (sive vero sive falso), *b*) sunt ratio subjectiva, atque ideo fundamentum psychologicum, certitudinis omnis judicii certi. Hoc nemo scepticus negat.

2. Exinde autem minime apparet cur tribus praedictis certitudinibus munus speciale in Criteriologia tribuatur. Nam ex eo quod exercite affirmantur in omni judicio certo, non sequitur eas esse objective certas ; possunt enim esse falsae sicut et ipsum judicium in quo reconditae latent. vg. in judicio Cardinalium in causa Galilei sedentium : « Sol movetur circa terram intra spatium 24 horarum », aptitudo mentis ad recte judicandum continebatur quidem, at ut persuasio mere subjectiva ; in hoc enim casu, inaptitudo potius mentis prodibat, siquidem errabant.

3. Quapropter non tres *veritates*, sed tres *certitudines* dicendae sunt in omni judicio contineri. Eas esse veritates, i. e. certitudines objectivas (objective fundatas) et praebere fundamentum *ontologicum* (non *logicum*) omnis judicii *objective certi*, tunc demum apparebit cum soluta fuerit quaestio de objectivitate nostrarum certitudinum. — Qui plura desiderat cf. C^lem^ Mercier, *Crit. gén., ll. cc.*

II^a^ Pars : adhibenda est dubitatio universalis negativa.

Praenotanda

I. **Notiones** (1).— *Dubitatio* vel *dubium*, in genere, est status in quo mens manet suspensa inter affirmationem et negationem alicujus objecti. Pluribus modis distinguitur.

(1) Cf. C^lis^ Mercier, *Crit. gén.*, pp. 63, 66.

A. *Positivum — Negativum :*

1° *Positivum* dicitur, si rationes positivae adsunt, quae mentem cum ab affirmando tum a negando prohibent, sive rationes fuerint ex industria quaesitae sive ultro oblatae ; vg. qui *positive* dubitat de valore facultatis suae cognoscitivae, ille rationes validas habet (sc. errores, etc.) cur facultati suae diffidat. Hujusmodi rationes, ex una parte sat firmae sunt ut eum impediant quominus suam facultatem pro recte conformata certo teneat ; et, ex altera parte, non tales sunt ut eum cogant ad eam pro male conformata certo tenendam. Quare in dubio retinetur.

Hic status relate ad valorem facultatis in genere vix est psychologice possibilis nec potest logice justificari. Cf. infra.

2° *Negativum* dicitur, si rationes nullae — vel quasi nullae — sunt quae mentem ad alterutram partem inclinent. Hoc dubium proxime accedit ad ignorantiam et rectius vocaretur « *abstentio* » : vg. qui *negative* dubitat de valore facultatis suae habet rationes validas cur ei diffidat. Attamen, ex una parte, hae rationes, non sunt sat firmae, ut eum impediant quominus suam facultatem pro recte conformata certo teneat ; at, ex altera parte, *sat firmae sunt ut eum impellant ad certitudines suas crisi subjiciendas*, seu ad quaestionem ponendam : numquid id quod verum teneo est verum ? quaenam certitudines sunt verae ? (1)

---

(1) Dans le doute *positif*, il y a des raisons réelles et décisives de douter, c'est-à-dire de tenir pour douteuse la vérité de telle ou telle certitude. Et, par suite, ou bien cette certitude disparaît tout à fait de la conscience ; ou, si elle persiste, c'est à titre de certitude irrationnelle, purement instinctive, injustifiable et jugée telle par l'esprit.

Exemple : Th. Jouffroy doute *positivement*, i. e. pour des raisons réelles et pour lui décisives, de la possibilité de se justifier rationnellement sa croyance en Dieu, au monde et même à sa propre existence. Rationnellement parlant, ces réalités sont donc pour lui incertaines. Jouffroy garde néanmoins ces certitudes, sauf celle de Dieu, parce que, *de fait*, elles restent et qu'il n'y peut mais ; toutefois, il déclare qu'il n'est pas dupe et que tout en les gardant — par

Hic status est psychologice possibilis et critice necessarius.

B. ***Reale — Fictum — Methodicum :***

1° *Reale* dicitur, quando suspensio judicii revera habetur, eo quod motiva determinationem mentis vere impediunt. Sic dubium reale habeo num animalia vivant in planetis : rationes enim me vere cogunt ad dubitandum.

2° *Fictum* dicitur, quando *fingitur* suspensio judicii ad scopum aliquem assequendum. Ita dubito de existentia Dei vel de theorematibus Euclidis, ut cognitionem quam de eis habeo distinctiorem efficiam. In dubio ficto, dubitans quasi duplicem personam agit, quarum una rationes dubitandi proponit et quaestionem movet, dum altera principia certa suppeditat quae propositionem de qua agitur in tuto collocant (1).

Ut patet, dubitatio ficta semper pendet a libera hominis voluntate.

---

instinct, par atavisme, par impossibilité physique de faire autrement — il les tient pour rationnellement injustifiées et mêmes injustifiables. Dans la pratique, il suit l'instinct, il agit comme si la certitude de l'existence personnelle et du monde extérieur était rationnelle, et il fait, en somme, comme tout le monde — car il faut vivre. Mais relativement à Dieu, l'instinct s'arrête ; là la raison l'emporte. Puisqu'il est douteux que Dieu existe, se dit Jouffroy, je serais déraisonnable de lui offrir des hommages qui peut-être se perdent dans le vide.

Dans le doute *négatif*, il y a des raisons réelles, sérieuses même, de douter, mais qui ne sont point décisives. Par conséquent, dans le doute négatif, la certitude, qui fait l'objet du doute et sur laquelle va porter l'enquête critique, demeure ; et l'on ne désespère pas, et l'on a confiance, au contraire, de pouvoir la justifier au regard de la raison. En attendant que cette justification s'accomplisse, l'on continue de se gouverner d'après sa certitude : on croit en Dieu, et on se soumet à sa loi, on croit à l'existence d'autres hommes et l'on se tient obligé à leur égard, etc.

Le doute négatif devient positif lorsque, à l'examen, les raisons de douter se sont montrées fermes et irréfutables, au moins subjectivement.

(1) Cf. Mgr Sentroul, *art. cit.*, p. 443 seq ; Montagne, *art. cit.*, p. 441.

3° Dubium *methodicum* (quod aliquando reale est et aliquando fictum) est illud quod pendet ab aliqua hypothesi voluntarie inducta, et quod adhibetur tanquam medium aptum ad aliquam cognitionem obtinendam. Cf. SENTROUL, l. c., p. 434, qui sequentem definitionem optime defendit : « Le doute méthodique, c'est, dans les sciences particulières, la fiction avouée, et, au début de la philosophie critique, la réalité même de ce doute, qui, quand il est réel, est utile au progrès de la certitude. » Porro dubitatio *realis* quae est utilis in exordio criteriologiae est *universalis negativa*.

C. ***Universale — Partiale :***

1° *Universale* dicitur, si mens est suspensa relate ad cognitionem ipsam in genere, et proinde relate ad objectivitatem omnium certitudinum.

2° *Partiale* dicitur, si suspensio judicii ad aliquas tantum certitudines, vg. historicas, metempiricas, etc. extenditur.

D. ***Prudens — Imprudens***. Cf. supra TH. I, p. III.

II. Sensus thesis. — Dubitatio ante inquisitionem criticam adhibenda debet esse : 1° *realis*, sc. vere et serio animo inquiri debet utrum existat certitudo objectiva ; — 2° *universalis*, sc. extenditur ad omnem omnino certitudinem spontaneam ; — 3° *negativa*, sc. est abstentio exspectativa. Nempe quaestioni : estne mens mea apta ad res objective cognoscendas ? respondeo : nescio, quaero et exspecto ; — 4° *methodica*, sc. voluntarie inducitur tanquam medium ad finem assequendum logice necessarium ; inducitur *a*) relate ad *aptitudinem* mentis meae quam directe dijudicare nequeo — *b*) relate ad *judicia mediata* de quibus dubitatio positiva etiam possibilis est — *c*) relate ad *judicia immediata* (vg. 2 + 2 = 4, Ego existo, etc.) de quibus dubium, de facto, ne uno quidem momento durare poterit. Hoc autem comperto, objectivitas horum judiciorum fiet reflexe cognita. Cf. C$^{\text{lis}}$ MERCIER, *ll. cc.*

DEMONSTRATIO

Dubitatio debet esse :

I. **Realis.** Nam *a*) relate ad objectivitatem certitudinis nequit homo in duas personas dividi, quarum una objectivitatem inquirat dum altera eam pro certa teneat (1) — Cfr. auctores citati ; *b*) adsunt motiva non spernenda certitudines examini critico subjiciendi, sc. errores et contradictiones hominum, etc.

II. **Universalis.** — Ratio quae a quibusdam affertur cur inquisitio (et proinde *dubitatio*) non debeat esse universalis, haec est : inquisitio ad eas propositiones extendi debet de quarum veritate aliqua ratio dubitandi adest, non ad alias ; multa autem sunt de quibus nulla est ratio dubitandi. — Sed neganda est *minor ;* nam certitudines quae compertae sunt erroneae eamdem subjectivam firmitatem habebant ac eae de quibus nullum dubium existit. Quo posito, nulla est certitudo spontanea quae non debeat in suspicionem venire.

III. **Universalis negativa.** — In ordine spontaneo, qui reflexam inquisitionem antecedit, *a*) ex una parte non adsunt rationes positive et distincte cognitae pro objectivitate certitudinis : ergo abstinendum est ab ea affirmanda, saltem in genere. Sed *b*) ex altera parte neque adsunt rationes positive et distincte cognitae contra objectivitatem certitudinis : ergo abstinendum est ab ea neganda, saltem in genere. Nihilominus errores hominum nos impellunt ad quaestionem movendam. Adhibenda est igitur dubitatio ***universalis negativa.***

(1) Dans le cas présent, le doute ne peut pas être fictif ; car celui qui doute ne peut, ici, comme l'exigerait le doute fictif, se partager, pour ainsi dire, en deux personnages, l'un doutant, l'autre suggérant les éléments de solution. Ceux-ci, en effet, sont logiquement inexistants au début de l'enquête critériologique et ne peuvent pas être donnés *a priori*.

IV. **Methodica.** — Dubitatio universalis negativa non existit naturaliter in homine ; nam rationes dubitandi non tollunt certitudinem spontaneam quam mens de multis rebus naturaliter habet. Quare inducenda est voluntarie tanquam methodus qua objectivitas certitudinis fiat distincte cognita (1).

Uno verbo, status mentis, ad problema criticum accedentis debet esse *abstentio* vel *ignorantia* late dicta relate ad objectivitatem *omnis certitudinis spontaneae.* Hanc sententiam exponit *ex professo* S. THOMAS *in III Met. l. I.*

Corollaria

I. Ergo ab inquisitione critica nullae certitudines excipiendae sunt, etiamsi dicantur *prima principia*, *veritates « primariae »*, *propositiones immediate notae ;* imo neque excipi debent veritates *morales*, *religiosae*, *revelatae* (quod CARTESIUS fecit) : — *a*) Hoc postremum fieret injuria, et proinde contra rectam rationem : ut rationabile sit obsequium nostrum, *videre* nos oportet utrum et quid sit credendum ;—*b*) Hoc etiam esset Deo contumeliosum : indignum est Deo quod nolit nos « symbolum » nostrum rationibus justificare ; — *c*) Idemque esset scandalum hodiernis mentibus : quodsi fidei fundamenta extra criticam inquisitionem relinqui deberent, hoc a multis horum fundamentorum infirmitati tribueretur. Caeterum bona est fides « carbonarii » ; sed non potest esse unica.

Quid igitur, numquid *dogmata fidei catholicae* habenda sunt hic et nunc tanquam dubia et incerta ? — Respondeo : tanquam *positive* dubia et incerta, *nego ;* tanquam *negative* dubia, *concedo* (sc. quamdiu non erunt critica investigatione justificata). Nam rationes superius allatae pro univer-

(1) « Dans le cas du doute absolument initial, le doute est méthodique, non parce qu'il est fictif, mais parce qu'il est voulu ; et il doit être voulu parce qu'il n'est pas naturel ni facile ; mais voulu, il est voulu réel, c'est ainsi qu'il doit être volu. » Mgr SENTROUL, *art. cit.*, p, 445.

sali dubitatione dogmata fidei catholicae attingunt non secus ac caeteras certitudines (1). Justificatio certitudinum

(1) Il peut sembler à première vue que l'attitude ci-dessus prescrite à quiconque prétend instituer une Critique de l'esprit humain, est interdite au catholique, tant qu'il reste catholique. Voici, en effet, les paroles du Concile du Vatican, Const. *Dei Filius*, c. III.

« ... Qui fidem sub Ecclesiae magisterio susceperunt, nullam unquam habere possunt *justam causam* mutandi, aut *in dubium* fidem eamdem revocandi. » — Le 6e can. dit : « Si quis dixerit, parem esse conditionem fidelium atque eorum, qui ad fidem unice veram nondum pervenerunt, ita ut catholici *justam causam* habere possint, fidem quam sub Ecclesiae magisterio susceperunt, assensu suspenso, *in dubium* vocandi, donec demonstrationem scientificam credibilitatis et veritatis fidei suae absolverint ; anathema sit. » DENZINGER 10, nn. 1794, 1815.

Mais il s'agit du doute *positif*, tel que nous l'avons défini et te qu'il se trouve généralement défini par les moralistes (voir entre beaucoup d'autres H. NOLDIN, *De Praeceptis* 5 (Innsbruck 1905), p. 33), et non du doute *négatif*. Les doctrines visées sont celles des Hermésiens. Or, c'est le doute positif que défendait G. Hermès († 1831), comme il ressort de la condamnation portée contre ses ouvrages, le 26 sept. 1835 : « ... Inter hujusmodi erroris magistros... adnumeratur Georgius Hermes, utpote qui audacter a regio, quem universa traditio et SS. Patres in exponendis et vindicandis fidei veritatibus tramitem stravere, deflectens, quin et superbe contemnens et damnans, tenebrosam ad errorem omnigenum viam moliatur *in dubio positivo tanquam basi omnis theologicae inquisitionis* et in principio, quod statuit, rationem principem normam ac unicum medium esse, quo homo assequi possit supernaturalium veritatum cognitionem... » DENZINGER, n. 1619.

Le Concile du Vatican enseigne que les raisons de douter positivement de la foi catholique ne sont jamais bonnes en soi, c'est-à-dire objectives ; donc, il y a toujours péché, au moins matériel, à suspendre sa croyance. Un catholique, par conséquent, qui admet l'autorité de l'Église, doit se tenir pour averti. Cependant, même le catholique peut légitimement *examiner* si l'Église a vraiment autorité pour lui parler. Mais, dites-vous, il l'a cru jusque-là. Assurément, et il n'a pas le droit d'*abandonner* cette croyance, comme si elle était douteuse : l'examiner n'est pas l'abandonner. Il doit continuer à croire et à pratiquer la foi qu'il examine, tant qu'il n'aura pas des raisons décisives (subjectivement) de la tenir pour douteuse et incertaine. Voir là-dessus VACANT, *Études théologiques sur les constitutions du Concile du Vatican* (Delhomme et Briguet 1895), t. II, pp. 167 sqq.

ad fidem catholicam spectantium data opera fiet in *Theologia ;* attamen potest antea fieri et quidem intra breve tempus, saltem tali modo qui sufficiat ad sedandam conscientiam ; interim vero, vivendum est conformiter ad certitudinem spontaneam quam hic et nunc quisque de rebus moralibus et religiosis habet, cum nulla suppetat ratio hanc certitudinem quasi positive dubiam rejiciendi.

II. Ergo Criteriologia nostra est disciplina quae nullo praesupposito nititur, ut dictum est in Praeambulis, n. V, non quidem eo sensu quod nihil prorsus supponat, ne facta quidem conscientiae, sed eo sensu quod proficiscatur a factis et principiis quorum objectivitatem aliunde non desumit quam in ipsa conscientia.

Scholia

I. *De opportunitate statutae thesis.* — Thesis praesens ideo inducta est quo clarius patescat methodus in Criteriologia observanda. Attamen, in controversia cum viro sceptico vel idealista, vitanda esset, quantum fieri posset, haec quaestio praeliminaris : quisnam debeat esse status mentis in exordio problematis critici. Solet enim, ob suam subtilitatem, esse lapis offensionis. Quin potius exordium sumatur ab aliquo facto inconcusso quod necessario ab adversario admittitur. Exinde eo adducatur ut in semetipsum introspectione reflectat et sic videat unde oriatur necessitas hujusmodi factum admittendi ; paulatim experietur se in judiciis ferendis subesse legi cuidam a se distinctae, quae sit norma judiciorum suorum, atque hac ratione de objectivitate suae cognitionis poterit edoceri. Cf. infra.

II. *De usu facultatis intellectualis.* — Quaeri potest utrum non adsit contradictio in usu facultatis, de cujus valore dubitatur. Prorsus nulla est ; profecto utimur facultate nostra, quia, secus, nobis silendum esset. At ea utimur ex hypothesi *verificanda* quod verax est et apta ; verificatio autem hypothesis ex ipsa solutione problematis critici prodibit, ut supra expositum est.

Difficultates

Contra 1^am p. — 1. Facultas cognoscit (hoc est factum) A. cognoscere est apprehendere aliquod objectum. E facultas cognoscit aliquod objectum. A. nequit objectum cognoscere nisi sit apta ad illud cognoscendum. E. facultas est apta ad cognoscendum. — R. c. totum ; sed manet problema integrum ; quaeritur in Critica utrum objectum cognitum sit *creatio* quaedam subjecti, an *objectum* critice intellectum, i. e. aliquod *non-Ego*. — 2. Ante inquisitionem supponitur problema esse solubile. R. supponitur ad modum persuasionis *subjectivae*, c. *objective fundatae*, nescio, spero, quaero. — 3. Supponitur conscientiam reflexam referre id quod est, sc. res objectivas si sint objectivae, res subjectivas si sint subjectivae. — R. eodem modo. Ante inquisitionem, reflexio non est dicenda referre res subjectivas potius quam objectivas ; nam quaeritur utrum id quod refert sit subjectivum an objectivum. — 4. Saltem supponitur res fore objectivas, si conscientia eas refert ut objectivas. R. Concedo, ob principium contradictionis ; haec autem suppositio, ante actualem inquisitionem, nullum *non-Ego* detegit. — 5. Sed sic supponitur conscientia referri res sicuti sunt. R. Hoc supponitur ut objective cognitum ante inquisitionem, n ; hoc detegetur in inquisitione, spero.

Contra 2^am p. — 1. Objectivitas multarum certitudinum nequit in dubium verti, vg. veritatum immediate evidentium.

R. } D. in { positivum, c
dubium { negativum, sd. { et ratio hujus facti *confuse* apprehenditur, c.
} — *distincte*, sd. { in certitudine spontanea, n.
— reflexa,
nescio, quaero, exspecto, spero.

2. De facto, multa sunt de quibus nec dubitamus, nec apparet ulla ratio dubitandi. — R. ad 1^m : hoc est res *facti* (gall. *une situation de fait*), tr. ; hoc est res *juris* (gall. *une situation de droit*), n. ; ad 2^m : nulla ratio *generalis*, n. ; nulla *specialis*, tr.

Sommaire. — *Je n'ai pas besoin de* savoir, *avant* toute *vérité et pour justifier quelque vérité que ce soit, que j'existe, que je suis fait pour connaître, que le principe de contradiction est vérité absolue. Mon existence est condition* ontologique *de tout jugement, même faux, et fondement* logique *de tout jugement d'ordre réel critiquement justifié. L'aptitude à connaître et le principe de contradiction se découvriront — s'ils se découvrent, car nous n'en savons encore rien — dans un fait dûment constaté de connaissance objective.*

Le doute critique est universel. Il remet en question l'objectivité de toutes *les certitudes sans exception. De plus il est* réel. *Ce n'est pas un essai loyal mais irréalisable, une tentative consciencieuse mais nécessairement avortée, comme s'expriment quelques auteurs. Non, je fais plus qu'essayer, je remets effectivement en question toutes les certitudes que j'ai conscience de posséder ; et j'entends bien ne faire grâce à aucune. Il faudra que quelque chose survienne pour me faire* sortir *du doute universel. C'est donc que j'y aurai été.*

La plupart des difficultés que l'on oppose à l'attitude méthodique du doute universel proviennent de ce qu'on ignore sur quoi porte le doute. Encore un coup,il ne s'agit pas de se demander si l'on a des certitudes— *on en a des milliers, tous les sceptiques l'accordent ; mais* si les certitudes que l'on a sont des certitudes objectives. *Et pourquoi y aurait-il quelque certitude dont il fût impossible de se demander si elle est objective ? On dit : il existe des propositions, tant d'ordre réel que d'ordre idéal, que je suis forcé d'admettre, bien mieux que j'admets en fait dans le moment même où je les nie de bouche. Eh bien, de ces propositions-là je demande : sont-elles objectives ? Le fait qu'on soit forcé de les admettre prouve-t-il quelque chose ? La nécessité psychologique est-elle un signe d'objectivité ? Je n'en sais rien, je doute, et* j'estime que cela mérite examen (= *doute négatif*).

CAPUT III

PROBLEMA CRITERIOLOGICUM : OBJECTIVITAS VARIAE SOLUTIONES

Ad solvendum problema, prout fuit supra (C. II, ART. 2) expositum, philosophi plures accedunt, quos oportet audire. Nam, ut recte monet S. THOMAS « necesse est eum qui debet audire philosophiam, melius se habere in judicando, si audierit omnes rationes quasi adversariorum dubitantium (1) ». Quoniam non possumus singulos interrogare, qui aliquid de re nostra locuti sunt, magnas saltem scholas magnosve duces audiemus.

Cum certitudo nihil sit aliud quam judicium certum, quaestio de objectivitate certitudinis reducitur ad quaestionem de objectivitate judicii certi. Porro, ut dictum est in TH. II, 1ª p. et in TH. V, 1ª p., in quovis judicio certo habentur duae ideae objectivae (= *termini*) menti praesentes, inter quas identitas affirmatur vel negatur sine errandi formidine. Problema igitur criticum in duo problemata subdividi debet : I. *Quomodo formatur synthesis inter ideas ?* — II. *Quisnam est valor idearum, seu terminorum inter quos synthesis efficitur ?* Haec fusius infra.

Alii solutionem utriusque problematis ab intellectu quaerunt; alii, contempto intellectu, ad alia motiva affirmandi confugiunt. Inter priores adnumerandi sunt *Sceptici* (TH. IX), *Cartesiani* (TH. X), *Psychologistae* (TH. XI), *Kantiani* (TH. XII), *Scholastici* (TH. XIII, XIV). Ad posteriores pertinent *Traditionalistae*, *Fideistae* (TH. XVII), *Utilitaristae*, *Pragmatistae* (TH. XVIII), *Sentimentalistae*, *Dogmatici morales* (TH. XIX), *Modernistae*, etc (2).

---

(1) *In III Met. l.* 1.

(2) « A l'heure présente, il se produit en France un effort vigoureux pour asseoir sur un acte de volonté ou sur un sentiment, que

Scepticis opponi solent *Dogmatici* : illi de solutione problematis critici desperant ; hi eam in nonnullis saltem casibus a se inveniri confidunt. His accedunt *Probabilistae*, qui solutionem in multis ita *verisimilem* esse autumant ut ea freti homines vitam tranquillam degere possint (ἀταραξία).

ART. I

De scepticismo.

I. *Notiones nominales*

A. ***Scepticismus,*** sensu latissimo acceptus, idem nunc significat ac *nimium dubitandi studium*. Hoc sensu duplex distinguitur : *practicus* et *speculativus*.

1. ***Scepticismus practicus*** est dispositio animi qua aliquis de se vel de suis viribus, sive physicis, sive intellectualibus diffidit.

a) Hujusmodi scepticismus potest esse morbus moralis, in eoque consistit quod homo coram vitae officiis sese pusilli animi experitur et a difficultatibus subeundis refugit (1).

b) Vel potest haec dispositio ex affectione quadam neu-

---

l'on appelle foi ou croyance, la certitude ébranlée de la connaissance spéculative. C'est encore l'esprit de Kant qui renaît, pour essayer cette fois d'endiguer, avec l'auteur de la *Critique de la raison pratique*, le scepticisme déchaîné par la *Critique de la raison spéculative*.

Le pragmatisme anglo-américain, qui fonde la certitude sur l'utilité, résulte d'un effort semblable, et sa vogue extraordinaire témoigne de l'intense intérêt d'actualité qui s'attache aux problèmes de la certitude. » Cardinal MERCIER, *Crit. gén.*, p. 4.

(1) Sur les causes et sur les diverses manifestations de cette infirmité morale, lire la *Préface* de M. Henry BORDEAUX à la 29e édition de son roman : *La Peur de vivre.*

Cf. Th. RIBOT, *Les maladies de la volonté* [8] (Alcan 1883) ; — P. JANET, *Névroses et idées fixes* (Alcan 1898) ; — Dr SOLLIER, *Le doute* (Alcan 1909) ; — Ch. DUNAN, *Essais de philosophie générale* (Delagrave 1902), pp. 630-633.

rasthenica provenire : *apistia* ducit ad *abouliam*, cujus tres praecipuae formae existunt. In *prima* forma, vis motiva alicujus ideae menti praesentis nequit « inhiberi », atque ideo statim ac temere exsecutioni mandatur quidquid hac idea suggeritur (= *hyperboulia*). In *secunda* forma, impeditur electio inter duas ideas quarum vis motiva aequalis aut fere aequalis est ; inde resultat haesitantia, indecisio, impossibilitas concludendi aut saltem retardatio in consiliis capiendis. In *tertia* forma, impeditur exsecutio rei propositae ; inde oritur necessitas strenuos conatus iterum atque iterum exerendi ad perficiendam rem caeteroquin non difficilem.

2. ***Scepticismus speculativus*** vel ***intellectualis*** est dispositio animi qua aliquis de valore suarum cognitionum dubitat.

a) *Latiori sensu* sumptus dici potest « *Dilettantismus* », qui consistit in eo quod aliquis ita dispositus est mente ut in fluctuationibus suae cogitationis delectetur, quin quidquam curet de ejus veritate aut falsitate (1).

b) *Stricto sensu* seu sensu philosophico, *scepticismus est doctrina philosophica quae dubitandum esse docet de objecivitate nostrorum judiciorum*. De hoc in praesentia agitur.

---

(1) « *Dilettantisme :* Il consiste à prendre un plaisir d'artiste à suivre la lutte des idées, et à s'intéresser à la philosophie en se désintéressant de la vérité. » E. Goblot, *Le Vocabulaire philosophique* (Colin 1901), p. 183 ; cf. Id., *IV*e *Congrès international de Psychologie* (Alcan 1901), p. 315. — « C'est beaucoup moins une doctrine qu'une disposition de l'esprit, très intelligente à la fois et très voluptueuse, qui nous incline tour à tour vers les formes diverses de la vie et nous conduit à nous prêter à toutes ces formes sans nous donner à aucune. » Paul Bourget, *Essais de psychologie contemporaine* (*Œuvres complètes*, Plon 1899, *Critique*, t. I, p. 42). — « ... Cet état d'esprit mis à la mode chez nous par Renan, dans lequel on s'amuse à penser et où on ne trouve à l'idée d'autre intérêt que la variété de ses aspects et de ses colorations. C'est la forme la plus dangereuse du scepticisme, puisque, loin de sentir quelque peine à ne pas voir le vrai, on s'en réjouit, au contraire, parce que n'étant pas obligé de sacrifier à une seule les multiples apparences de l'idée, on

B. ***Scepticismus philosophicus*** seu ***doctrinalis*** est Duplex :

1. *Subjectivus* (= *absolutus*), si dubium extenditur ad ipsam existentiam realem subjecti dubitantis et factorum conscientiae. Hujusmodi scepticismus nullo tempore exstitit, propterea quia existere nequit.

2. *Objectivus* (= *relativus*), si admissis certitudinibus ut factis psychologicis dubitatur utrum objecto in certitudine repraesentato respondeat objectum realitatem extra-subjectivam habens. Spectata sua extensione, scepticismus objectivus est :

a) *Universalis*, si dubitatio de objectivitate omnem certitudinem attingit ;

b) *Partialis*, si ad aliquem ordinem certitudinum restringitur, vg. *fideismus* dubitat de cognitionibus naturalibus ; *rationalismus*, de propositionibus revelatis ; *positivismus*, de veritatibus ordinis idealis et de rebus metempiricis ; *idealismus*, de valore experientiae externae, etc. — Pro diverso objecto de quo dubitatur diversa nomina scepticismus accipit — vg. Scepticismus metaphysicus, moralis, religiosus, historicus, etc.

C. ***Scepticismus non est systema ontologicum***, sc. agens de rebus *existentibus*, sed ***logicum***, sc. agens de rebus *cognitis*. Aliud est negare Deum vel animam existere (= atheismus aut materialismus), aliud Deum aut animam cognosci (= agnosticismus aut positivismus). Non negant igitur Sceptici res existere, sed hanc existentiam a se dicunt affirmari ob rationes quae non sunt ex cognitione rerum desumptae, sed vel ex instinctu, vel ex consuetudine aut

---

peut les garder toutes et s'en amuser tour à tour. » G. Fonsegrive-*Les livres et les idées* (Lecoffre 1896), p. 316. — Lire encore sur le *Dilettantisme :* E. Caro, *L'Idée de Dieu et ses nouveaux critiques*, pp. 16, 20 ; — E. Séailles, *Ernest Renan, Essai de biographie psychologique* (Perrin 1895) ; — É. Faguet, *Politiques et Moralistes*, 3e *série* (Société française de librairie, 1900) ; — F. Klein, *Autour du dilettantisme* ? (Lecoffre 1895) ; — Vte Ph. de Ribaucourt, *La nature du dilettantisme* dans *Rev. néo-scol.* 1907, p. 37 sqq.

atavismo, vel ex mera conformatione mentis, i. e. ex causa ignota (1).

II. *Notiones historicae*

Fontes. — Diogenes Laertius, *De Vitis philosophorum antiquitatis* (ed. Didot) ; — Platon, *Théétète* (ed. Didot) ; — Cicero, *Quaestiones Academicae ;* — Sextus Empiricus, *Hypotyposes Pyrrhonianae* (ed. Gentian Hervet et Etienne, 1718) ; — Id., *X Libri adversus Mathematicos* (= dogmaticos).

S. Augustinus, *Contra Academicos* et *Ep.* 116 (al. 56) *ad Dioscorum*. — Argumenta scepticorum reperiuntur etiam apud Michel Montaigne, *Essais*, praesertim l. II, c. 12 = Apologie de Raymond Sebond, et apud Daniel Huet, *Traité philosophique de la faiblesse de l'esprit humain* (Amsterdam 1723) (2).Addendi sunt Petrus Charron, *De la Sagesse* ; — Franciscus Sanchez, *Quod nihil scitur* (1581) ; — Th. Jouffroy, *Mélanges philosophiques* 2 (Paris 1838), *Du Scepticisme ;* etc.

Auctores. — V. Brochard, *Les Sceptiques grecs* (Alcan 1887) ; — É. Saisset, *Le Scepticisme : Ænésidème, Pascal, Kant* (Didier 1865) ; — E. Zeller, *Die Philosophie der Griechen*, t. II et III (4 éd. Leipzig 1909) ; — Malcoll, *The Greek Sceptics from Pyrrho to Sextus* (London 1869) ; — Picavet, art. *Scepticisme* de la grande Encyclopédie ; — J. Dewey, art. *Scepticism*, du *Dict.* Baldwin ; — Paul Janet et Gabriel Séailles, *Histoire de la Philosophie* (Dela-

(1) Sans doute, de ce qu'une chose est *connue* il suit qu'elle *est*, et qu'elle est ce qu'elle est connue. Mais de ce qu'une chose n'est pas connue, il ne s'ensuit nullement qu'elle n'existe pas. L'Infini pour Littré, est inconnu et inconnaissable ; ce qui, ajoute-t-il, ne veut pas dire *inexistant*. Pour Berkeley *esse est percipi*. Faut-il dire par inférence immédiate : *non esse est non percipi ?* ou *non percipi est non esse ?* Beaucoup de sceptiques le nieraient. Des choses non perçues peuvent exister, et l'on peut avoir, pour les affirmer, des raisons que la raison ne connaît pas.

(2) Ce livre posthume de l'ancien évêque d'Avranches fit scandale. Plusieurs doutèrent de son authenticité. En 1725, le *Journal de Trévoux* écrivait : « C'est quelque Pyrrhonien outré qui a voulu mettre en crédit une doctrine surannée à l'aide d'un nom si respectable aux savants et aux gens de bien... Tout cet ouvrage n'est qu'un réchauffé d'Empiricus et de quelques anciens rhéteurs. »

grave, 1887) pp. 669-713 ; — LAFORÊT, *Histoire de la Philosophie ancienne*, 2 vol. (Paris-Bruxelles 1866) ; — C^{al} GONZALEZ, O. P., *Histoire de la Philosophie* (Lethielleux 1891), t. I ; — C^{al} MERCIER, *Crit. gén.*, pp. 50-56 ; 70-75 ; — T. PESCH, *Inst. log.*, t. II (1).

Scepticismus, seu diffidentia de valore cognitionis humanae, potest distingui antiquus et recentior.

ANTIQUUS :

I. **Apud Graecos.** — Scepticismo viam muniverant controversiae de natura mundi sensibilis et doctrinae HERACLITI de perpetuo fluxu rerum, PARMENIDIS de unitate entis et de apparenti tantum mundi visibilis multiplicitate, DEMOCRITI de atomis motui perpetuo subjectis, etc. Scepticismus, sic praeparatus, alius est *praesocraticus*, alius *postsocraticus*.

A. ***Praesocraticus*** : vel Sophistarum, qui contendebant nihil posse certo cognosci neque sensibus neque intellectu. Inter sophistas eminent :

1° PROTAGORAS (2) (c. 436 a. C.) cujus doctrina ad sequentia reducitur : *a*) πάντων Χρημάτων μέτρον ἄνθρωπος ; *b*) theoremata geometriae nihil valent, quia non existunt tales lineae rectae aut curvae quales in geometria supponuntur ; *c*) Nulli rei certa natura competit. Omnis igitur veritas est relativa, ita ut idem uni sit verum et alteri falsum.

2° GORGIAS (c. 427) qui haec docuisse fertur : *a*) Nihil certo existit ; *b*) Etsi quid existeret, non posset cognosci ; *c*) Etsi quid cognosci posset, id aliis communicari non posset.

3° Alii Sophistae alicujus famae sunt *Hippias*, *Prodicos*, *Euthydemos*, etc.

B. ***Postsocraticus*** : *Pyrrhonicus-Academicus*.

1° *Pyrrhonismus* a PYRRHONE (c. 365-275) dictus est. PYRRHO, si credatur discipulo ejus TIMONI (325-235), hanc

(1) Sur le scepticisme dans l'Islam on peut lire une curieuse étude de M. HORTEN, *Le Scepticisme des Sumanija d'après l'exposé de Razi* + 1209 dans *Archiv für Geschichte der Philosophie* (XXIV, 2) 1er janvier 1911.

(2) Cf. S. TH. *in XI Met., lect.* 11 ; *in II Met., lect.* 5.

fere doctrinam professus est : *a*) *Repraesentationes sensibiles* certitudinem de rebus nullam conferunt. Etenim 1) quid *res sint in se*, ob earum fluxum continuum, sciri nequit, 2) quid res sint *relate ad nos* prorsus ignotum est, quia sensibus decipimur. *b*) *Ratio* ad scientiam certam ducere nequit : nam de re qualibet existunt rationes *pro* et *contra* (= *antinomiae*). *c*) Quare nihil pro certo asserendum est ; sed retentio judicii (ἐποχή) colenda est ut obtineatur animi quies seu imperturbatio (ἀταραξία), quae est summum hominis bonum. Itaque Pyrrhonismus, utpote via ad felicitatem, est simul systema logicum et morale. Pyrrhonismum, c. 80 a. C., iterum suscitavit ÆNESIDEMUS Gnosius, qui decem rationes dubitandi seu « tropos » defendisse traditur.

2° *Scepticismus Academiae Mediae* (sc. 2ae et 3ae) adversus Stoïcos potissimum dirigebatur. Eminent inter Academicos :

a) ARCESILAUS (316-241), dux Academiae 2ae : — inquirit veritatem, adductis rationibus *pro* et *contra ;* sed de criterio inveniendo desperans statuit nihil esse pro certo affirmandum neque negandum, ad summum res quasdam *videri* probabiles (1) ;

b) CARNEADES (c. 219-129), dux Academiae 3ae : — negat sensibus aut ratione posse veritatem attingi ; attamen concedit dari repraesentationes sat *verisimiles* ut a viro prudenti probari possint (= probabilismus).

II. **Apud Romanos.**— Sceptici juniores noti sunt AGRIPPA, MENODOTUS, SATURNINUS ; inter omnes vero primum locum obtinet SEXTUS EMPIRICUS (c. 150 p. C). — Rationes

(1) De ARCESILAO haec refert Tullius CICERO (*Acad. post. l. I.* c. 12) : « Arcesilaus negabat esse quicquam quod sciri posset, ne illud quidem ipsum quod Socrates sibi reliquisset; sic omnia latere in occulto neque esse quicquam quod cerni aut intelligi posset. Quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quemquam, neque assentiones approbare, cohibereque semper et ab omni lapsu continere temeritatem, quae tum esset insignis, cum aut falsa aut incognita res approbaretur. »

dubitandi ad quinque *tropos* revocavit AGRIPPA : 1. Maxima opinionum diversitas ; 2. Relativitas omnium repraesentationum sensibilium ; 3. Vanitas sententiarum quae a dogmaticis tanquam principia statuuntur ; 4. Regressus in infinitum in demonstrando simul necessarius et impossibilis ; 5. Circuli vitiosi qui in demonstrationibus vitari nequeunt (= diallelus : δι' ἀλλήλων). Eosdem tropos SEXTUS EMPIRICUS magis declaravit, et insuper difficultates induxit contra principium causalitatis, contra existentiam criterii veritatis, etc. Conferantur ejus opera.

T. CICERO (106-43 a. C.) Academiae mediae adhaesit, et in multis quaestionibus, etiam gravioribus, probabilitate contentus est. A doctrina Carneadis paululum recessit in eo quod admiserit sententias alias esse aliis verisimiliores.

NOTA : Ex documentis quae ad nos usque pervenerunt, manifestum est a scepticis antiquis objectivitatem cognitionis in dubium vocatam esse, non autem rerum in nobis apparentiam, seu certitudinem subjectivam, quatenus est factum conscientiae. Cf. DIOGENES LAERTIUS, in *Vita Pyrrhonis ;* SEXTUS EMPIRICUS. *Hypot. Pyrrh.*, l. I, c. 7, 10, etc.

RECENTIOR :

I. *Medio aevo* semina quaedam scepticismi sparsim reperiuntur, vg. in nominalismo et conceptualismo, in doctrina *de duplici veritate*, quarum una ad rationem, altera ad revelationem pertineat, ita quidem ut possint quandoque sibi opponi.

II. *Post inceptum saeculum XVI* usque ad tempora nostra, nominari solent tanquam sceptici multi auctores inter quos Michel MONTAIGNE (1533-1592), Petrus CHARRON sacerdos (1541-1603), Franciscus SANCHEZ, medicus e Lusitania oriundus in Gallia degens (c. 1562-1632), Franciscus de LA MOTHE LE VAYER (1588-1672), Daniel HUET, episc. Avricensis (1630-1721), ANGELUS SILESIUS (1624-1677), Blasius PASCAL (1623-1662) — quibus adduntur P. BAYLE ( )

(1) « Je ne suis qu'un Jupiter assemble-nues. Mon talent est de former des doutes, mais ce ne sont pour moi que des doutes. » *Lettre au P. de Tournemine.*

(1647-1706), J. Locke (1632-1704), David Hume (1) (1711-1776), J. Stuart Mill (1806-1873), etc.

Attamen sic fieri nequaquam licet, nisi indebite extendatur appellatio scepticismi. Namque *Sceptici* (σκέπτομαι = *inquiro*), secundum propriam vocis significationem, ii sunt qui assensus retentionem (ἐποχή) profitentur et proinde nihil affirmandum aut negandum docent. Auctores vero modo citati assensum suum non cohibent, omnes dogmatici sunt : alii enim rationes affirmandi *extra rationem* inquirunt et inveniunt (= fideistae *extrinseci :* Montaigne, Charron, Huet, etc.; — *intrinseci :* Pascal, etc.) ; alii sunt *subjectivistae* vel *idealistae*, saltem inchoative (D. Hume, Stuart Mill, etc.).

Nihilominus fatendum est a praedictis auctoribus multa argumenta scepticorum contra valorem rationis humanae proposita et defensa fuisse. Montaigne, Pascal, etc. existimaverunt ex debilitate rationis magis splendescere necessitatem revelationis et fidei (2).

---

(1) D. Hume s'attaque au principe de causalité, et, ce principe détruit, il ne reste plus rien de ce que la science prétend édifier : *a*) l'existence de Dieu cesse d'être certaine ; — *b*) l'existence des corps ne peut être démontrée ; et, si on l'admet encore, c'est par instinct, par habitude ; — *c*) il est impossible de rien connaître de la nature de l'âme, car tous les arguments que l'on apporte en faveur de sa substantialité, de sa spiritualité, de son immortalité empruntent leur force au principe de causalité. Comme l'on voit, Hume affirme, il ne doute pas. Ce n'est donc pas un sceptique, c'est un *subjectiviste phénoméniste*.

(2) « Quant au scepticisme de Pascal, de Huet, de Lamennais, il est plutôt un moyen de controverse et d'apologétique, destiné à conduire les hommes à la foi, qui seule, d'après eux, est capable de donner à l'esprit le repos et la certitude dont il a besoin. » Ch. Lahr, *Cours de phil.*, t. II, p. 263. Sur le scepticisme de Montaigne, voir F. Strowski, *Montaigne* (Alcan 1906), c. IV; — sur Pascal, voir P. Bourget, *Études et Portraits* (Œuvres complètes, Plon 1900), *Critique*, t. II, p. 11 sq ; — V. Giraud, *Pascal* (Fontemoing 1900), pp. 167 sqq ; Id., *Blaise Pascal, Études d'histoire morale* (Hachette 1910), pp. 19 sqq ; — H. Petitot, *Pascal, sa vie religieuse et son apologie du Christianisme* (Beauchesne 1910) ; — sur Charron, voir également V. Giraud, *Pascal*, p. 9, note 2.

III. *Saeculo XIX*, Th. Jouffroy (1796-1841), in argumento *dialleli* haerens, contendit nullam prorsus certitudinem posse ratione justificari (1).

In doctrinis modernis, quae scholasticae opponuntur, duplex pars generatim distinguitur, quarum altera est destructiva, altera vero constructiva. Destructiva pars est sceptica et tota est in argumentis scepticorum repetendis et renovandis ; deinde vero contra conclusiones scepticas confugitur, in parte constructiva, ad elementa varia ordinis sive affectivi, sive ethici, sive socialis, ex quibus « motiva vivendi » depromi possint. Ita vg. Kant, Renouvier, Balfour, Brunetière, W. Hurrell Mallock, Ed. Le Roy, etc (2).

(1) « Nous croyons, c'est un fait ; mais ce que nous croyons, sommes-nous fondés à le croire ?... Ce problème l'esprit se le pose en vertu de ses lois... Mais de ce que la raison élève ce doute sur elle-même, s'ensuit-il que la raison, qui peut l'élever, puisse le résoudre ? *Le cercle vicieux* serait manifeste ; il suffit d'énoncer la question pour le prouver. Si la raison doute d'elle-même au point de sentir le besoin d'être contrôlée, elle ne peut se fier à elle-même, quand elle exerce ce contrôle. » *Préface* aux Œuvres de Th. Reid, *t. I, p. CLXXXV*. Cf. *Mél. phil.*, p. 216. « Nous croyons le scepticisme à jamais invincible, parce que nous regardons le scepticisme comme le dernier mot de la raison sur elle-même. Quant aux dangers du scepticisme, ils sont absolument nuls, Dieu y a pourvu en nous forçant de croire... » *Ibid.*, p. 219.

(2) Ces auteurs protestent qu'ils ne sont pas sceptiques et qu'on n'a pas le droit de les appeler de ce nom. En quoi ils n'ont pas tort. Le mot *scepticisme*, dit M. Balfour est ambigu. « Il peut signifier ou l'aveu que l'on manque d'évidence, ou cet aveu avec, en plus, l'état d'incroyance qui en dérive. » Lui-même admet, comme qualifiant sa propre attitude, le premier sens du mot, mais il rejette le second : *il croit sans évidence*. Voir J. Rey, *La philosophie de M. Balfour*. p. 10. — « Accusé de scepticisme, M. le Roy et ses amis ont protesté qu'ils croyaient à la vérité. Ils y croient si bien que leur philosophie est la seule, pensent-ils, qui en sauvegarde la pure notion, et permette précisément d'échapper au scepticisme. » J. de Tonquédec, *La notion de vérité dans la «philosophie nouvelle»*, p. 1 sq. — Déjà Ch. Renouvier dans la *Critique philosophique* (8 février 1872) écrivait : « Le Criticisme est le contraire de ce qu'on appelle scepticisme ; car être sceptique est ne croire à rien, selon le sens vulgaire donné à ce

THESIS IX[a]

Non valent rationes quibus Sceptici insolubilitatem problematis critici ostendi contendunt.

Praenotanda

I. **De essentia scepticismi.** — Scepticismus, de quo in thesi, est doctrina philosophica (sc. logica) quae *a*), admissa distinctione inter ordinem spontaneitatis et reflectionis, docet *b*) non posse ratione justificari certitudines spontaneas ita ut fiant reflexae, proindeque *c*) cohibendum esse assensum (ἐποχή) relate ad quaestionem de objectivitate certitudinis.

II. **Sensus thesis.** — Non dicimus : nihil valent rationes Scepticorum ; concedimus omnino aliquid ponderis illis rationibus inesse : sc. ostendunt necessitatem inquirendi quaenam ex certitudinibus nostris objectivae sint. Minime vero necessitatem probant positive dubitandi de aptitudine nostrae facultatis et assensum in omni re cohibendi.

DEMONSTRATIO

Sceptici, rationibus quas afferunt, ostendi putant : 1° vel problema criticum esse *a priori insolubile* : tunc Scepticismus ipsam utilitatem inquisitionis faciendae rejicit ; — 2° vel problema esse de facto et *a posteriori* insolutum, sc. post institutam inquisitionem reflexam, nullum criterium objectivitatis repertum est : tunc Scepticismus est conclusio inquisitionis criticae. Atqui rationibus allatis neque *primum* neque *secundum* ostenditur. Ergo.

---

mot. Mais le criticisme ne ruine systématiquement les doctrines dites rationnelles des métaphysiciens que parce qu'elles sont mal fondées en raison théorique pure. La partie respectable des thèses que certains d'entre eux défendent, il l'établit par des raisons d'ordre pratique ou moral, les seules sûres et vraiment concluantes dans l'espèce. Le criticisme est donc éminemment une doctrine croyante ».

MAJOR : De facto Scepticismus duplicem hanc formam induere potest et historice induit.

MINOR probatur, per partes :

Ia PARS : Primum non ostenditur.

Qui problema criticum a priori insolubile dicunt ii has praecipue rationes afferunt (1) : 1) *Errores* (2) et 2) *contradictiones* (3) hominum in ordine spontaneo probant mentem humanam esse fallibilem. Ergo non est ei fidendum. — 3) « *Diallelus* » (4) : Aut objectivitas certitudinis caece

(1) Les raisons du *scepticisme* (les « tropes ») ont été longuement développées depuis Pyrrhon ; je n'en retiens ici que les arguments *généraux*, ceux qui induisent à douter de *la* certitude ; les autres, qui n'amènent à douter que d'une catégorie de jugements, par ex., de ceux de l'ordre réel, seront résolus au fur et à mesure que les questions se présenteront au cours du traité.

(2) « Metus est ne, cum saepe subruuntur quae firmissime statura et mansura praesumimus, in tantum odium vel timorem rationis incidamus, ut ne ipsi quidem perspicuae veritati fides habenda videatur. » S. AUG., lib. *de Magistro*. — « La croyance exclusive dans la rectitude absolue de sa propre pensée est une idée de même nature que les idées religieuses, et elle tend à s'affaiblir comme elles. Nous sommes maintenant moins disposés à croire, plus disposés à chercher. On se défie de sa propre pensée ; on a vu tant d'idées crouler autour de soi et parfois en soi-même, qu'on n'ose plus s'appuyer sur aucune avec une confiance entière et exclusive. Le doute se tient toujours non loin de l'affirmation, prêt à la restreindre. Est-ce un mal ? Non, car la circonspection n'empêche point l'ardeur à la recherche, et si la vérité est longue à découvrir, on peut être infatigable à la poursuivre. » M. GUYAU, *La morale d'Épicure* [2] (Alcan 1886), p. 16.

(3) « Fiez-vous à votre philosophie, vantez-vous d'avoir trouvé la fève au gateau, à voir ce tintamarre de tant de cervelles philosophiques !... » MONTAIGNE, *Essais*, l. II, c. 12. — « Trois degrés d'élévation du pôle renversent toute la jurisprudence, un méridien décide la vérité... Plaisante vérité qu'une rivière ou qu'une montagne borne. Vérité en deçà des Pyrénées, erreur au-delà ! » PASCAL, *Pensées*, éd. Havet, Art. III.

(4) « Pour juger les objets il vous faudrait un instrument judicatoire ; pour vérifier cet instrument il vous y fault de la démonstration, pour vérifier la démonstration un instrument : nous voici au rouet. » MONTAIGNE, *l. c.*

admittitur, aut ob criterium quoddam ; valor autem criterii hujus ex alio criterio constare debebit, valor hujus iterum ex alio, — et sic progressus in indefinitum habendus erit vel circulo vitioso vitabitur. — 4) *Ignorantia* (1) : homo multa ignorat ; res autem omnes ita inter se cohaerent ut, una ignorata, nequeant aliae haberi tanquam cognitae. Hoc argumentum reperitur apud Sanchez, Montaigne, Pascal. — 5) *Malus genius* (2) : quis scit num Deus aut Genius quidam, permittente Deo, nos non continuo fallat, dum existimamus res apprehendi a nobis sicuti sunt ? (Descartes, Pascal).

Atqui his rationibus non ostenditur insolubilitas problematis critici. Ergo.

Minor :

I. **Errores.** — Homo errat : hoc est factum. Exinde autem *a*) non sequitur hominem ita constitutum esse ut necessario et semper, seu, ut ita dicam, *jure naturae*, fallatur ; *b*) nec sequitur deesse criterium quo dignosci possit utrum fallatur necne. Non innotescit quidem criterium ante inquisitionem reflexam, i. e. homo non conscius est sui erroris dum errat ; sed fortasse, mediante reflexione, apparebit criterium. Id saltem a priori negare vel in dubium positivum vertere non licet. Cf. T. Pesch, *op. cit.*, t. II, nº 581, 4º.

---

(1) « Toutes choses étant causées et causantes, aidées et aidantes, médiates et immédiates, et toutes s'entre-tenant par un lien naturel et insensible qui lie les plus éloignées et les plus difficiles, je tiens impossible de connaître les parties sans connaître le tout, non plus que de connaître le tout sans connaître particulièrement les parties. » Pascal, *Pensées*, art. I. — Dans ses *Études de la nature*, Introduction, Bernardin de Saint-Pierre raconte qu'il avait conçu le dessein de narrer l'histoire complète d'un fraisier planté sur sa fenêtre ; mais il reconnut que cela demanderait plus qu'une vie d'homme, puisqu'il faudrait décrire les relations innombrables du fraisier, tant avec les insectes qui le visitent et les êtres microscopiques qui l'habitent, qu'avec l'air, le soleil et toute la nature.

(2) « Que sais-je si le Dieu qui peut tout et par qui j'ai été fait et créé tel que je suis..., ne m'a pas fait tel que je me trompasse toujours ? » (Descartes, *Ie Méditation*).

II. **Contradictiones.** — Homines inter se crebro contradicunt, sive eodem sive diverso tempore ; homines mihi contradicunt, sententias meis oppositas propugnando ; ipse mihi contradico, sc. nunc affirmo quae prius negavi, etc. Hoc est *factum*. Exinde autem *a*) non sequitur hoc factum quasi *ex lege* provenire, ita nempe ut homo in judicando nulli normae objectivae obediat ; caeterum factum, quod opponitur, non est universale : multa sunt enim in quibus homines omnes, sive culti, sive inculti, eodem modo conveniunt vg. in $2 + 2 = 4$, in primis principiis, etc. ; — *b*) nec sequitur deesse criterium quo dignosci possit quis recte, quis non recte judicet. Saltem id ante inquisitionem reflexam affirmare nequaquam licet.

III. « **Diallelus** ». — Hac objectione assumitur criterium omnis certitudinis non posse innotescere in ipso actu cognitionis cujus objectivitas inquiritur. At vero, inquisitione reflexa constare fortasse poterit existentia judiciorum quorumdam (vg. $2 + 2 = 4$; totum est aequale suis partibus conjunctis), in quibus uno eodemque intuitu clarissime appareant cum connexio subjecti et praedicati, tum ratio objectiva hujus connexionis (1).

---

(1) Le diallèle « repose sur une équivoque. Il suppose que le critère de la vérité, l'« instrument judicatoire », dont parle Montaigne, est et doit être extrinsèque à la vérité même dont il s'agit de s'assurer. Si l'homme, doué du pouvoir de réfléchir sur sa propre pensée est capable de prendre pour objet de connaissance *son jugement*, la connaissance certaine *se justifie elle-même*, et l'on évite à la fois le cercle vicieux et le progrès à l'infini. » C^{al} MERCIER, *Crit. gén.*, p. 75. Voir ce qui a été dit, plus haut, de l'acte de *constatation*. — Contre le sceptique admettant *provisoirement* la raison afin de poser le problème critique — et c'est le fait de tous les sceptiques — on peut raisonner *ad hominem :* vous admettez que vous connaissez réellement vos sensations, vos états de conscience ; vous voyez que, là, vous connaissez les choses (états subjectifs) telles qu'elles sont, et cette connaissance est objective, en ce sens qu'elle atteint *ce qui est*. Donc vous admettez, en fait, la possibilité pour un même esprit de voir qu'il connaît vraiment. Si le diallèle vaut, vous ne pouvez pas être certain de vos états de conscience. — Notons encore que, si le diallèle

IV. **Ignorantia.** — Multa ignoramus : hoc est factum. Exinde vero *a*) non sequitur non posse cognosci quidquam. Nam (1) res non ita inter se cohaerent ut cognitio unius pendeat a cognitione caeterarum : quis vg. est nexus inter veritates ordinis moralis et scientias mathematicas ? — (2) in objectione assumitur gratis cognitionem aut scientiam vel nullam esse vel esse exhaustivam cognoscibilitatis rerum : quae cognitio exhaustiva solius Dei est ; cognitio vero humana est progressiva, non omnia simul complectitur, modo ignorat, modo dubia est, modo errat, etc. ; — *b*) neque ex eo quod multa ignota sint recte concluditur deesse criterium quo secernantur res cognitae a non cognitis. Et proinde confugiendum est ad inquisitionem reflexam [1].

V. **Malus genius.** — Haec objectio, quae vix ullius est momenti pro eo qui rectam notionem Dei habet, sufficit quidem ut nos incitet ad problema instituendum ; sed non talis est ut cogat nos ad dubitandum *positive* de valore nostrae facultatis. Ex eo enim quod vitium in facultate possibile sit, *a*) nondum sequitur illud revera existere imo necessario existere, et proinde *b*) non sequitur deesse criterium quo illud detegi possit. Quod ad Cartesium attinet, non est dubium quin ei objectio ex malo genio ad hoc tantum inservierit ut dubitationem suam methodicam ad omnem certitudinem extenderet.

IIa PARS : Secundum non ostenditur.

I. Etiamsi — non enim licet aliorum sinceritatem in suspicionem revocare — reflexione instituta, Sceptici nul-

vaut, « il est clair que Dieu lui-même, s'il venait jamais à mettre en question son intelligence, serait tout autant que nous incapable de lever un pareil doute. » Ch. DUNAN, *Essais de philosophie générale*, p. 629.

(1) « Inter philosophos alii putaverunt sciri posse omnia : hi sapientes utique non fuerunt ; alii nihil : et ne hi quidem sapientes fuerunt. Illi, quia plus homini dederunt ; hi, quia minus ; utrisque in utramque partem modus defuit. Ubi ergo sapientia est ? Ut neque te omnia scire putes, quod est Dei ; neque omnia nescire, quod est pecudis. » LACTANTIUS, *de div. Instit.* l. 3, c. 6.

lum objectivitatis criterium detexerint; si reflectenti dubium manserit utrum certitudines suae oriantur in subjecto ex causa intra-subjectiva an extra-subjectiva, non potest inde legitime concludi problema esse *in se* insolutum, i. e. *a nemine* solutum esse.

II. Ratio praecipua ad id demonstrandum desumitur ex eo quod homines, *etiam in ordine reflexo* et post *inquisitionem criticam*, saepe fallantur et sibi contradicant. Unde concludunt evidentiam quae tantopere extollitur a dogmaticis, non esse signum inconcussum veri (1).

Huic objectioni responderi potest : 1° Multa sunt de quorum objectivitate homines post reflexionem non dubitant. — 2° In iis de quibus evidentia immediata datur, homines sibi non contradicunt. — 3° Quod attinet ad errores et contradictiones hominum in ordine reflexo, videndum est utrum causam suam non habeant potius in defectu reflexionis, quo fiat ut evidentia ibi existimetur adesse ubi nulla est; atque ideo, ut corrigatur defectus iste, si quis adsit, iterum recurrendum est ad reflexionem. Non est dubium quin homines inconsiderate abutantur voce *evidentia*.

III. Hinc cum insolubilitas problematis non sit a priori manifesta — ut dictum est in 1ª parte —, invitandi sunt Sceptici ut novam inquisitionem reflexam diligenter et methodice incipiant. Cum reflexio pendeat a libera hominis voluntate, hujusmodi inquisitio semper possibilis erit; cum ex altera parte res maximi momenti, cum ad vitam praesentem dirigendam, tum ad futuram praeparandam, ab ea pendeant, nunquam licebit eam tanquam inutilem rejicere.

Corollaria

I. — Quare falsum est id quod non pauci asserunt, sc. cum viro sceptico nullum haberi posse colloquium. *Data* problematis accipit cum principio contradictionis, et proinde

(1) « ... Il n'y a pas d'enseigne à l'hôtel de l'évidence ». HOBBES. Cf. RABIER, *Logique*, pp. 371 sq.

nihil restat nisi ut in reflexione methodice instituenda cum caritate et patientia adjuvetur. Quodsi male dispositus sit, difficile admodum erit eum ad reflectendum adducere : non philosophia sed Deus solus potest mutare corda.

II. — Nostra thesi confutatur etiam *Probabilismus* Carneadis et 3^ae^ Academiae. Probabilismus enim ad duo puncta reduci posse videtur :

a) Nullum *de facto* datur criterium certitudinis, nec *de jure* dari potest. Rationes hujus assertionis eaedem sunt quas Sceptici adducunt.

b) Attamen pro objectivitate nonnullarum certitudinum rationes quaedam (vg. constantia et concordia imaginum, etc.) sat probabiles aut verisimiles existunt ut possit homo in vita practica sese dirigere.

Jamvero *prima* assertio argumentis Scepticorum non probatur ; hinc falsa est etiam *secunda*, saltem quatenus est exclusiva : concedimus multa probabiliter cognosci, sed manet quaestio utrum possit aliquid etiam cum certitudine sciri. Responsio negativa huic quaestioni facta fundamento caret.

Scholia

I. — *De relatione Scepticismi cum fide revelata.* — Clarum est, si nihil sciri potest, subrui omnia praeambula fidei ideoque et fidem ipsam. Hinc doctrina Scepticorum recte appellatur *haeretica :* « ... opinio namque quorumdam erat quod nulla veritas alicujus rei haberi possit ab homine, et ex hoc derivata est *haeresis* Academicorum dicentium nihil pro certo sciri posse in hac vita. » S. Th., *in Joan.* c. IV, l. 4.

Attamen falsitas Scepticismi ostendenda est philosophice, siquidem ratio theologica non prius valet quam Scepticismus ostensus est falsus.

II. — *De argumentationibus invalidis.* — Pleni sunt libri argumentis quae Scepticos non tangunt, quia vel ignorant quaestionem, vel principium petunt. Exempla :

1^um^. — Doctrina : « dubitandum est de objectivitate cer-

titudinum » vel habetur tanquam objective certa, vel non ; si primum, aliquid objective certum datur ; si secundum, haec doctrina potest esse falsa. — Respondet Scepticus : eligo secundum, scil. haec doctrina est persuasio subjective certa, de cujus valore nihil potest certo sciri.

2um. — Scepticismus adversatur naturae humanae : conscientia enim teste, homo appetit scientiam seu cognitionem rerum in se, et proinde aptus est ad cognoscendum, cum appetitui naturali semper respondeat aptitudo. Scepticismus igitur, docens hominem non esse aptum ad scientiam quam naturaliter desiderat, contradictionem in naturam humanam inducit. — Respondet Scepticus : fortasse homo est machina male constructa ; imo ita videtur dicendum, nam homo appetit id ad quod nullam habet aptitudinem (1).

Alias confutationes incongruas vide apud Clem Mercier. *Crit. gén.*, pp. 70-75.

Difficultates.

1. Sciri omnino nequit utrum mens sit apta ad cognoscendum ; fieri namque potest ut objecta deformet vel exhibeat id quod nullatenus existit. Hinc a priori reflexa inquisitio vitiata est. — R. Sciri nequit processu discursivo, c. ; reflexione in actum quo mens cognoscit objectum, nescio. videbo. — 2. Rationes dubitandi de valore facultatis (sc. errores, contradictiones, etc.) sunt positivae. E. Dubium positivum admitti debet initio problematis critici. — R. d... dubitandi, i. e. *inquirendi* num facultas natura sua et semper nos decipiat, an aliquando et accidentaliter tantum, sunt positivae, c. ; ... dubitandi *positive* de facultate

(1) Je lis dans un auteur bien intentionné : « Dubitatio universalis, quam sceptici obtrudere conantur, *tanquam bonis moribus ac naturae humanae mentis adversa*, est plane rejicienda. » Très bien, mais si le scepticisme a raison, quelles sont les bonnes mœurs ? Cet argument pragmatique ne vaut ni dans l'ordre synthétique, lequel suppose le scepticisme réfuté, ni dans l'ordre analytique, dans lequel on cherche un critère de vérité.

ipsa, sc. de ipsa ejus aptitudine, sunt positivae, n. — 3. Ea doctrina est optima quae refutari nequit. A. Scepticismus... E. — R. d. Si impossibilitas refutationis provenit ex valore argumentorum quibus nititur doctrina, c. ; si provenit ex eo quod *a priori* et illegitime negatur valor facultatis qua possit refutari, n. — 4. Atqui optima sunt argumenta quibus nititur Scepticismus : mens humana in pluribus erravit. E. ei confidendum non est. — R. d. cons. : Si erravit *per accidens*, n. ; si *natura* et *per se*, sd. et hoc constat ante inquisitionem criticam, n. ; hoc constabit inquisitione, nescio. — 5. Atqui mens humana errat *per se* : nam si errat etiam semel, hoc ostendit eam ita esse constitutam ut sit fallibilis. — R. d. ut sit fallibilis, i. e. ut erret aliquando et *per accidens*, c. ; ut erret *per se*, nescio et quaero. — 6. Atqui, si non est fallibilis per se, dicenda erit infallibilis. — R. d. eo sensu quod nunquam fallatur, n. ; eo sensu quod aliquando non fallatur, sd. et tunc ejus infallibilitas est participata et finita, c. ; absoluta et infinita sicut Dei infallibilitas, n. — 7. Ea doctrina est optima quae docet adhaerendum esse evidentiae tantum. A. Hoc docet Scepticismus. E. — R. d. quae hoc docet tantum, c. et quae docet praeterea nullam dari evidentiam, sd. si hoc docet post inquisitionem critice factam, c. ; si antea, n.

Sommaire. — 1. *Historiquement parlant, les sceptiques ce sont, dans l'Antiquité, après les sophistes Protagoras et Gorgias, Pyrrhon, Arcésilas, Carnéades ; ce sont, au commencement de l'ère chrétienne, Agrippa et le médecin Sextus dit Empiricus; ce sont encore au XVI^e siècle — mais dans un certain sens seulement — Montaigne, Charron, Sanchez, Huet, Pascal, etc. ; c'est enfin, au XIX^e siècle, Th. Jouffroy, pour qui le scepticisme est le « dernier mot » de la raison sur elle-même.*

2. *Le scepticisme est né des affirmations contradictoires des premiers philosophes au sujet de la nature du monde sensible. Les hommes se contredisent ; l'intelligence ne s'accorde pas avec les sens ; les sens ne s'accordent pas entre eux. Les δέκα τρόποι de l'école pyrrhonienne se ramènent presque tous à l'argument des* contradictions. *De même l'*erreur : *il y a erreur quand on est forcé d'admettre comme vraie la contradictoire de ce qu'on croyait jusque-là. Pour Jouffroy, l'argument des contradictions et des erreurs ne peut constituer qu'un scepticisme*

« mesquin » (Mél. phil., p. 200). *Le « dernier mot », le « rouet »* (*Montaigne*), *c'est le* diallèle : *il faut un contrôle de la certitude, puis un contrôle de ce contrôle, et ainsi à l'infini. Autre argument : pour porter un jugement valable sur une chose, il faudrait tout savoir de cette chose — ce qui est impossible à l'homme. — Enfin : ne se pourrait-il pas ou que notre faculté fût, par sa structure même, empêchée de connaître ce qui est, ou qu'elle fût l'inconsciente victime de quelque malin génie appliqué à fausser ses opérations ?*

3. *Ces raisons doivent incontestablement nous donner à réfléchir ; toutefois elles n'ont rien qui démontre l'insolubilité radicale du problème critique et qui, partant, puisse nous décourager d'avance d'entreprendre un travail de réflexion en vue de découvrir un critère de vérité. Tout au plus, démontrent-elles qu'il y a un problème, que ce problème est insoluble par le syllogisme, et que, quelque chose que l'on sache, l'on ne sait le tout de rien.*

ART. II

Solutio Cartesiana

Praeambula

I. Solutio *Cartesiana* problematis critici ea dicitur quae a *Cartesio* (René DESCARTES, 1596-1650) in pluribus operibus, praesertim vero in *Discours de la Méthode* (1637), proposita est. Haec celeberrima methodus, inquit C[lis] ZIGLIARA, « turbas infinitas in scholis excitavit, ab aliis excepta (est) ut methodus e coelo delapsa, ab aliis vero acriter impugnata (1). »

Alii Cartesium summis laudibus extollunt eo quod primas partes in dijudicandis cognitionibus humanis rationi naturali tribuerit atque ita hominem a servitute dogmatica liberaverit. Ita, inter alios, P. LEROUX (2), V. COUSIN, E. SAISSET, J. SIMON, E. CARO, P. JANET, L. LIARD, etc. post J.-J. ROUSSEAU et philosophos saeculi XVIII ; alii vero ob eamdem rationem eum vituperant, inter quos F. de LAMENNAIS (3). Non desunt iterum qui Cartesium celebrent

(1) *Summa Philosophica* [4] (Paris, Lyon 1882), t. I, p. 198.

(2) *Réfutation de l'Éclectisme*, § 1, p. 9.

(3) *Essai sur l'Indifférence*, t. IV, p. 239 ; *Défense de l'Essai*, Préface.

eo quod, fundamento scientiae methodice stabilito, scepticismo ruinam intulerit — ita vg. V. Cousin (1) ; alii, ex adversa parte, eum damnant propterea quia, suo criterio evidentiae personalis, scepticismi semina ubique sparserit (2). Multi dicunt a Cartesio apertam esse viam Idealismo subjectivo et « Philosophiae Modernae », eumque alii propterea laudant, aliis e contra exprobrantibus (3).

Saeculo XVII, tantopere invaluerat Cartesianismus ut in omnibus fere scholis dominaretur (4). Nostris vero temporibus, Cartesianismus, saltem *ut systema doctrinarum*, haberi potest tanquam extinctus.

Quid sit in tanta opinionum discordia sentiendum, vix aequo animo dici potest nisi varii aspectus causae Cartesianae attente distincti fuerint.

II. Hic recolendae videntur **regulae generales de interpretatione auctorum** : 1° Mens auctorum ex ipsis eorum scriptis, tanquam ex primario fonte, depromenda est, non ex commentatoribus ; — 2° Ubi verba alicujus auctoris plures sensus accipere possunt, ille sensus praeferendus est : *a*) *qui sapientior est* : id enim postulat caritas, justitia, imo fere semper et veritas ; ita praesertim agendum est quando intelligenda sunt verba auctorum quos caeteroquin constat esse ingenii non mediocris (5) ; — *b*) *qui magis*

(1) *Histoire générale de la Philosophie*, p. 407.

(2) Voir Sainte-Beuve, *Port-Royal*, t. V, pp. 349-356.

(3) « Descartes est philosophe. Il l'est par la grandeur des horizons, par l'universalité et la nouveauté de ses théories. Il est de ceux qui naissent pour changer la face du monde. Il ne se perd pas en critiques de détail, si fondées qu'elles soient ; il ne s'attarde pas non plus à combattre des théories isolées. Ce n'est pas la guerre de partisans, mais la grande guerre qui lui convient. Méthodes et principes, il attaque tout, et, en peu de jours, fait sortir de terre un monument qui étonne et entraîne par sa puissance et ses proportions. » J. Bulliot, *Rev. de phil.*, 1901, p. 17 sq.

(4) Voir *Revue Bossuet*, 25 juillet 1900, p. 132.

(5) « ... Praesupponendum est, quemvis bonum Christianum promptiorem esse debere ad salvandam propositionem proximi, quam ad eam condemnandam : et si non potest eam salvare, inqui-

quadrat cum mente auctoris aliunde perspecta : lex nempe exegesis est ut interpretatio non verbalis nec textualis tantum sed « contextualis » sit, in eo consistens quod mens auctoris ex contextu cum proximo, tum remoto detegatur, qua detecta, caetera omnia conformiter ad eam intelligantur.

III. Sedulo distinguenda sunt ea quae, in operibus Cartesii, ad theoriam cognitionis spectant, et ea quae pertinent ad metaphysicam, sc. ad psychologiam vel cosmologiam. Hic, doctrinam criteriologicam Cartesii considera-mus, caeteris omissis.

THESIS X[a]

Methodus a Cartesio adhibita admitti nequit, absque emendatione, tanquam perfecta solutio problematis critici.

Tota materia duabus partibus absolvetur, quarum *prima* methodum cartesianam exponet, *altera* eamdem examini critico subjiciet.

---

rat (ex ipso) quomodo eam intelligat, et si quidem male illam intelligit, corrigat illum cum amore ; et, si (id) non sufficit, quaerat omnia media convenientia, ut (ille) bene eam intelligens se salvet. » S. Ignatius de Loyola, *Exercitia Spiritualia*, statim post *titulum*. — Le P. Roothan, dont nous citons l'édition, insère en note le commentaire suivant : « Hoc monitum, seu proaemium... ideo praemitti a sancto Patre (Ignatio) existimo, quod primis annis expertus esset minus aequa multorum judicia, apud quos, ut erant illa tempora ob serpentes haereses suspiciosa, Exercitiorum occasione, notam novatoris incurrerat. Ceterum est sane charitati et discretioni consentaneum hoc monitum, ejusque usus non raro necessarius, ne praeceps de quoquam feratur judicium. Monemur ergo, ne obscuram vel dubiam alicujus propositionem continuo in pejorem, sed contra potius in meliorem partem interpretemur ; quod si fieri nequeat, exploremus, an forte ille recte sentiens male sensum suum expresserit, quo in casu non animus quidem, sed lingua corrigenda et emendanda esset ; quod si etiam animo errasse deprehendatur, tum quidem nihil relinquatur intentatum ex convenientibus et praescriptis ab Ecclesia modis, ut ab errore ille revocetur. » *Exercitia Spiritualia S. P. Ignatii de Loyola, cum versione litterali ex autographo hispanico notis illustrata* [b] (Paris 1865), p. 23 — dans la trad. Jennesseaux (Paris 1854), p. 38.

Ia PARS : Expositio Methodi.

A. **Fontes** : Opera praecipua in quibus mens Cartesii exprimitur ea sunt :

Discours de la Méthode pour bien conduire sa raison et chercher la vérité dans les sciences, Leyde 1637 ;

Meditationes de prima philosophia, in qua Dei existentia et animae immortalitas demonstrantur, Paris 1641 ; la 2e édition (Amsterdam 1642) contient en outre les *Objections* et les *Réponses*.

Principia Philosophiae, Amst. 1644 ; *Traité des Passions*, Amst. 1649.

Inter opera posthuma : *Le monde ou traité de la lumière*. — *Les Lettres*. — *Regulae ad directionem ingenii* (1701).

B. **Editiones** : Opera omnia edidit V. Cousin (11 vol., 1824-1826); nova editio ab Adam et Tannery mox absolvetur apud bibliopolam A.Colin. Mentionem merentur editiones sequentes : (1) Élie Rabier, *Discours de la Méthode*, avec études critiques, etc. (5e éd. Delagrave 1890). — (2) V. Brochard, *Discours de la Méthode*, avec éclaircissements, etc. (4e éd. Alcan 1895). — (3) Louis Liard, *les Principes de la Philosophie*, 1re partie, avec introduction, notes, etc. (Delagrave 1885).

C. **Auctores** : Francisque Bouillier, *Hist. de la philos. cartésienne*, 2 vol., 1834 (3e éd. 1868) ; — P. Janet, *Rev. des Deux Mondes*, t. LVIII (1868), p. 845 ; — Louis Liard, *Descartes* (Alcan 1882) ; — A. Fouillée, *Descartes* (Hachette 1893) ; — É. Boutroux, *Études d'histoire de la philosophie* (Alcan 1897) ; — *Revue de Métaphysique et de Morale*, juillet 1896 (no du IIIe centenaire) ; — O. Hamelin, *Le Système de Descartes* (Alcan 1911) ; — Cal Mercier, *Crit. gén.*, pp. 56-67 ; 75-83, etc. — Id., *Origines de la psychologie contemporaine* (2e éd. 1908), pp. 1-93 ; — Ch. Dunan, *Les deux Idéalismes*, (Alcan 1911) ; — J. Bulliot, *Le problème philosophique*, *Rev. de phil.*, 1901, p. 17 sqq ; — Roland-Gosselin, O. P., *La révolution cartésienne*, *Rev. des sciences phil. et théol.*, 1910, pp. 678-693 ; etc.

I. **Genesis historica systematis Cartesiani.** — Locus *methodi* in toto systemate Cartesiano ex sequentibus patebit :

1o In studiis suis (in Collegio Flexensi S. J.) Cartesius sollicite prosequitur cognitionem certam et claram omnium rerum quae homini ad vivendum aliquid utilitatis conferre possunt (*Discours*, Ie p.).

2o Ut haec cognitio obtineatur, methodus apta requiritur, quam scholae non tradunt (*ib.*).

3o Eam reperit Cartesius componendo regulas Logicae

cum regulis analysis geometriae et algebrae, eamque quatuor regulis exprimit (*Discours*, 2e p.). Hujus methodi applicatione ad res algebricas, intra spatium paucorum mensium, plura problemata solvit quae difficillima reputabantur. Hoc felici exitu fretus, confidit nullam esse tam reconditam veritatem quae non possit eodem modo detegi (*ib.*).

4° Decernit igitur hanc methodum aliis disciplinis applicare. Animadvertit autem harum disciplinarum principia a philosophia esse mutuata. Sed ex una parte in philosophia nihil apparet certi, cum omnia sint in contentione posita ; ex altera autem, sese Cartesius juniorem reputat (in 1619 annum agebat 23) quam qui possit hujusmodi principia constituere. Quare novem sequentibus annis (1619-1628 vel initio 1629), suam methodum perficit, problemata mathematica solvendo et alia etiam quae, sepositis elementis aliis, ad mathematica proxime accedunt (*Discours*, 3e p.).

5° Interea, licet in philosophicis rebus nondum differat a vulgo, fama spargitur ab eo novam philosophiam adinventam esse. Hinc duplici motivo impulsus, primo ut stabiliat fundamenta philosophica scientiarum, deinde ne alius sit quam reputatur, Neerlandiam petit, in qua sperat se majore cum animi tranquillitate posse methodum suam ad philosophiam applicare (1629).

6° Statim meditationi rerum metaphysicarum per novem menses incumbens, Cartesius brevem tractatum scribit (Cf. *Discours*, 4e p.), ex quo postea (1641) *Meditationes* prodibunt. Dum his occupatur, interrogatione ei facta (a P. Mersenne) de modo explicandi parhelias, inducitur ut phaenomenis meteorologicis studeat, deinde phaenomenis luminosis et toti systemati mundano, tandem ut conclusiones suas in unum redigat in libro *du Monde* qui debebat esse quasi explicatio vel confirmatio suae Metaphysicae (*Discours*, 5e p.). Attamen audita condemnatione Galilei (1639) cujus principiis adhaerebat, opus inceptum dereliquit (*Discours*, 6e p.). Hujus operis aliquae tantum partes postea, suadente ejus amico Huyghens, prodierunt cum

ipsa Methodo (8 Junii 1637) sub titulo : « *Discours de la Méthode pour bien conduire sa raison et chercher la vérité dans les sciences, plus la Dioptrique, les Météores et la Géométrie* ».

7° Cartesius plenam mentis suae maturitatem adeptus, systema suum magis explicat, sed semper eodem sensu, in operibus : *Meditationes de prima philosophia* (1641) et *Principia Philosophiae* (1644). Generatim nihil adversariis suis concedit. Imo ad tantam fiduciam pervenit ut in votis habeat systema quoddam philosophicum componere cujus centrum Cosmologia occupetur, et quod possit in scholis Aristotelico systemati substitui.

8° Animadvertendum est philosophiam Cartesianam esse practicam. Nihil vult aliud Cartesius quam eas cognitiones comparare quae ad hominis utilitatem conferre possunt. Metaphysica ab eo eatenus colitur, quatenus aliis scientiis, fundamenti instar, subservit (*Discours*, 6e p.). Inter veritates transcendentes, nullas admittit cum absoluta certitudine nisi existentiam Dei et animae immortalitatem.

II. **Methodus Cartesiana circa cognitionem.**

A. ***Methodus summatim descripta.*** — Sceptici in suo dubio perseverant eo quod, inquiunt, sciri nequit utrum assensus certus, qui judicio exprimitur, fiat sub influxu objecti cujusdam a judicante non dependentis, an ex causa ignota subjecto interno, eamque rationem omni prorsus judicio extendunt. Cartesius autem, admissis Scepticorum objectionibus, in ipso dubio reperit *saxum* vel *punctum Archimedis* quo objectivitas omnium fere certitudinum naturalium e suis quasi ruinis excitata iterum instauratur. Hinc *dubium ipsum est methodus seu via ad veritatem perveniendi.*

B. ***Methodus articulate descripta.*** — I. **Scopus.** — *a*) Cartesius secum statuit nihil admittere quod non sit absolute certum atque inconcussum ; — *b*) In veritate admittenda vult a puncto aliquo firmissimo proficisci, in quo,

tanquam in fundamento, caetera ordinate superaedificet ; — *c*) In cognitionibus suis evolvendis statuit eo usque progredi quo id per vires suas sibi licebit (1).

II. Media ad scopum assequendum. — Haec media considerari possunt primo in statu *intentionis* et deinde in statu *executionis*.

1° *In statu intentionis.* — *a*) In judiciis humanis multa sunt probabilia, multa consuetudine accepta, multa dubia vel erronea (2) ; — *b*) Ut veritas, aut potius *saxum* in quo fixa sit veritas, certo detegatur, omnia judicia sunt « rejicienda », non secus ac si essent falsa, i. e. inepta ad scientiam fundandam, de quibus vel levissimum dubium moveri potest ; — *c*) Si quid reperiatur, de quo ne fingi quidem possit ratio dubitandi, illud manebit punctum immobile ; — *d*) Tanta est Cartesii fiducia in felicem exitum suae inquisitionis, ut non timeat rejectionem certitudinum ad extremos usque limites protrahere ; — *e*) Attamen, quod sedulo notandum est, extra dubitationem suam consulto relinquit veritates morales, religiosas et revelatas, quia existimat nemini licere harum veritatum fundamenta scrutari absque peculiari Dei gratia.

2° *In statu executionis.* — Omissis veritatibus moralibus et revelatis quibus opus habet ut vitae suae morali provideat, Cartesius caeteras veritates examini subjicit, et inquirit utrum adsint rationes de eis quoquo modo dubitandi easque a scientia removendi.

a. Dubium *non attingit notiones ipsas*, sed sola judicia

---

(1) On reconnaît là l'esprit géométrique de Descartes, qui est une des caractéristiques de sa philosophie. « Conduire par ordre ses pensées en commençant par les objets les plus simples », « chercher les premières causes et les vrais principes dont on puisse déduire les raisons de tout ce qu'on est capable de savoir », ce sont des phrases que l'on retrouve à chaque instant sous la plume de Descartes.

(2) Voir des exemples de *certain* et de *probable* mis sur la même ligne, avant et pendant l'époque de Descartes, dans P. Rousselot, *L'Intellectualisme de saint Thomas*, pp. 169-172 *sq*, 176 *sq*, 179, Conclusion.

seu syntheses notionum. Judicia vero alia sunt ordinis realis, quibus asseritur existere extra mentem res conformes actui mentali ; alia sunt ordinis idealis quibus asseruntur nexus inter notiones, vg. anguli in triangulo aequales sunt duobus rectis ; $2 + 3 = 5$.

b. Jamvero *judicia ordinis realis* rejicit Cartesius ob errores sensuum, defectum discriminis inter somnum et vigiliam, tandem propter inductam hypothesim mali genii a quo fortasse decipimur.

c. Judicia ordinis idealis rejicit etiam Cartesius, quia in hoc quoque ordine nonnumquam committuntur errores, et propter malum genium qui, in hoc ipso ordine, nobis fucum facere potest.

d. Hinc, omnibus rationibus dubitandi rite perpensis, Cartesius ad hanc conclusionem devenit : nihil prorsus esse de quo non possit, ob rationes validissimas, dubitari (1).

III. « **Cogito ergo sum.** » — In fine suae inquisitionis, nihil Cartesio certum est nisi ipsum suum dubium conscie apprehensum : « Cogito me dubitare ; cogito, ergo sum. » Hoc judicium quibuslibet objectionibus aut fictionibus resistit ; nec malus genius, nec ipse Deus efficere possunt ut non sim dum cogito (2). Objicienti : « Mihi videor me cogi-

(1) « Auxquelles raisons je n'ai certes rien à répondre ; mais enfin je suis contraint d'avouer qu'il n'y a rien de tout ce que je croyais autrefois être véritable dont je ne puisse *en quelque façon* douter, et cela non point par inconsidération et légèreté, mais par des raisons très fortes et mûrement réfléchies : de sorte que désormais je ne dois pas moins soigneusement m'empêcher d'y donner créance qu'à ce qui serait manifestement faux, si je veux trouver quelque chose de certain et d'assuré dans les sciences. » (*Méd. I^e.*)

(2) « Je me suis résolu de feindre que toutes les choses, qui m'étaient jamais entrées dans l'esprit, n'étaient non plus vraies que les illusions de mes songes. Mais, aussitôt après, je pris garde que, pendant que je voulais ainsi penser que tout était faux, il fallait nécessairement que moi, qui le pensais, fûsse quelque chose ; et remarquant que cette vérité : « je pense donc je suis » était si ferme et si assurée que toutes les plus extravagantes suppositions des sceptiques n'étaient capables de l'ébranler, je jugeai que je pouvais

tare, ergo mihi videor me esse, sed fortasse fallor », respondet Cartesius, sicut S. Augustinus [1] olim responderat : « si fallor, sum ». Cf. *Discours*, 4e p.

Nota. De *Cogito ergo sum* plura sunt animadvertenda :

1. Vox *cogitatio*, ad mentem Cartesii, non tantum actus intellectuales, sed et reliquas subjecti affectiones *conscias* designat : « Sed quid igitur sum ? res cogitans : quid est hoc ? — nempe dubitans, intelligens, affirmans, negans, volens, nolens, imaginans quoque et sentiens. » *Med.* 2 ; cf. *Med.* 3.

2. Particula *ergo*, secundum Cartesium, *a*) non significat syllogismum (i. e. enthymema) ; sc. « cogito, *ergo* sum » non est conclusio ratiocinii in quo major esset : *quidquid cogitat existit* — contra Rabier, *op. cit.*, p. 101 sq. ; — nec *b*) illationem analysi obtentam, sc. existentia propria non est unum ex elementis in quae dividatur factum cogitandi ; — nec *c*) synthesim duorum factorum disjunctive et successive apprehensorum : nam existentia separari nequit a cogitatione conscia. Hinc *d*) *cogito ergo sum* est unica propositio quae, ob infirmitatem sermonis, duplici verbo exprimitur, vel est duplex expressio ejusdem facti simplici intuitu apprehensi : nempe, nulla est conscientia absque existentia τοῦ Ego, neque existentia τοῦ Ego sine conscientia. Cf. *Discours*, 4e p., et *Resp. ad obj.* 2as.

---

la recevoir sans scrupule *pour le premier principe de la philosophie que je cherchais.* » *Discours*, 4e p. — S. Thomas avait déjà fait la même remarque : « Nullus potest cogitare se non esse cum assensu : in hoc enim quod cogitat percipit se esse ». *de Ver.*, q. 10, a. 12.

(1) *De civ. Dei*, l. 11, c. 26. M. XLI, 340. Sic arguit Academicos objicientes : « Quid si falleris ! — Si enim fallor, sum. Nam qui non est utique nec falli potest ; ac per hoc sum si fallor. » Alibi haec habet S. Aug. : « Intima scientia est qua nos vivere scimus, ubi ne illud quidem Academicus dicere potest : Fortasse dormis et nescis, et in somnis vides... Sed qui certus est de vitae suae scientia, non in ea dicit : Scio me vigilare ; sed : Scio me vivere : sive ergo dormiat, sive vigilet, vivit. Nec in ea scientia per somnia falli potest, quia et dormire et in somnis videre viventis est. Nec illud potest Academicus adversus istam scientiam dicere : Furis fortassis et nescis, quia sanorum visis simillima sunt etiam visa furentium ; sed qui furit, vivit : nec contra Academicos dicit : Scio me non furere, sed Scio me vivere. Numquam ergo falli nec mentiri potest, qui se vivere dixerit scire. » *De Trinit.*, l. 15, n. 21 ; cf. *De libero arbitrio*, l. 2, c. 3 ; *Soliloquia* II, 1. — De affinitate Cartesii cum S. Augustino legi possunt : Kleutgen, *Phil. Ancienne*, Diss. III, art. 3 ; — Cf. Paul Viallet, *Je pense, donc je suis*, Introduction à la méthode cartésienne (Alcan 1897), p. 120 sqq.

IV. **Criterium veritatis.** — Cartesius analysi inquirens quodnam sit motivum certitudinis indefectibilis judicii *Cogito ergo sum*, et simul veritatis ejusdem criterium, illud reperit *unice* in clara et distincta perceptione rei quae judicio exprimitur, sc. hic, perfectae identitatis τοῦ Ego cogitantis cum ipsius existentia. Aliis verbis : judicium *Cogito ergo sum*, ob eam unice rationem est inconcussum, quia est evidens ; non igitur quia τὸ Ego attingitur, sed quia id quòd attingitur cum omnimoda evidentia attingitur.

Propterea *criterium veritatis in genere Cartesius reponendum esse statuit in clara et distincta rei perceptione* (1). Nempe quidquid clare et distincte percipitur, illud est objective certum (sive pertineat ad ordinem idealem sive ad realem). Scientiae est propositiones ex principiis evidentibus deducere, vel cum illis evidenti nexu connectere, uti fit vg. in mathematicis.

V. **Recuperatio certitudinum vel constructio scientiae.** — Ex τῷ Ego profectus et ope criterii evidentiae, (1) ascendit Cartesius ad Deum veracem, (2) exinde descendit ad mundum externum, (3) alia quaedam pro objectivis declarat.

I° *Deus existit et est summe verax.*

A. *Deus existit.* — Id triplici via constat : *a*) *ex idea clara et distincta entis perfectissimi*, in cujus essentia includitur existentia actualis et non possibilis tantum (= argumentum ontologicum). Hoc argumentum positum est tertio loco in Tractatu *de Methodo* et in *Meditationibus*, et primo loco in *Principiis Philosophiae*. Hinc Deus realiter existens innotescit absque ratiocinio in ipsa ejus notione nobis innata. Cf. *Discours*, 4e p. ; *Med. 3* ; *Princ.*, 14.

(1) « Et ayant remarqué qu'il n'y a rien du tout en ceci : *je pense donc je suis*, qui m'assure que je dis la vérité, sinon que je vois très clairement que pour penser il faut être, je jugeai que je pouvais prendre pour règle générale que les choses que nous concevons fort clairement et fort distinctement sont toutes vraies, mais qu'il y a seulement quelque difficulté à bien remarquer quelles sont celles que nous concevons distinctement. » *Discours*, 4e p.

b) *Ex eo quod idea entis perfecti non proveniat a me, nec ab ulla re finita.* Etenim id quod idea repraesentatur suum archetypum habet in aliquo ente reali ; et proinde, ubi repraesentatur ens perfectum, archetypus (et simul causa ideae) est ens perfectum, sc. Deus. Implicite enim excluditur quoque malus genius. Cf. *Discours*, ib. ; *Princ.*, 18.

c) *Ex eo quod idea entis perfecti ostendit me a meipso non existere.* Nam si existentiam mihimetipsi dedissem, dedissem utique simul cum existentia omnes perfectiones quas non habeo et quas mente concipio. — Praeterea, cum non existam totus simul, requiritur explicatio existentiae meae singulis momentis continuatae, sc. Deus qui me perseveranter creet. Cf. *Discours*, ib. ; *Méd. 3* ; *Princ.*, 20-21.

B. *Deus est summe verax.* — Deus est omniperfectus : nam omnes perfectiones continentur in notione Dei ; et proinde, quoniam veracitas est perfectio, Deus est summe verax, ita quidem ut repugnet nos ab eo decipi.

Nota : De vi et sensu argumentorum Cartesii ad Deum demonstrandum, non una est auctorum sententia. Alii censent ea esse seorsim accipienda, alii contra putant 2m et 3m esse defensionem primi, quibus scilicet respondeatur objicienti : « Fortasse idea entis perfectissimi est creatio subjectiva. »

II° *Existunt res externae.* — Hoc ostendit Cartesius in triplici principio nitens : *a*) res sunt possibiles, ut constat ex ipsa earum notione clara atque distincta — *b*) in nobis impulsum aliquem quandoque experimur ad eas pro realibus tenendas — *c*) Deus, utpote summe verax et auctor facultatum mearum cum suis impulsibus, nequit me in errorem inducere.

Hucusque habemus igitur tria : τὸ *Ego*, *Deum*, *mundum externum.*

III° *Defensio memoriae, judiciorum ordinis idealis*, etc. — Veracitas Dei est etiam in causa cur liceat fidere memoriae in ratiociniis praesertim longioribus, et generatim ideis claris in omnibus casibus de quibus nondum fuit sermo. Hac ratione justificantur principia et judicia ordinis idealis (quae secundum Cartesium a libera Dei voluntate pendent !)

et excluditur influxus perversus mali genii. Cf. A. Fouillée, *op. cit.*, p. 129 sq ; — L. Liard, *op. cit.*, p. 173 sq.

IIa PARS : Examen criticum Methodi.

Inter vitia methodi cartesianae *quatuor* sunt reprehendenda :

Primum vitium : ***Methodus deficit universalitate.*** — Dolendum est quod Cartesius inquisitionem suam criticam non extenderit ad judicia de rebus moralibus, religiosis et revelatis. Inde plura mala exorta sunt quae secus vitari poterant. Nam ex eo quod ejusmodi judicia de facto injustificata relinquuntur, duplex conclusio sponte sese offerebat :

a) Haec judicia *nullo modo* justificata sunt, sc. sunt extra ordinem rerum quae justificantur et justificari possunt. Ergo habenda sunt tanquam « quantitas negligenda », vel ad res « cordis » remittenda. Hanc conclusionem deductam esse historice notum est. Propterea mirum non est quod multi asserant a Cartesio viam apertam esse dualismo Kantiano, seu distinctioni inter rationem puram et rationem practicam (1).

(1) Que Descartes ait émancipé la science, c'est ce qui se lit couramment dans les livres. Le jour où il écrivit : « Il faut chercher sur l'objet de notre étude, non pas ce qu'en ont pensé les autres, ni ce que nous soupçonnons nous-mêmes, mais ce que nous pouvons voir clairement et avec évidence ou déduire d'une manière certaine. *C'est le seul moyen d'arriver à la science* » (*Règles pour la direction de l'esprit, III*), ce jour-là, dit-on, il enfanta la philosophie moderne. « Lorsque Descartes, dit J. Simon, se résout à douter de toutes ses idées jusqu'à ce qu'il les ait rapportées à leur source, et de toute ses facultés jusqu'à ce qu'il ait éprouvé qu'il existe des raisons invincibles d'y ajouter foi, *il couronne la ruine de l'ancienne philosophie ;* et lorsqu'après avoir tout ébranlé, il s'arrête devant l'autorité de la conscience, et déclare qu'il s'y soumet par nécessité, qu'il ne peut plus feindre que cette faculté le trompe, qu'elle échappe à tous les motifs de scepticisme que l'histoire et l'imagination lui peuvent fournir, *alors il établit le fondement de la spéculation moderne. Je pense donc je suis* : dans ce principe, qui résiste seul au doute méthodique,

b) Haec judicia non justificantur *criterio cartesiano*, seu evidentia interna — quod verum est — et ideo non sunt scientifica, i. e. non pertinent ad scientiam. Quare ulte-

---

Descartes place tout ensemble la proscription de toute autorité étrangère, et un acte de foi à l'autorité de la raison. » *Œuvres de Descartes*, éd. Charpentier, 1841, *Introduction*, p. II sqq. — A propos de ces assertions, dissipons quelques ambiguités, qui sont chez nous, depuis cent ans, une source perpétuelle de divisions.

I. *Descartes sépare la science de la foi.* Veut-on dire qu'il les distingue et attribue à chacune un domaine à part ? Mais c'est ce qu'avaient fait avant lui tous les Pères et tous les scolastiques. Saint Thomas eût signé la *troisième Règle pour la direction de l'esprit*. Le vrai, en matière de science, est ce qui se voit. L'autorité, comme telle, ne faisant pas voir, est non avenue. « Quod intelligimus debemus rationi, quod credimus auctoritati » S. Aug., *de utilit. credendi*, n. 25. — Veut-on dire que ce qui est exclu de la science tombe, par le fait, dans l'incertain ? C'est à n'en pas douter la pensée des rationalistes et des positivistes ; mais, à coup sûr, ce n'est point celle de Descartes. — Veut-on dire que la science doit poursuivre sa tâche sans ce soucier de la foi ? Ce serait admissible, si la science n'obéissait qu'à l'évidence (car *verum vero non opponitur*) ; mais, comme elle est faillible, elle fera sagement de contrôler ses résultats sur le donné révélé.

II. *Descartes inaugure le règne de la raison.* Veut-on dire que, jusqu'à lui, la raison ne s'exerçait pas ? Mais à qui le fera-t-on croire ! — Veut-on dire que la raison *ne s'exerçait pas assez*, qu'en trop de choses, pour avoir la vérité, l'on s'adressait aux *autorités*, qu'à ce régime l'esprit s'endormait dans la paresse et que, finalement, la vérité pâtissait ? — Rien n'est plus exact ; et je crois que l'appel à la raison lancé par Descartes a changé quelque chose dans le monde ; et je crois enfin que ce changement est pour le mieux. *Ratio res Dei*, disait Tertullien : la raison étant chose divine, il n'est pas bon qu'on la laisse s'éteindre. Mais veut-on dire qu'il n'y a de vrai que ce que la raison voit, encore une fois, c'est là la libre-pensée, ce n'est pas Descartes.

III. *Descartes met la raison avant la foi.* Veut-on dire que lorsqu'on a l'évidence ou la vision naturelle d'une vérité (science) il faut tenir pour fausse la proposition attestée que la contredirait ? Mais on savait cela avant Descartes, et lui-même ne s'est point, que je sache, flatté de le découvrir. — Veut-on dire encore qu'avant d'admettre comme vraie une proposition attestée, il faut préalablement avoir vu — par la raison — que cette proposition est attestée et qu'elle est croyable ? Mais les apôtres déjà le disaient, et saint Thomas l'a

rius progrediendum erat, et inquirendum utrum quidquid evidentia interna non justificatur sit eo ipso *simpliciter* injustificatum coram ratione et injustificabile, an aliam eamque validam justificationem accipere possit. Hinc methodus Cartesii est manca, et ex hac parte periculosa. « Quod a dubio exceperit res fidei et morum, indicat bonam ejus naturam, sed non sapientem philosophum (1). »

Nota. Saepe scriptum legimus « Christianismum » Cartesii in causa fuisse cur extra omnem investigationem reliquerit veritates ad religionem spectantes. Sed primo, hanc fuisse causam cur ita egerit, ipse Cartesius non dicit, ubi de ea re loquitur in *Discours 1e et 3e p.* ; *Rép. aux cinquièmes objections*. Deinde vero falsum est per religionem catholicam non licitum esse cuique rationes suae confessionis inquirere. Ut rationabile sit obsequium fidei, rationi solvenda est quaestio utrum « articulus » qui credendus imponitur fuerit certo revelatus et quis sit sensus ejus. Hinc Ecclesia catholica non prohibet examen criticum suae doctrinae ; imo ad illud appellat, vultque suos, quantum fieri potest, dicere : « Catholicus sum quia criticus » (2). Non est igitur invehendum contra mentem criticam (*l'esprit critique*) ; mens enim critica per se ad veritatem, defectus vero mentis criticae per se ad errorem ducit. Quare homini dubitanti non est dicendum : « Claude oculos » ; sed : « aperi oculos, aperi, aperi magis ! » Nemo scilicet errat nisi caecutiens.

Secundum vitium : *Methodus deficit claritate.* — Qui solutionem proponit problematis critici, oportet ab eo

---

répété : *Non crederem nisi credendum esse viderem.* — Veut-on dire qu'il convient de faire bon marché de la foi ? qu'elle crée une mentalité inférieure dont il faut que l'humanité se libère ? Assurément, c'est là une théorie possible, qui n'est ni évidente, ni prouvée, mais qui, surtout, n'est pas de Descartes.

Pour que ces observations ne sortent pas du plan de la critériologie, je note qu'elles n'ont, au moment où nous sommes, qu'une valeur provisoire, que la suite devra justifier.

(1) G. M. Petazzi, S. J., *Lectiones philosophiae scholasticae* (Venetiis, 1908), *Logica*, t. II, p. 431, *nota* 2. — On ne veut pas dire que Descartes n'ait pas examiné ces questions pour son compte ; mais uniquement qu'elles ne tiennent pas dans sa *Méthode* la place qu'il faudrait. Voir L. Laberthonnière, *Ann. de phil. chrét.*, juillet 1911.

(2) *Critique et Catholique* est le titre d'un ouvrage, à la fois très fier et très solide, du P. E. Hugueny, O. P. (Letouzey et Ané 1910), t. I, Apologétique.

nihil in ambiguo relinqui. Jamvero, in methodo cartesiana, plura (vg. dubium, sensus et valor criterii evidentiae, sensus et valor argumentorum pro existentia Dei, etc.) ita inclara sunt ut de eis perpetuae existant controversiae.

1° *De dubio Cartesii.* — Controvertitur utrum hujusmodi dubium fuerit reale an fictum, positivum an negativum. Rationes quas inducit Cartesius, sive ex ordine historico (errores, contradictiones, etc.), sive ex ordine possibilium (hypothesis mali genii), et quas dicit insolubiles, suadent dubium ejus positivum fuisse. Idemque suadet explicita exclusio veritatum moralium et revelatarum. Nihilominus explicationes quas alibi affert innuunt negativum potius fuisse dubium. Recolatur vg. comparatio pomorum de quibus quaeritur num corrupta sint necne (1).

Quod ad quaestionem hanc attinet, haec dicenda videntur :

a) *Dubium Cartesii fuit negativum* : 1) De facto rejecit singulas certitudines quas hactenus in mente gessit, eo quod alicui objectioni obnoxiae sint, atque ideo pro inconcusso fundamento scientiae adhiberi nequeant. 2) Harum vero objectionum minimus est valor, proptereaque Cartesius dubium suum vocat « hyperbolicum » ; attamen, hoc omisso, statim accedit ad factum conscientiae : « Dubito — *positive* an *negative*, non dicitur — i. e. cogito ergo sum ». 3) In nullo momento suae methodi timuit Cartesius ne facultas sua inepta esset ad cognoscendum ; imo maxima semper fuit fiducia ejus in valorem rationis. 4) Caeterum, etiamsi

(1) « Je me servirai d'un exemple fort familier pour lui (P. Bourdin) faire entendre la conduite de mon procédé, afin qu'il ne l'ignore plus, ou qu'il n'ose plus feindre qu'il ne l'entend pas. Si par hasard il avait une corbeille pleine de pommes, et qu'il appréhendât que quelques-unes ne fûssent pourries et qu'il voulût les ôter, de peur qu'elles ne corrompissent le reste, comment s'y prendrait-il pour le faire ? Ne commencerait-il pas tout d'abord à vider sa corbeille, et, après cela, regardant toutes ces pommes les unes après les autres, ne choisirait-il pas celles-là seules qu'il verrait n'être point gâtées, et, laissant là les autres, ne les remettrait-il pas dans son panier ? » *Rép. aux 7es obj.* (du P. Bourdin).

dubium fuisset positivum, i. e. ob rationes in hoc stadio suae methodi insolubiles, ulteriori sua inquisitione eas rationes solvit Cartesius vel se solvere existimat. Qua solutione dubium positivum initio admissum comperitur fundamento caruisse.

b) Nihilominus mentem suam Cartesius non tali claritate aperuit qua praecludatur omnis controversia.

c) Tandem necessarius non est apparatus qua utitur ad dubitationem suam universalem introducendam.

2° *De criterio veritatis.* — Controvertitur utrum evidentia Cartesiana sit *subjectiva :* « Id quod est mihi clarum, est mihi verum », an *objectiva :* « Id quod est mihi clarum, est verum simpliciter et absolute. » Evidentiam subjectivam multi intelligunt, inter quos LAMENNAIS, COUSIN, FOUILLÉE, neo-scholastici plurimi; evidentiam objectivam multi quoque interpretantur, inter quos Cl^is^ MERCIER. Qua de re haec videntur dicenda :

a) *Evidentia est objectiva* — et proinde non admittit Cartesius posse propositiones contradictorias esse simul veras pro diversis mentibus (1).

b) Attamen defectus claritatis in ea re aliquatenus excusat eos qui evidentiam subjectivam intellexerunt : difficile enim aliae sententiae cum aliis conciliantur (2).

---

(1) « Toutes les fois que deux hommes sont d'un avis contraire sur la même chose, à coup sûr l'un ou l'autre se trompe ; bien plus, aucun ne semble posséder la vérité, car si les raisons de l'un étaient certaines et évidentes, il pourrait les exposer à l'autre, de telle manière qu'il finirait par le convaincre également. » *Règles pour la direction de l'esprit,* II^e^ règle.

(2) On lit, par exemple (*Ep.* 6) : « Nequidem dicere ausim Deum facere non posse, ut unum et duo non sint tria ; sed tantum dico, illum mihi talem mentem indidisse, ut a me concipi non possit aggregatum ex uno et duobus, quod non sit tria ; atque talia implicare contradictionem *in meo conceptu.* » En réalité, Descartes affirme que la vérité est ce que Dieu la veut. Dieu ayant voulu que $2+1=3$, il est vrai que $2+1=3$; et Dieu ayant voulu cela, il m'a donné un esprit pour lequel $2+1=4$ est impensable. Mais cela n'empêcherait point que, relativement à moi, l'évidence ne soit objective.

3° *De valore criterii cartesiani.* — Controvertitur utrum illud valeat per se, an ulteriori justificatione indigeat. Multi Cartesium accusant quod circulum vitiosum commiserit, vg. Cⁿⁱˢ Mercier et neo-scholastici fere omnes. Namque probat Deum existere ope evidentiae, et vicissim evidentiam valere confirmat ex existentia Dei ut summe veracis. Dici utique potest :

a) Cartesius non appellat ad veracitatem Dei ut confirmet eam evidentiam (sc. factum conscientiae immediatum) qua usus est ad probandum Deum ; sed ut justificet certitudines de mundo externo, judicia in quibus opus est memoria, et principia ordinis idealis.

b) Attamen, etiam hoc concesso, deest in hac parte claritas (1). Imo difficile est definire quid intellexerit Cartesius sub voce « evidentia » (2).

4° *De argumentis pro existentia Dei.* — Controvertitur, ut dictum est in Iª p., quis sit sensus horum argumentorum ; quae sane quaestio momentum habet ut possit vis ipsa argumentationis dijudicari.

Tertium vitium : *Methodus Cartesii deficit in suo scopo assequendo.* — Nimirum neque Deum neque mundum externum probat cum certitudine Cartesius. Profecto ex facto conscientiae *cogito ergo sum* nihil reale, a τῷ Ego

---

(1) « Car sans la connaissance de ces deux vérités, qu'il y a un Dieu et qu'il ne peut être trompeur, je ne vois pas que je puisse jamais être certain *d'aucune chose.* » *Méd.* 3. *n.* 54.

(2) Si le critère de Descarte était vraiment ce que nous nommons l'*évidence*, est-il concevable que prétendant appliquer strictement ce critère, il ait erré dès ses premières démarches mentales ? L'évidence, selon les scolastiques, est l'apparition d'un lien tel, entre le sujet et l'attribut d'un jugement, que nier ce lien équivaudrait à nier le principe d'identité, c'est-à-dire à nier que 1 = 1. Ce sens admis, est-il évident que l'*être, dont le concept inclut l'essence et l'existence actuelle identifiées, existe indépendamment de la notion par lequel il est conçu ?* Est-il évident que le *moi, c'est l'âme toute seule ?* Est-il évident que le *moi*, ce n'est pas ce qui mange, boit, marche, dort, veut, pense, etc. ; mais uniquement ce qui *a conscience* de manger, boire... etc. ?

diversum, directe potest erui, sive sit Deus, sive sit mundus a Deo distinctus. Argumentum scilicet ontologicum admitti nequit, ut in Theodicea declarabitur. Ut ex subjecto cogitante adscendi possit ad Deum, necesse est omnino adhibeatur principium rationis sufficientis vel causalitatis, cujus valor a Cartesio nondum ostensus est. Hinc corruit unum ex fundamentis quibus opus habet Cartesius ad certitudines suas recuperandas ; ita quidem ut subjectum cogitans maneat intra se clausum (1). Sic intelligitur quid sibi velint auctores, ubi dicunt a Cartesio apertam fuisse viam scepticismo, subjectivismo, idealismo, etc. (2).

Quartum vitium : *Methodus cartesiana deficit in judiciis ordinis idealis justificandis.* — Judicia ordinis idealis maximi sunt momenti in scientia humana construenda.

---

(1) Cf. MONTAGNE. *Revue Thomiste*, août 1910, p. 432.

(2) Leguntur apud P. SCHIFFINI (*Princ. Phil.* [1], *p.* 395 *sq.*) haec verba quae, curiositatis gratia, citare juvat : « Quare jure merito plures notarunt periculum idealismi quod hac methodo creatur. Apposite de LEHEN : « Nam, exclusa semel, tanquam inani, sensus communis persuasione de objectiva realitate mundi, et posito quod talis realitas demonstratione indigeat ; cum demonstrationes a Cartesio allatae, vel propter circulum vitiosum quem involvunt, vel aliis de causis, pluribus non satisfacerent, philosophi novas certatim excogitaverunt, haud meliori successu. Unde vitio demonstrationum in rem demonstrandam resiliente, illi qui rationi magis quam sensibus adhaerere gloriabantur, rem ipsam in dubium reale verterunt. Hinc praestantissimus Cartesii discipulus Malebranche corporum existentiam nonnisi per revelationem et per fidem admisit. Berkeley ipsam prorsus negavit. Tandem Kantius et post ipsum plerique Germani philosophi omnem realitatem objectivam negarunt, eo quod Cartesii vestigia prementes, illa voluerint ratiocinatione fundamenta scrutari, quae simpliciter erant ex sensu communi admittenda. Hinc natum est illud *problema logicum*, de certitudine et realitate objectiva, in quo solvendo hujus saeculi philosophi incassum desudant, quin ullus possit ceteris satisfacere : sed contra, ut singulos legenti patet, unusquisque praecedenti exprobat, ipsum novas scepticismo addidisse vires, certitudinem inepte demonstrando. » *Logica*, n. 567. — Qui expositionem nostram attente legit, is statim intelliget methodum nostram toto coelo distare ab ea quae in superioribus lineis serpit.

Quod ex eo jam elucet quod, omissis judiciis ordinis idealis (rationis sufficientis, causalitatis, etc.), subjectum cogitans nequeat extra conscientiae suae fines egredi. Propterea necesse omnino erat eadem diligenti cura et *ex professo* exponere eorumque objectivitatem ostendere. Quod sane non satis apparet in methodo cartesiana : ideoque ex hac parte manca est et compleri debet.

Scholia

I. ***De emendationibus methodo cartesianae afferendis.***

1° Haec dicenda videntur :

a) Rationes (contradictiones, errores, etc.) ne afferantur tanquam motiva « rejiciendi » omnes certitudines, sed tanquam motiva quae ostendant necessitatem problema criticum scientifice instituendi ;

b) In problemate solvendo, poni potest ut «saxum» inconcussum ipsa realitas subjecti cogitantis ; sic enim habetur factum (primum ens) quod nemo scepticus denegare poterit ;

c) Realitas subjecti cogitantis ideo negari nequit quia est immediate evidens. Inde eruitur criterium evidentiae ;

d) Ut egressus fiat ad res externas, prius justificanda sunt principia ordinis idealis quae immediate oriuntur a notione entis, sc. τοῦ Ego realiter existentis ;

e) Objectivitas principiorum et veritatum ordinis idealis non pendet logice a veracitate divina, sed vice versa.

2° Quaeri potest utrum methodus cartesiana hoc modo emendata maneat *Cartesiana* an sit essentialiter mutata. Hujus quaestionis solutionem iis relinquimus qui Criticae philosophicae student. Pauca hic sufficiant : 1. Essentiale est *methodo* cuivis ut sit *via* quaedam ; 2. Essentiale est viae cartesianae ut haec stadia percurrat : *Ego*, *Deus*, *mundus* ; 3. Haec stadia, adductis emendationibus propositis, servarentur in eodem ordine ; 4. Si quis existimet vitia in thesi reprehensa methodo cartesianae essentialia esse, profecto is dicere debet methodum emendatam non jam esse cartesianam.

II. *De relationibus Cartesianismi cum orthodoxia.* — Opera Cartesii in *Indice* posita sunt (20 nov. 1663) « donec corrigantur ». Attamen rationes condemnationis potius ex parte metaphysica systematis desumptae sunt quam ex parte criteriologica. Methodum cartesianam non esse fidei oppositam ostendit P. J. L. Rozaven, S. J., contra Lamennais et Gerbet in opere : *Examen d'un ouvrage intitulé : Des doctrines philosophiques sur la certitude* (2ª éd. Avignon 1833) ch. III et VIII.

Difficultates

Thesis, sicuti jacet, duplici modo impugnari potest : vel ostendendo expositionem methodi cartesianae vitiosam esse, i. e. Cartesio talia tribui quae non docuit ; vel defendendo omnes, aut aliquas saltem, positiones Cartesii, et proinde repellendo quae notae sunt contra eum impugnationes.

Sommaire — 1. *Descartes commence par douter de tout ce qui n'est pas absolument certain, de toutes les certitudes qu'il possède, et dont les unes lui viennent de l'autorité des hommes, d'autres des sens, d'autres du raisonnement, éprouve le besoin d'introduire de l'ordre dans ce chaos.* 2. *Non seulement il est résolu à n'admettre rien que d'assuré, mais il cherche un principe premier sur lequel, comme sur un roc inébranlable, reposent toutes ses certitudes.* 3. *Ce principe doit être à l'abri de tout soupçon. Descartes « rejette », en conséquence, comme vraisemblables et douteuses, non moins que les fausses, les certitudes d'ordre réel, pour celles d'ordre idéal, parce que les unes et les autres peuvent être suspectées. Si bien que, finalement, il doute de tout.* 4. *Mais cela, du moins, est certain qu'il doute, et qu'il a conscience de douter. Cogito ergo sum, se dit-il. Cela est inébranlable, c'est le roc solide* ». 5. *D'où vient que le Cogito est*

---

(1) « La première moitié [de la quatrième partie] du *Discours de la Méthode*. Je pensais donc je suis peut être considéré, à juste titre, comme une sorte de commentaire. Lorsque Descartes, après avoir terminé la métaphysique à la fin de la seconde partie du *Discours*, traite les questions touchant l'expérience à la physique, les principes d'où tout doit se déduire, à la manière des mathématiques de la géométrie ou de l'algèbre. Or après avoir rejeté la tradition, les autorités, les sens, il ne lui restait plus, dans certains cas, [que] à faire appel à la raison à la plus immédiate et la plus simple de la connaissance ; et il s'arrêta à cette idée que la pensée

solide ? De l'évidence. « Je voyais manifestement que pour penser, il faut être », c'est-à-dire qu'en pensant, j'étais et ne pouvais pas ne pas être. De là la loi critériologique : *tout ce qui se présente avec un caractère d'évidence cogente, cela est, et cela ne peut pas ne pas être.* 6. *Moi étant et pensant, je me découvre en possession de l'idée de l'être infini : idée claire et distincte (trois arguments) ; donc l'Être infini existe. C'est Dieu.* 7. *Dieu est infini en perfection — donc en puissance, en bonté, en sagesse, en* loyauté, *et par conséquent, il ne peut pas vouloir me tromper.* 8. *Il ne peut donc pas vouloir que, lorsque j'ai l'idée claire d'une chose et que je suis porté à l'affirmer existante hors de moi, cette chose ne soit pas hors de moi telle que j'ai l'idée qu'elle est.* 9. *Ainsi se trouvent recouvrées, et mises à leur place, les certitudes des sens et de l'intelligence, écartées au début comme incapables d'entrer dans la base de l'édifice.* 10. *En continuant avec la même méthode, l'on pourra se flatter d'accroître peu à peu le savoir humain et de l'enrichir de toutes les vérités utiles à la vie.*

La méthode cartésienne est incomplète : elle ne nous offre aucun moyen de vérifier les certitudes de foi ; elle laisse dans l'ombre les jugements d'ordre idéal, sans lesquels il n'y a pas de science ; elle contient, en des points essentiels, des obscurités regrettables; finalement elle se donne des résultats qu'elle n'a pas honnêtement acquis. Toutefois, il ne paraît pas impossible d'amender cette méthode de façon à la rendre acceptable, tout en gardant la triple étape : moi, Dieu, le monde.

ART. III

De Psychologismo.

Sceptici de solutione problematis critici desperant : propterea, sive agatur de synthesi inter terminos judicii

---

répondre à son but : « Je pense, donc je suis... » Que cette idée soit vraie ou fausse, qu'elle revête la forme du doute ou celle de la certitude, peu importe : la conscience vivante se saisit elle-même dans son acte, et cela est immédiat, partant incontestable. On se figure aisément l'enthousiasme qui envahit alors l'âme de l'heureux inventeur. Il a donné à la certitude philosophique une base nouvelle, inconnue de ses prédécesseurs, supérieure à toutes celles que l'on avait trouvées avant lui. Il rattachera à ce point d'appui d'une solidité éprouvée la chaîne entière des vérités anciennement connues, conservées ou renouvelées par sa propre philosophie, et il réalisera enfin ce rêve grandiose, qui hante constamment sa pensée, d'une science unique, compréhensive de toutes les sciences, aussi certaine que la géométrie et comme elle entièrement déductive ! » J. Bulliot, *art. cité*, p. 25.

certi, sive agatur de realitate terminorum, assensum docent esse cohibendum. *Cartesius*, e contra, solutionem dogmaticam simul et objectivam reperit : nimirum, judicium est certo objectivum quando synthesis terminorum affirmatur et eorumdem realitas asseritur sub lumine evidentiae rationalis (= *rationalismus*). In filiatione sua habuit CARTESIUS philosophos Arn. GEULINCX, N. MALEBRANCHE, G. LEIBNIZ, Chr. WOLFF, etc. Veniunt alii, quorum solutio *dogmatica* quidem est — nam positive docent —; sed simul *subjectiva* — quia syntheses judiciales ex legibus subjectivis pendere profitentur. Liceat hos philosophos, commoditatis gratia, « *Psychologistas* » appellare. Antequam thesis contra eos statuatur, nonnulla sunt praemittenda.

Auctores

De re nostra tractant : Cⁿˡˢ MERCIER, *Crit. gén.*, pp. 281-302 ; cf. *Rev. néo-scol.*, 1899, pp. 12-29 ; — Cl. PIAT, *La Vie de l'Intelligence*, *Rev. néo-scol.*, 1910. pp. 165-180 ; 336-352 ; — L. NOËL, *Les frontières de la logique*, *Ibid.*, 1910, pp. 211-233 ; — R. EISLER, *Wörterbuch der philosophischen Begriffe* [3], sub voce *Erkenntnis*, *Logik*, *Psychologismus*, etc. ; — Paul CHARLES, *Rev. de Philosophie*, 1ᵉʳ févr. 1910, pp. 183-194 ; — F. de SARLO, *Lo Psicologismo nelle sue principali forme*, *La Cultura Filosofica*, avril 1911, pp. 144-174.

Notiones nominales

A. Psychologismus, *in genere*, est — 1. ea theoria secundum quam « anima cogitare potest absque ullo objecto reali, aut cum objecto a seipsa suppeditato » ; secundum quam « homo est simul intelligens et intellectum, sibique sufficiens pro vita sua intellectuali, sine ulla dependentia a qua-vis objectiva realitate (1). »

2. Philosophi huic theoriae addicti cognitiones humanas

(1) The theory that « the soul can think without any real object, or with an object furnished by itself..., that man is both intelligent and intelligible in himself, suffices for his own intelligence, without any dependence on any objective reality. » BROWNSON, *Works*, t. II, p. 482. Cf. J. DEWEY dans dictionnaire BALDWIN, au mot *Psychologism*, t. II, p. 382.

tantum ut conceptus subjectivos et phaenomena psychica considerari volunt, non autem ut repraesentationes objectivas. Ideoque criticam cognitionis ab ipsa psychologia non separant ; imo quaestiones philosophicas fere omnes, religiosas, morales, aestheticas sola methodo psychologica tractant et proinde ad psychologiam aliquatenus reducunt (1).

3. Tandem, in theoria ista, veritas nihil potest esse aliud quam cohaerentia cogitationis secum ipsa, vel universalitas alicujus persuasionis, vel utilitas ad vitam hominis fovendam, etc. (2) — Per se haec doctrina coïncidit cum *subjectivismo idealistico*. Sat recte vocaretur *subjectivismus psychologicus* (3).

B. Psychologismus, *in specie*, plures gradus et formas habet.

1. Pro aliis, syntheses non secus ac ipsi termini veniunt ab experientia (= *Empirismus*) ; termini inter se agglu-

(1) C'est pourquoi cette doctrine s'appelle aussi — mais avec moins d'exactitude — la *méthode psychologique*. Voici comment en parle M. Scheler : « Die Hauptthese, welche die psychologische Methode innerhalb der Philosophie aufstellt, kann man in dem Satze zusammenfassen : Alles, was uns als ein irgendwie Gegenständliches, Wirkliches gegeben ist... sind Bewusstseinstatsachen. Alle philosophische Betrachtung, nenne sie sich Erkenntnistheorie, Logik, Ethik, Aesthetik, Metaphysik kann keine andere Aufgabe haben, als bestimmte Tatsachenreihen des Bewusstseins zu constatieren, zu beschreiben, zu klassifizieren und ihre Genesis kausal zu erklären. » *Die transcendentale u. psychologische Methode*, 1900, p. 145.

(2) Cf. Donat, *Critica*, p. 30, ubi testimonia plura citantur.

(3) Par opposition avec l'*objectivisme psychologique*, qui met le critérium de l'objectivité à l'intérieur du moi, dans quelque chose d'extra-intellectuel (volontarisme, sentimentalisme, etc.). Voir Cal Mercier, *Crit. gén.*, éd. 1899, p. 137 sq ; éd. 1911, p. 157 sq. — Cette question de mots n'est pas sans importance. L'*objectivisme psychologique* admet un ordre objectif, dont la garantie se trouve hors de l'intelligence, « dans les inclinations naturelles de l'âme, sorte d'instinct qui pousse la raison à des adhésions dont le motif ne lui apparaît pas distinctement, mais qu'il faut maintenir à tout prix, si l'on ne veut pas déserter la cause de l'ordre moral menacé... » Mercier, éd. 1899, p. 138.

tinantur secundum leges associationis : similitudinis, contiguitatis, causae et effectus (= *Associationismus*) ; agglutinationes terminorum vel unusquisque pro se acquirit (J. Stuart Mill), vel per atavismum (Herbert Spencer).

2. Alii syntheses judiciales aliter ac solis legibus associationis explicant, sed modo valde indeterminato : sc. appellando vel ad mecanismum internum aut categorias mentales quibus cogitur mens modo caeco, vel ad passiones aut instinctum aut voluntatem, vel ad commodum proprium aut sociale, vel ad oeconomiam mentalem, etc. ; alii tandem apertum « ignoramus » confiteri malunt.

3. Pro omnibus, objectivitas est *illusio* (1) ; attamen, alii in hac conclusione non sistunt, sed, nova theoria mediante, rationes reperiunt cur hujusmodi *illusio* intellectualis servari practice debeat hominesque in agendo dirigere (*Voluntarismus*, *Dogmatismus moralis*, *Pragmatismus*, etc.). (2)

C. Psychologismo generatim opponitur doctrina quae negat leges *logicas* (et mathematicas) ad psychologicas reduci ; quae docet eas non relativas sed absolutas esse (i. e. valere *in se*, et ideo ubique et semper pro omni ente) ; proinde normas cogitandi et agendi independentes esse a singularium hominum experientia, i. e. existere leges

(1) « ... A les considérer du point de vue scientifique, ces croyances (religieuses et morales) se valent : ce sont autant d'illusions qui nous viennent uniquement de notre désir insatiable de vivre plus et mieux. Kant estimait encore que la liberté, la vie future et l'existence d'un juge souverain peuvent s'établir d'une certaine manière. Il conservait cette triade de vérités, en déclarant qu'elles constituaient les postulats de la loi morale. Les empiristes de notre temps sont plus radicaux, ou, du moins, ils doivent l'être, pour rester d'accord avec eux-mêmes. D'après leur théorie de la connaissance, toutes ces questions se posent ; mais il ne faut jamais oublier qu'elles sont radicalement insolubles, qu'elles le sont en droit.

Bref, il n'existe pas de vérités absolues ; il n'y a place que pour des hypothèses plus ou moins utiles. Le « pragmatisme » de William James et « l'humanisme » de Schiller étaient en germe dans l'empirisme, et dès l'abord ; ils n'en sont que le plein épanouissement. » Cl. Piat, *Rev. néo-scol.* 1910, p. 343.

(2) Cf. C^{al} Mercier, *Crit. gén.*, 1911, p. 157, sqq.

ethicas, aestheticas, religiosas quibus se subducere individua nequeunt.

Anti-psychologismi plures existunt formae vel gradus. Sed si psychologiam unice dominari non licet, non idcirco vetitum est, imo contra maxime probatum est, ad eam quam saepissime provocare.

Notiones historicae

1° ***Apud antiquos.*** — Primus psychologista fuit PROTAGORAS Sophista (« Homo est mensura rerum omnium » : omnis cognitio ex sensibus venit ; res innotescunt tantum prout nos afficiunt ; universalia non habent ullam realitatem, et ideo scientia objectiva nulla datur), cujus sententia recenti tempore defensores nacta est anglos GROTE (1) (in sua editione *Thaeet.* Platonis) et F. C. S. SCHILLER oxoniensem (2).

2° ***Apud modernos,*** psychologistarum caput est D. HUME, scotus (1711-1776), qui in duplici opere : *Treatise of Human Nature* (1737, ed. a. 1739) et *Enquiry concerning Human Understanding* (1748), methodo psychologica adhibita, ad has fere conclusiones devenit : —

I. Perceptionibus (sc. impressionibus et ideis) (3), apprehenduntur *status subjectivi* tantum, non autem substantiae

---

(1) Cf. Paul JANET, *Principes de métaphysique et de psychologie*, t. II, pp. 246-268.

(2) « ... I would not disclaim affinities with the great saying of Protagoras, that *Man is the Measure of all things*. Fairly interpreted, this is the truest and most important thing that any thinker ever has propounded. It is only in travesties such as it suited Plato's dialectic purpose to circulate that it can be said to tend to scepticism ; in reality it urges Science to discover how Man may measure, and by what devices make concordant his measures with those of his fellow-men. Humanism therefore, need not cast about for any sounder or more convenient starting-point. » *Humanism* (London 1903), Préface XVII. Cf. ID., *The humanism of Protagoras*, *Mind*, avril 1911, pp. 181-196.

(3) Les *idées*, pour Hume, ne sont que des impressions atténuées ; les impressions sont des sensations.

neque qualitates. De origine impressionum non constat (1). Quare ipsa animae substantia est repudianda, quandoquidem non est aliud mens quam « acervus aut collectio variarum perceptionum, certis relationibus conjunctarum, cui falso supponitur simplicitas et identitas (2). »

Ita absolvitur empirismus : CARTESIUS ad status subjectivos qualitates secundarias reduxerat ; item J. LOCKE. Idem fecit G. BERKELEY de qualitatibus primariis et de substantiis corporalibus. Tandem auctore HUME, nihil manet praeter phaenomena.

II. Judicia sunt agglutinationes idearum, quibus efficiendis triplex nexus praeest : *similitudo*, *contiguitas* (in tempore vel in spatio), *causalitas*. Proinde causalitas est mera *relatio* inter ideas. Quae relatio non est *a priori* in mente insita, sed ex experientia orta, ex eo sc. quod duo objecta singularia semper conjunctim se offerunt sensibus. « Ubi determinata series factorum semper, in omnibus casibus, conjuncta est cum alia, non amplius dubitamus alteram praenuntiare ubi una apparuerit. Tunc primam vocamus *causam*, alteram *effectum*. Supponimus aliquam intercedere connexionem inter utramque : aliquam sc. vim in una, qua indeficienter altera producatur... Sed pluralitas eventuum nihil differt a singulis eventibus nisi in eo quod, post repetitos eventus similes, mens habitu quodam impellitur ut, uno eventu apparente, ejus consuetum socium expectet eumque futurum pro certo teneat. » Hinc non existit realis dependentia effectus a causa, nempe nexus ontologicus, sed

---

(1) « As to those impressions, which arise from the senses, their *ultimate* cause is, in my opinion, *perfectly inexplicable by human reason*, and it will always be impossible to decide with certainty, whether they arise immediately from the object, or are produced by the creative power of the mind, or are derived from the author of our being. » *Treatise* (éd. Green, t. I. p. 385). Cf. *Inquiry* (ib., t. IV, p. 125).

(2) « A heap or collection of different perceptions united together by certain relations, and supposed, though falsely, to be endowed with simplicity and identity. » *Treatise* (t. I, p. 534).

psychologicus duntaxat, sc. expectatio quaedam ex habitu vel consuetudine orta (1).

III. Attamen, licet principia metaphysica ad concomitationes aut consecutiones constantes reducat, aliquam necessitatem concedit propositionibus mathematicis : « Res de quibus inquirit ratio possunt naturaliter in duo genera dividi : sc. *relationes idearum* et *res facti*. Ad primum pertinent geometria, algebra et arithmetica, uno verbo, omne assertum quod sit aut intuitive aut demonstrative certum. *Quadratum hypotenusae est aequale summae quadratorum utriusque catheti* est propositio exprimens relationem inter duas hasce figuras existentem. *Tria quinaria sunt dimidia pars tricenarii* exprimit relationem inter hos numeros. Hujusmodi propositiones detegi possunt sola mentis operatione, absque dependentia a re qualibet existente. Etiamsi nullibi existeret in rerum natura circulus vel triangulus, veritates ab Euclide demonstratae suam perpetuo retinerent certitudinem et evidentiam (2). »

---

(1) When « one particular series of events has always, in all instances, been conjoined with another, we make no longer any scruple in foretelling one on the appearance of the other... we then call the one *cause* and the other *effect*. We suppose that there is some connection between them : some power in the one by virtue of which it infallibly produces the other... But there is nothing in a number of instances different from every single instance which is supposed to be exactly similar, except only that after a repetition of similar instances the mind is carried by habit, upon the appearance of one event, to expect its usual attendant and to believe that it will exist. » *Inquiry* (t. IV, p. 62).

(2) « All the objects of human reason and inquiry may naturally be divided into two kinds, to wit, *relations of ideas* and *matters of fact*. Of the first kind are the sciences of geometry, algebra, and arithmetic, and, in short, every affirmation which is either intuitively or demonstratively certain. *That the square of the hypotenuse is equal to the square of the two sides*, is a proposition which expresses a relation between these two figures. *That three times five is equal to the half of thirty* expresses a relation between these members. Propositions of this kind are discoverable by the mere operation of thought without dependence on whatever is anywhere existent in the universe. Though there never were a circle or a

3° J. Stuart Mill (1806-1873), filius Jacobi Mill (1773-1836) explicationem empiricam ad totam cognitionem extendit. Docet arithmeticam et geometriam solis factis constitui, empirice associatis, et proinde valorem scientiae experimentalem esse, adeoque contingentem non vero absolutam. Thesim suam exponit Mill in celeberrimo opere *A system of Logic* (1843), *l. II, c.* 5-7.

I. Non existunt physice nisi objecta singularia ; quare, si Mathesis nomen verae cognitionis sibi velit, necesse est ut sit de physicis quadratis, circulis, etc. Haec autem cum neque existant neque existere possint, Mathesis dicenda est « approximatio » ad veritatem physicam.

II. Axiomata mathematica (geometriae, arithmeticae, etc.) evidentiam suam ex solis observatis factis accipiunt ; sufficit autem observatio imaginaria, utpote quae in criteriologia non secus valet ac physica. Valor axiomatum non solum « approximata » est, verum etiam conditionalis ; nam variante experientia, alia formarentur axiomata, imo iis opposita quae nunc formamus, vg. $2 + 2 = 4$ fieri posset $2 + 2 = 5$.

III. Necessitas et universalitas axiomatum est *psychologica*, secundum leges associationis explicanda, sc. ex *associatione indissolubili* (1), qua fit ut mens aliter (i. e. *con-*

---

triangle in nature, the truths demonstrated by Euclid would for ever retain their certainty and evidence.

« Matters of fact, which are the second objects of human reason, are not ascertained in the same manner, nor is an evidence of their truth, however great, of a like nature with the foregoing. The contrary of every matter of fact is still possible, because it can never imply a contradiction, and is conceived by the mind with the same facility and distinctness, as if ever so conformable to reality. *That the sun will not rise to-morrow*, is no less intelligible a proposition, and implies no more contradiction, than the affirmation, *that it will rise*. We should in vain, therefore, attempt to demonstrate its falsehood. Were it demonstratively false, it would imply a contradiction, and could never be distinctly conceived by the mind. » *Enquiry*, (t. IV, p. 32 sq.).

(1) *Inséparable* (*Loi d'association*). — Stuart Mill appelle ainsi la propriété qu'ont les phénomènes psychiques (selon Hume, Hartley,

trarium) cogitare nequeat. Impossibilitas hujusmodi est subjectiva et variabilis : hominibus quondam antipodes concipere ut reales erat impossibile; item Cartesianis nonnullis attractionem universalem, etc.

Systema J. St. Mill dilucide, ut solet, exponit Cardinalis Mercier, *ll. cc.* Cum St. Mill sentiunt Thomas Huxley (1825-1895), W. K. Clifford (1845-1879), George J. Romanes (1848-1894), Alex. Bain (1818-1903).

4° Herbert Spencer (1820-1903) empiricae explicationi novum principium intulit, sc. *evolutionismum.* Nimirum experientia individualis non visa est ei sufficere ut singuli homines acquirant associationes mentales, praesertim vero indissolubiles. Quapropter censet dispositiones ad eas formandas, jam in principio rerum existentes, paulatim evolvi et atavismo quodam per generationem transmitti. Cf. *Progress : its Law and Cause* (1857), *First Principles* (1862).

Principio evolutionismi in vitam cognitivam semel admisso, mirum est quanta alacritate in hac directione laboratum sit. In causis evolutionis hujus, seu, ut aiunt, « factoribus », statuendis multi philosophi nunc temporis incumbunt. Ab eaque evolutione nulla est veritas, ne revelata quidem, quae debeat eximi (cf. Immanentismus « Modernistarum » in Encycl. *Pascendi*). Pullulant nomina :

James Mill, etc.) de se combiner si étroitement, par la fréquence ou par la force de l'association, qu'il devient impossible de les séparer, et même qu'on arrive à prendre le complexus ainsi formé pour un phénomène psychique simple (*Examen de la phil. de Hamilton*, c. 14 : « How Sir W. Hamilton and Mr. Mansel dispose of the law of inseparable association. » La formule qu'il en donne, d'après James Mill (*Analysis of the human mind*, I, 68) est celle-ci : « Where two or more ideas have been repeated together and the association has become very strong, they sometimes spring up in such a close combination as not to be distinguishable. « — « Quand deux ou plusieurs idées ont été souvent répétées ensemble et que l'association est devenue très forte, elles surgissent quelquefois en une combinaison tellement étroite qu'on ne peut plus les distinguer. » — Extrait (sauf traduction un peu remaniée) du *Vocabulaire* publié par la *Société française de Philosophie*, au mot *Inséparable*, fasc. 12, p. 254.

apud *Germanos* aut *Austriacos* : Beneke, Hans Cornelius, Rich. Avenarius, E. Mach, W. Jerusalem, H. Gomperz, Siegel, Jodl, Ziehen, Verworn, Wahle, J. Schultz, Wenzig, Benno Erdmann (1), etc. ; apud *Anglos* aut *Americanos* : W. James, F. C. S. Schiller, J. Dewey, J. Baldwin, etc. ; apud *Gallos* : Bergson, Le Roy, Wilbois, Loisy, A. Sabatier, Durkheim, Lévy-Bruhl, A. Rey, Paulhan (2), Dromard (3), etc. ; apud *Italos* : Fogazzaro (4), Papini, Prezzolini, Minocchi, etc.

5° *Anti-psychologistae* sunt E. Kant, H. Cohen, P. Natorp, Al. Riehl, Husserl, Külpe, Messer, Eucken, etc. ; quibus addendi sunt scholastici, inter quos alii dogmatice nimis procedunt, alii vero critice simul et psychologice (5) : Mercier, Sentroul, de Wulf, Halleux, Janssens, Noël, Pelzer, Gemelli, Canella, etc.

(1) « Auch die Tage des Menschengeschlechts auf der Erde sind, wenn das teleologische Bild gestattet ist, gezählt Und selbst wenn wir nicht nur eine Periode der Erdentwicklung, weiterhin der Entwicklung unseres Sonnensystems angehörten, würden wir die Behauptung nicht wagen dürfen, dass unser Denken unveränderlich sei.

Wir können demnach nicht umhin einzusehen, dass alle die Sätze, deren widersprechende Gedanken widersinnig, und deshalb unvollziehbar sind, nur unter Voraussetzung unseres Denkens notwendig sind, die wir tatsächlich in uns erleben, und damit unter Voraussetzung der Normen, die wir für das giltige Denken aus dieser Beschaffenheit ableiten können. Die Notwendigkeit der apodiktischen Urteile ist demnach keine unbedingte, sondern eine bedingte, keine « kategorische », sondern nur eine hypothetische ». *Logik* (Halle 1907), t. I, p. 592.

(2) Cf. *La logique de la contradiction* (Alcan 1911).

(3) Cf. *Les mensonges de la vie intérieure* (Alcan 1910). Conclusion.

(4) On peut sur tout ce mouvement consulter J. de Tonquédec, *La notion de Vérité dans la « philosophie nouvelle » ;* — Leslie J. Walker, *L'évolutionnisme dans la théorie de la connaissance et de la vérité, Rev. de phil.*, octobre 1911, pp. 417 sqq. ; — Alessandro Chiappelli, *Les tendances vives de la philosophie contemporaine, Rev. philosophique*, mars 1910.

(5) « L'on peut appeler de ce nom (*dogmatisme psychologique*) le système qui s'adonne à l'étude de la science objective, quelle qu'elle soit, sans oublier les principes de logique et de psychologie

THESIS XI[a]

Doctrina « psychologistarum » proponi nequit tanquam congrua solutio problematis critici.

Praenotanda

I. Notiones. — Psychologismus hic intelligitur cum *associativus* (Hume, Stuart Mill), tum *evolutivus* (Herbert Spencer), sive evolutio dicatur fieri elementis affectivis, sive elementis biologicis, socialibus, etc.

II. Delimitatio thesis. — *a*) Non agimus de *terminis* (1) (de eorum origine et valore), de quibus uberius postea dicetur ; proinde, omissis judiciis ordinis realis, litigium nondum dirimitur inter realistas et idealistas. *b*) Neque attendimus nunc ad evolutionem doctrinalem, quae infra tractabitur. *c*) Inquirimus solummodo utrum *syntheses judiciales* in certitudine oriantur in nobis sub influxu mere subjectivo (vg. legum associationis, vel connexionis cum utilitatibus vitae). *d*) Quamvis rationes communes afferri possint contra omnes psychologistas, distinguemus « Associationistas » ab aliis.

DEMONSTRATIO

I[a] PARS : Contra « Associationistas. »

Doctrina psychologismi associativi multa elementa continet quae optima sunt, quippe quae ad cognitionem fac-

---

qui règlent l'emploi, parce qu'ils en ont démonté le mécanisme, de la conscience elle-même. » C. SENTROUL, *L'Objet de la Métaphysique selon Kant et selon Aristote*, p. 39.

(1) Le psychologisme empirique, du moment qu'il n'admet pas d'éléments représentatifs autre que l'image, est totalement incapable d'expliquer les termes universels. Par suite, il n'a pas le droit de prononcer même des jugements particuliers. Si l'on n'a pas le concept de *droite*, comment peut-on dire d'une ligne qu'elle est *droite* ou *pas droite* ? — Cf. PIAT, *art. cit.*

torum conscientiae multum juvant ; sed deficit omnino in explicandis propositionibus universalibus.

Argumentum : Si synthesis judicialis esset associatio mere psychologica, deberent in ea reperiri characteres associationis psychologicae. Atqui non semper reperiuntur.

Probatur MINOR :

1° Associatio psychologica, eo tempore quo fit, est *caeca* (1) *:* vg. visa uva statim, vinculo nescio quo, accedit domus paterna cum horto, etc. E contra, synthesis judicialis quandoque fit *cum ratione cognita :* vg. cum judico : $2 + 2 = 4$, hoc ideo affirmo quia *video* signum = postulari proxime ab unitatibus quas *video* ex una parte in $2 + 2$ et ex altera parte in 4, et ultimo ab identitate $1 = 1$, quam, teste conscientia, clarissime *video*, et proinde quam non caece affirmo. Hinc mihi innotescit nexus quem affirmo inter subjectum et praedicatum propositionis (2). — Idem argumentum fusius declarabitur infra.

2° Associatio psychologica fit firmior pro repetitione experientiae. Sed synthesis judicialis quandoque, vg. in primis principiis ordinis idealis, tantam firmitatem statim obtinet ut crescere nequeat. Quod ex psychologia infantili manifestum est (3).

---

(1) « Quand je prononce le mot d'orange, l'image de l'un de ces fruits s'éveille en moi ; réciproquement, la sensation ou l'image de l'un de ces fruits suffit à m'en rappeler le nom. Mais pourquoi cette évocation mutuelle ? Je l'ignore complètement, ou, si j'en sais quelque chose, c'est uniquement par voie de déduction : je me dis à moi-même que, pour que deux termes se suscitent régulièrement l'un l'autre, il faut qu'il y ait entre eux quelque point d'attache ; et c'est tout. Ce point d'attache, je ne le vois pas, comme je vois une couleur... ; je ne fais que le conclure : c'est un inconnaissable, au même titre que les virtualités si longtemps honnies, au même titre que la substance elle-même dont les empiristes croient pouvoir se passer. » PIAT, *art. cit.*, p. 346.

(2) « C'est par une voie éclairée que je passe de l'un de mes concepts à l'autre. Le lien qui les rattache m'est donné à titre de fait : je le perçois ou suis à même de le percevoir. Son essence est d'être connu. » ID., *ib.*

(3) Cf. PIAT, *art. cit.*, p. 340 ; — MERCIER, *Crit. gén.*, p. 289. « Nous avons conscience que notre adhésion aux axiomes tient à l'évidence

3° Associatio psychologica dicit *id quod est*, vel id quod de facto fuit in pluribus casibus ; non autem dicit *id quod debet esse*, et proinde id quod est semper et ubique (1). Sed, e contra, synthesis judicialis in propositionibus ordinis idealis dicit id quod debet esse : vg. 2 + 2 = 4. Sive agatur de lapidibus, sive de hominibus, sive de sesterciis, etc. ; sive agatur de temporibus antiquis aut de America, sive de praesenti aetate et de Europa, valet propositio 2 + 2 = 4.

Neque objicere licet necessitatem propositionis hujus esse *subjectivam*, et ex eo provenire quod contrarium concipi *nequeat*. Etenim impossibilitas contrarium concipiendi non oritur ex subjecto judicante, sed ex natura ipsa elementorum menti praesentium. Neque instantia fiat, appellando ad antipodes. Nam impossibilitas antipodes concipiendi negativa erat, non positiva et absoluta ; sc., *dempta attractione terrestri*, quam ignorabant antiqui, antipodes concipi non poterant, sicut neque hodie concipi possunt absque attractione. At, ignorantia cessante, cessavit etiam dicta impossibilitas (2).

Nota : Alia argumenta afferri possent ; sed haec plane sufficiunt pro scopo nostro. (3)

---

nécessitante du rapport essentiel abstrait qui se dégage de la mise en présence des termes de l'axiome ; l'expérience n'ajoute même pas à cette adhésion l'appoint d'une preuve confirmative » pp. 290 sq.

(1) « ... Empiricism stops where the real problem of philosophy begins, as is evident from the fact that, while Hume succeeds in showing *that* one event is connected with another in our past experience, neither he nor any other empiricist has shown *why* we are entitled to expect that events which have been connected in the past well be connected in the future. Empiricism can show a *connectio facti*, but it cannot show a *connectio juris*, between antecedent and consequent, between cause and effect. » W. Turner, *History of Philosophy* (Boston and London 1903), pp. 522 sq.

(2) Cf. Mercier, *Crit. gén.*, pp. 291-294.

(3) D'après Kant, si les rapports de nécessité et d'universalité des concepts dérivent de notre constitution mentale, ils deviennent purement subjectifs. On n'explique plus, alors, la nécessité qui appartient essentiellement au concept. « Ainsi, le concept de cause, par exemple, qui exprime la nécessité d'un conséquent, étant posées cer-

IIa PARS : Contra psychologistas affectivos.

I. Psychologismus, prout excolitur ab hodiernis philosophis, multa acute observata continet : Nemo negat judicia plurima ferri sub influxu *passionum* (sic matres liberis et amans amato perfectiones tribuunt quibus reipsa carent), aut *proprii commodi*, aut *commercii socialis*, aut instinctus cujuspiam ad utilitates vitae tendentis, etc. ; sed hoc modo explicari *omnia* judicia humana, etiam *prima principia*, neque est immediate evidens neque ullo argumento demonstratum.

II. Explicationes supradictae supponunt syntheses judiciales omnes fieri in nobis modo caeco, i. e. absque motivo menti explorato ; imo hoc ipsum expresse fatentur psychologistae multi. Porro, ut dictum est in I p., illud non quadrat cum factis introspectione notis. Nam in propositionibus analyticis (sive mediatis sive immediatis) *nexu cognito* inter terminos ducimur ad synthesim eorum efficiendam. — Insuper, si necessitas propositionis penderet ab elementis subjectivis, hisce elementis mutatis, mutaretur similiter propositionis necessitas. Sed dantur casus in quibus hujusmodi mutatio ipsi naturae terminorum repugnat (1).

---

taines conditions, serait faux, s'il se fondait uniquement sur une nécessité quelconque inhérente en nous... Je ne pourrais pas dire : l'effet est lié à sa cause dans l'objet ; mais seulement : je suis organisé de telle sorte que je ne puis penser cette représentation autrement qu'ainsi associée ; ce qui est précisément ce que le sceptique désire le plus vivement ; car, du coup, tout notre savoir, dû à la conviction que nos jugements sont nécessaires, se réduit à une pure apparence, et il ne manquerait pas, non plus, de gens qui n'avoueraient pas pour eux-mêmes cette nécessité ; du moins ne pourrait-on plus discuter avec personne sur une chose qui tiendrait uniquement à l'organisation subjective d'un chacun. » Cité par Al. Riehl, *Der phil. Krit.*,[2] p. 383.

(1) « Mill's contention that even arithmetical truths are contingent, and that in some universe 2 + 2 might not equal 4, can now be shown to be utterly devoid of any meaning. » Morris R. Cohen, *Journal of Phil., Psych. and sc. Methods*, 1911, p. 534[e]; — « Comme pour la logique de Stuart Mill, l'interprétation des jugements d'ordre

III. Explicationes psychologicae (ex causis mere subjectivis) generatim sunt refugium ultimum desperantis animi ; quare non sunt in philosophiam admittendae nisi compertum fuerit quamlibet aliam explicationem esse exclusam.

Difficultates.

1. Homines cum eadem sinceritate sibi contradicunt ; porro talis diversitas non potest explicari nisi causis mere subjectivis. (Resp. apud MERCIER, *Crit.*, p. 170) ; — 2. Nullum est judicium quod objectioni alicui non sit obnoxium, et proinde mens sibi relicta non potest judicium ferre (ID., *ib.*) ; — 3. Logica intellectuali non explicatur *error :* ita SCHILLER in Congr. phil. intern. Bononiae (1911) habito. R. Error explicatur ex defectu reflexionis et ultimo ex causis ordinis affectivi ; — 4. Evolutio in legibus mathematicis non est *a priori* impossibilis ; habemus nunc geometrias non-euclidianas, quae prius concipi non poterant (Ita SCHILLER, *ib.*) R. Neganda est paritas (1).

Sommaire. — Une solution critériologique valable doit expliquer tous les faits qui sont de son domaine strict. Les synthèses que nous formons entre sujets et attributs dans nos jugements certains proviennent,

---

idéal, de théorie pure, est la pierre d'achoppement de la logique humaniste. Stuart Mill doit admettre, pour rester conséquent avec ses principes, que la proportion 2 + 2 = 4 *grandit* en certitude au fur et à mesure que nous l'expérimentons, en additionnant des pièces de monnaie, des pommes ou des bœufs. Pour M. Schiller, il devrait être possible, dans quelque société humaine de l'avenir, que 2 + 2 fassent plus ou moins que 4, toute vérité d'une époque pouvant devenir erreur, l'époque suivante. » M. de WULF, *Rev. néo-scol.* 1911, p. 268.

(1) « ... it is necessary to point out the prevalent confusion between the axioms of mathematics and the so-called axioms of geometry. The latter are genuine hypotheses, the subjunctive clauses of mathematical arguments. Hence we may suppose them not to be true, and deduce genuine consequences from their falsehood. This, however, is not true of the general axioms of mathematics. So far as we can see, no exact or demonstrable reasoning of any kind can be carried on without at least some of them. » Morris R. COHEN, *l. c.* p. 536.

selon les psychologistes, d'influences exclusivement subjectives : nous jugeons comme nous jugeons, parce que nous sommes ainsi faits, ou bien parce que quelque chose nous prédétermine a priori, *et sans que nous sachions comment, à juger de telle ou telle manière. D'après les associationistes anglais, le jugement n'est qu'une juxtaposition mécanique de deux images, s'effectuant d'après certaines lois (ressemblance, contiguïté, causalité), dites lois d'association. L'universalité et la nécessité sont d'ordre psychique et dérivent d'une association indissoluble. D'après les psychologistes de l'intérêt, les combinaisons d'idées appelées croyances se forment en nous sous l'action sourde de certains éléments en connexion avec les intérêts vitaux, tant de l'individu que de l'espèce. « Le vrai et le faux, dit W. Jerusalem, ne signifient, à l'origine, pas autre chose que* utile *ou* nuisible, *au sens biologique* (1). »

Ces explications, quelque satisfaisantes qu'elles puissent paraître en beaucoup de cas, échouent lamentablement devant les propositions d'ordre idéal, en particulier devant les mathématiques, que Hume lui-même admettait (2). *Elles ne rendent compte ni de leur clarté, ni de leur nécessité, ni de leur fixité.*

ART. IV

Solutio Kantiana.

Solutio Cartesiana est objectiva : Cartesius enim, mediantibus ideis claris (lato sensu innatis), dogmatismum objectivum construit. Attamen, in cognitione mundi externi, aliquid in objecto sensibili repraesentando activitati subjecti cognoscentis tribuit. Distinctione scilicet facta inter qualitates corporum *primarias* (extensio, resistentia, etc.) et *secundarias* (color, sonus, etc.) realitatem objectivam prioribus concedit, posterioribus vero denegat. Hinc colores, soni, etc. non existunt *formaliter* in rebus, sed *causaliter*

(1) *Der Kritische Idealismus und die reine Logik* (1905), p. 162.

(2) William James dit également : « Les relations purement mentales des idées forment une sphère à part où les vraies et fausses croyances trouvent place ; là les croyances sont absolues, inconditionnelles. Quand elles sont vraies, elles portent le nom de définitions ou de principes. C'est un principe ou une définition que 1 et 1 font 2, que 2 et 1 font 3, ainsi de suite ; que, le blanc diffère moins du gris que du noir ; que, lorsque la cause commence à s'exercer, l'effet commence aussi. » *Pragmatism* (London 1907), pp. 209 sq. Cité dans Piat, *art. cit.*, pp. 347 sq.

tantum ; atque ideo in coloribus, sonis, etc., constituendis subjectum cognoscens partes essentiales habet. In hac autem explicatione cognitionis sensibilis continetur principium Criticismi. Differt enim Criticismus ab aliis systematibus in eo quod in objecto cognito efformando vel magnas vel exclusivas partes subjecto cognoscenti delegat ; easque partes, data opera, scrutatur et de eis leges statuit.

Explicationem criticam ad partem tantum mundi sensibilis restrictam, D. Hume et psychologistae ad omnem cognitionem humanam extenderunt ; ita quidem ut ipsa principia ordinis idealis, et praecipue principium causalitatis, ex causis mere subjectivis repetierint. Inde subjectivismus psychologicus.

Emmanuel Kant, solutionibus anterioribus parum contentus, viam quamdam iniit mediam inter rationalismum et subjectivismum scepticum ; duplex sc. elementum in objecto cognito, qua tali, inducit : materiam et formam, quae ita se habent ut materia a re extra-subjectiva suppeditetur, forma vero a subjecto ipso. Propterea solet Kant appellari « *Pater Criticismi philosophici* ». (1)

THESIS XII[a]

Rejici debet solutio Kantiana, secundum quam synthesis judicialis fit non sub influxu objecti sed mediantibus formis « a priori » subjecto insitis.

Thesis duplicem partem continebit, expositivam sc. et criticam. Expositio uberior doctrinae Kantianae ad historiam philosophiae pertinet ; quare hic ea tantum dicentur quae necessaria sunt ut possit solutio Kantiana problematis critici aliquatenus intelligi.

---

(1) « Pour Kant, le mot *critique* a, en philosophie, un sens analogue à celui qu'il a en histoire. C'est l'art, scientifiquement établi dans ses préceptes, non de détruire mais de construire, ou de reconstruire à coup sûr ; non de percer à jour, mais de dégager de leurs ajoutes parasites, les grands systèmes de pensées qui s'appellent les *sciences*. » C. Sentroul, *L'Objet de la Métaphysique* .., p. 4 sq.

Ia PARS : Expositio doctrinae Kantianae.

A. **Fontes.** — Melior editio hucusque facta operum E. Kant est G. HARTENSTEIN, ed. 2, Leipzig, 1867-1869 (8 vol.). Ad rem nostram spectant opera quorum citantur gallicae versiones : 1. *Critique de la raison pure*, trad. Tremesaygues et Pacaud (Alcan 1905) ; — 2. *Prolégomènes à toute métaphysique future*, trad. Hachette (1891) ; — 3. *Critique de la raison pratique*, trad. Picavet, ed. 3 (Alcan 1906) ; — 4. *Fondements de la métaphysique des mœurs*, trad. V. Delbos (Delagrave 1907). — Ut initium sumatur a facilioribus, legenda sunt primo loco 2 et 4.

B. **Auctores.** — Ad intelligentiam Kantii sequentia opera juvabunt :

a) *Gallica* : — Th. RUYSSEN, *Kant* (Alcan 1900) ; — É. BOUTROUX, *Revue des Cours et Conférences*, années 1894 et suiv. ; — V. DELBOS, *La philosophie pratique de Kant* (Alcan 1905) ; — Harald HÖFFDING, *Histoire de la philosophie moderne* [1], trad. P. Bordier (Alcan 1908) t. II ; — *Rev. de Métaphysique et de Morale*, mai 1904 (n° du centenaire) ; — Aug. VALENSIN, *Dict. apol. Jaugey-d'Alès*, art. *Criticisme Kantien*, col. 734-749, etc.

b) *Germanica* : — KUNO FISCHER, *Geschichte der neueren Philosophie* [4], t. IV et V ; — F. PAULSEN, *Versuch einer Entwicklungsgeschichte der Kantischen Erkenntnistheorie* (Leipzig 1875) ; — ID., *I. Kant* (coll. Frommann, Stuttgart 1904) ; — Al. RIEHL, *Der philosophische Kritizismus* [1], I [2] (Leipzig 1908), pp. 251-584 ; — H. VAIHINGER, *Kommentar zu Kants Kritik der reinen Vernunft*, t. I (Stuttgart 1881) ; t. II (Stuttgart, Berlin, Leipzig 1892) ; — *Kantstudien* (Berlin), ab anno 1895 (quater in anno).

c) *Anglica* : — Ed. CAIRD, *The critical philosophy of Immanuel Kant*, 2. vol. (Glascow 1889) ; — James HUTCHINSON STIRLING, *Text Book to Kant* (Edinburgh 1881).

Ad confutationem Kantii juvabunt : Cl[is] MERCIER, *Crit. gén.*, pp. 157-164 ; 181-187 ; 217-267 ; — C. SENTROUL, *L'Objet de la Métaphysique...* (Louvain 1905) ; — Aug. VALENSIN, *art. cit.*, col. 749-758 ; — PEILLAUBE, *La Théorie des concepts* (1895) ; — Cl. PIAT, *L'Idée* [2] (1901) ; *La croyance en Dieu* [2] (1909), c. I ; *Insuffisance des philosophies de l'intuition* (1908), c. IV ; — H. DEHOVE, *Essai critique sur le réalisme thomiste comparé à l'idéalisme kantien* (Lille 1907).

NOTA. Auctores qui de Kantio quoquo modo egerunt enumerantur apud UEBERWEG-HEINZE, *Grundriss der Geschichte der Philosophie* [10]

---

(1) Lire sur cet ouvrage Pierre CHARLES, *Rev. de phil.*, févr. 1910 ; — L. NOËL, *Rev. néo-scol.*, 1909, pp. 462 sqq.

(Berlin 1906) ; vel brevius apud RUYSSEN, *op. cit.*, pp. 381-386. Sed numerus librorum vel articulorum de Kantio tractantium quotidie in molem ingentem excrescit.

I. Doctrina Kantiana summatim delineata.

E. Kant (1724-1804) mentem suam de cognitione humana in tribus praesertim *Criticis* declaravit :

1° *Critica rationis purae* (1 ed. 1781 ; 2 ed. 1787) ; compendium ejusdem operis exhibet : *Prolegomena ad omnem metaphysicam futuram* (1783) ;

2° *Critica rationis practicae* (1788) ;

3° *Critica facultatis judicandi* (1790). — Applicationem doctrinae criticae ad Religionem exponit opus : *Religio intra limites nudae rationis* (1793).

Doctrina : *Res in se*, sc. omnis realitas *transcendens*, i.e. a mente independens, est prorsus *incognoscibilis* (= Kant : *Criticismus Kantianus*), imo est *impossibilis* (ita intellecta a Fichte, Schelling, Hegel = *Idealismus transcendentalis*).

1° Criticismus Kantianus.

A. ***Ratio pura :*** Kant, cum rationalismum, tum empirismum reprobans, analysi subjicit conditiones *a priori* expetientiae sensibilis ; in eaque duplex elementum reperit : *materiam* et *formam*.

a) *Materia* sunt intuitiones sensibilitatis (sensationes) in me exorientes a re aliqua quam invincibili persuasione teneo tanquam mihi extraneam et incognitam ;

b) *Forma* sunt : 1. duae « formae » imaginationis : spatium et tempus ; — 2. duodecim « categoriae » intellectus, — quibus sensationes, extensione et successione primum indutae, postea uniuntur nexibus causalitatis, substantialitatis, etc... ; — 3. tres « ideae » rationis, quibus efficitur synthesis superior versus tres terminos, quibus *credo : Ego*, *Mundus*, *Deus*. Hujusmodi formae, categoriae, et ideae sunt modi agendi quos deprehendo in realitate mihi interna et incognoscibili, quae est τὸ *Ego*.

Paucis : variae compactiones (gall. « groupements ») realitatum sensibilium, extensione et successione induta-

rum, relationibus causalitatis, substantialitatis, etc. inter se junctarum, sunt id quod reperio tanquam conjunctim productum a duplici causa hypothetica, incognita et incognoscibili, sc. a *re in se* et a meo *Ego*, actionem suam harmonice conferentibus.

Scientiae scopus est realitatem hanc sensibilem cognoscere, sive mundum phaenomenalem, qui non existit nisi dependenter a nobis.

B. ***Ratio practica :*** *Fides* veritates metaphysicas ad actionem ordinatam requisitas instaurare debet. In lege morali (= imperium categoricum) implicite continetur obligatio, et quae immediate inde sequitur, *libertas arbitrii*. Hinc ea omnia necessario « postulantur », sine quibus exsecutio legis moralis evaderet impossibilis, sc. bonum supremum, cunjunctio virtutis cum felicitate, et proinde *immortalitas animae* et *Deus*. Haec tria igitur *cognosci* quidem nequeunt, sed postulantur tanquam *credenda*.

2° Idealismus transcendentalis.

A. Fichte (1762-1814). — Idem exordium desumit ac ipse Kant, sed *rem in se* e medio tollit. Unica realitas absoluta est τὸ Ego absolutum, sc. subjectum absolutum, quod in diversas conscientias partitur, quarum una est meum Ego personale. Officium morale singulis praescribit ut, propriae personalitati renuntiantes, suum Ego cum Ego absoluto et universali confundant. Hinc lex amoris universalis.

B. Schelling (1775-1854). — Secundum Fichte, subjectum — sive absolutum sive particulare — ita absorbet objectum ut illud evanescat. In hoc Schelling dissentit a Fichte ; et ex duplici facto initium suae doctrinae sumit : ex una parte admittit actionem realitatis in intellectum ; ex altera vicissim actionem intellectus in realitatem. Inde sequitur identitas naturae et spiritus in ultima sua realitate ; scilicet, non sunt aliud quam duplex aspectus ejusdem absoluti.

C. Hegel (1770-1831). — Vituperat Schelling eo quod aequalitatem instituerit inter naturam et spiritum. Neque

debet objectum a spiritu absorberi, ut apud Fichte, nec ab eo penitus separari, ut in dualismo, neque cum eo ex aequo statui, ut apud Schelling ; sed realitas inaequalis utrique tribuenda est. Spiritus continet objectum, et ideo realitatem superiorem possidet. Nam non datur subjectum sine objecto, nec objectum sine subjecto. Attamen subjectum est logice prius, licet realiter identicum sit cum objecto.

Subjectum (sc. *Idea*) cogitat mundum (sc. *objectum*) et sic, utpote cum eo identicum, realitatem suam obtinet. Idea quae totalitem entium cogitat appellatur *Deus ;* entia particularia etiam cogitant, sicut Deus, et veritas consistit in conformitate utriusque cogitationis. Omne ens est idea et nihilominus omne ens est reale : quidquid rationale est, reale est, et vice versa. Cogitationes in nobis necessario determinantur secundum rythmum tripartitum : *thesis*, *antithesis*, *synthesis ;* et categoriae fiunt concretae mediantibus formis imaginationis, itaque extensionem et successionem accipiunt, et tandem in pluritatem sese dividunt in sensationibus. Haec omnia necessitate quadam ineluctabili fiunt.

II. **Doctrina Kantiana articulate descripta.**

1° ***Scopus ultimus.*** — Kant solutionem quaerit huic quaestioni : de quibusnam rebus potestne scientia obtineri ? Quaenam ex cognitionibus, quas homines pro scientificis habent, vere scientificae sunt, quaenam vero non ? Deinde : potestne scientia nos aliquid certi docere de rebus *in se*, an de rebus *apparentibus* tantum ? Et proinde *quid valet Metaphysica* ?

Hinc non agit Kant directe de aptitudine suae mentis in genere ; non dubitat quin sua facultas optimum instrumentum sit in suo ordine ; sed quaerit quid hoc instrumento attingatur, intra quos limites operetur. Quare, post institutam crisim, doctrinam suam ut veram habet et tradit. Quapropter ii non recte agunt qui Kantium increpant eo quod « utatur facultate de cujus valore dubitat ad discernendum quid valeat sua facultas. » Eadem enim objectione utens, Th. Jouffroy (cf. supra Th. IX) eos omnes con-

demnat qui problema criticum animo serio solvere volunt; et ita inciditur in scepticismum absolutum.

2° ***Genesis Kantiana problematis.*** — Kant, primis temporibus activitatis suae intellectualis (1747-1760), rationalismo adhaeserat secundum quem ratio, absque dependentia a perceptione sensibili, res ipsas in sua natura apprehendit, sc. Deum, animam, immortalitatem, essentias rerum (Spinoza, Leibniz, Wolff). Et proinde dogmaticus erat. Postea (circa 1760-1768), objectionibus angli Hume contra principia rationis et praesertim principium causalitatis « excitatus est a somno suo dogmatico ». His admissis objectionibus, adhaerendum est *empirismo* seu *sensualismo*, secundum quem tota cognitio originem ducit a sensatione, imo nihil est aliud quam sensatio transformata. At, eo ipso, perit scientia. Scientia enim est complexus judiciorum necessariorum, universalium et extensivorum, sc. in quibus praedicatum aliquid subjecto superaddit. Porro universalitas et necessitas nequeunt ex sensatione derivari et ideo haerendum est in scepticismo.

Kant vero antequam conclusionem hanc approbet, inquirere statuit num forte non existat media quaedam via inter dogmatismum Chr. Wolff et scepticismum D. Hume, sc. utrum non existant cognitiones ab experientia provenientes quae simul universales et necessariae sint. Per plures annos fluctuat mens ejus (1769-1780). Tandem existimat se mediam viam in Criticismo invenisse (= *Critica rationis purae*, 1781) secundum quem dantur judicia a priori, scientifica, valoris universalis (contra D. Hume) ; et proinde existit scientia, eaque legitima ; sed hujusmodi judicia nequeunt ad realitates extendi quae experientiam sensibilem (actualem vel possibilem, propriam vel alienam) transcendunt ; et proinde Metaphysica nequit esse Scientia. Insuper agnosticismus metaphysicus non impedit quominus admittatur dogmatismus moralis (= *Critica rationis practicae*, 1788).

3° ***Methodus a Kantio adhibita.***

a) Methodus est *transcendentalis*, i. e. *a priori*. Scilicet in-

quisitio fertur non in objecta cognitione exhibita, sed in conditiones *a priori* quae possibilitatem cognitionis explicant. Differt igitur cum a methodo metaphysica, qua proprietates ab essentia *a priori* derivantur, tum ab empirica (psychologica) qua processus cognitionis describuntur ; pertinet autem ad *Metaphysicam immanentem*, eo quod compactiones necessarias inter sensationes — quibus experientia constat — explicat ope conditionum a priori requisitarum ut hae possibiles sint.

b) Haec methodus dicitur etiam *critica*, quatenus opponitur dogmaticae. Nimirum explicationi hactenus receptae, sc. cognitiones nostras certas esse homini ab extra (i. e. ab objectis) impositas, Kant substituit (sicut Kopernicus explicationi geocentricae explicationem heliocentricam substituerat) hypothesim *criticam*, sc. cognitiones nostras esse homini ab intra impositas, i. e. a formis *a priori* facultati cognoscitivae insitis (1). Hinc character scientificus judiciorum, sc. universalitas et necessitas, non jam originem ducit (fundamentum) ex rebus ipsis prouti sunt in se, sed, ordine inverso, ex conceptibus rerum seu ex modo secundum quem res in subjecto recipiuntur ut fiant « ob-

(1) « Bisher nahm man an, alle unsere Erkenntniss müsse sich nach den Gegenständen richten; aber alle Versuche, über sie *a priori* etwas durch Begriffe auszumachen, wodurch unsere Erkenntniss erweitert würde, gingen unter dieser Voraussetzung zu nichte. Man versuche es daher einmal, ob wir nicht in den Aufgaben der Metaphysik damit besser fortkommen, dass wir annehmen, die Gegenstände müssen sich nach unserer Erkenntniss richten, welches so schon besser mit der verlangten Möglichkeit einer Erkenntniss derselben *a priori* zusammenstimmt, die über Gegenstände, ehe sie uns gegeben werden, etwas festsetzen soll. Es ist hiermit ebenso als mit dem ersten Gedanken des Kopernicus bewandt, der, nachdem es mit der Erklärung der Himmelsbewegungen nicht gut fort wollte, wenn er annahm, das ganze Sternheer drehe sich um den Zuschauer, versuchte, ob es nicht besser gelingen möchte, wenn er den Zuschauer sich drehen und dagegen die Sterne in Ruhe liess... » *Kritik der reinen Vernunft*, — Pref. ad 2m ed. (ed. Hartenstein — Separatausgabe, 1853, p. 18-19).

jecta ». Sic *objectivismo dogmatico* (absoluto) opponitur *formalismus objectivus* seu *idealismus transcendentalis*.

4° ***Critica rationis purae.***

1° **Introductio.** — Scientia, ut sit possibilis et proinde ut existat, constitui debet non ideis simplicibus aut perceptionibus disjunctis, sed judiciis seu synthesibus perceptionum.

a) Inter judicia vero alia sunt *analytica*, in quibus sc. praedicatum continetur in notione subjecti, cui proinde nihil addit novi, vg. corpora sunt extensa (= *Erläuterungsurteile*) ; alia sunt *synthetica*, in quibus praedicatum est extra notionem subjecti, cui proinde aliquid novi superaddit, vg. corpora sunt gravia (= *Erweiterungsurteile*) (1).

(1) « In allen Urtheilen, worinnen das Verhältniss eines Subjects zum Prädicat gedacht wird..., ist dieses Verhältniss auf zweierlei Art möglich. Entweder das Prädicat B gehöret zum Subject A als etwas, was in diesem Begriffe A (versteckerweise) enthalten ist ; oder B liegt ganz ausser dem Begriff A ob es zwar mit demselben in Verknüpfung steht. Im ersten Fall nenne ich das Urtheil *analytisch*, in dem anderen *synthetisch*. Analytische Urtheile (die bejahenden) sind also diejenigen, in welchen die Verknüpfung des Prädicats mit dem Subject durch Identität, diejenigen aber, in denen diese Verknüpfung ohne Identität gedacht wird, sollen synthetische Urtheile heissen. Die ersteren könnte man auch *Erläuterungs* –, die anderen *Erweiterungsurtheile* heissen, weil jene durch das Prädicat nichts zum Begriff des Subjects hinzuthun, sondern diesen nur durch Zergliederung in seine Theilbegriffe zerfällen, die in selbigem schon (obschon verworren) gedacht waren : dahingegen die letzteren zu dem Begriffe des Subjects ein Prädicat hinzuthun, welches in jenem gar nicht gedacht war und durch keine Zergliederung desselben hätte können herausgezogen werden, z. B. wenn ich sage : alle Körper sind ausgedehnt, so ist dieses ein analytisches Urtheil. Denn ich darf nicht uber den Begriff, den ich mit dem Wort Körper verbinde, hinausgehen, um die Ausdehnung als mit demselben verknüpft zu finden, sondern, jenen Begriff zu zergliedern, d. i. des Mannigfaltigen, welches ich jederzeit in ihm denke, mir nur bewusst werden, um dieses Prädicat darin anzutreffen ; es ist also ein analytisches Urtheil. Dagegen, wenn ich sage : alle Körper sind schwer, so ist das Prädicat etwas ganz Anderes als das, was ich in dem blossen Begriff eines Körpers überhaupt denke. Die Hinzufügung eines solchen Prädicats giebt also ein synthetisches Urtheil. » *Kritik d. r. Vernunft*, Einleitung, XI, ed. Hartenstein, p. 43.

b) Judicia analytica universalitatem et necessitatem habent quidem, et proinde sunt *a priori*, i. e. non ab experientia ; sed non sunt *extensiva*, et propterea, licet possint esse utilia ad declarandam notionem subjecti, eam nullatenus augent. Judicia synthetica vero sunt *extensiva*, siquidem praedicatum extra notionem subjecti et proinde in experientia desumitur. Ideoque judicia synthetica ex se sunt *a posteriori ;* at, propterea, sunt contingentia, i. e. nullam ex se necessitatem aut universalitatem habent : nam experientia de singularibus agit, et insuper dicit id quod est, non id quod necesse est esse. Quod impedit quominus possint esse scientifica.

c) Attamen, inter judicia synthetica, quaedam Kant animadvertit in quibus necessitas et universalitas adsunt. Hujusmodi judicia existere jam ex eo praevideri poterat quod scientia de facto existit — id Kant initio suae inquisitionis pro certo praesupponere videtur — ; sed praeterea deteguntur, ut existimat Kant, in Mathematica (vg. *linea recta est brevissima inter duo puncta*), in Physica (vg. *in omnibus mutationibus mundi corporei quantitas materiae semper eadem manet*), imo et in Metaphysica (vg. *Quidquid incipit esse habet causam*).

Haec judicia ex una parte sunt *synthetica*, quia praedicatum aliquid novi subjecto superaddit, et ex altera parte sunt a *priori*, quia rationem sui sufficientem (sc. suae necessitatis et universalitatis) ex experientia non habent. Scientia igitur definiri debet : complexus judiciorum syntheticorum a priori ; et *totus labor Criticae eo tendere debet ut determinentur a priori conditiones sub quibus judicia synthetica a priori possibilia sint.*

Quibus conditionibus detectis, eae disciplinae dicendae erunt scientiae in quibus conditiones adimpletae sunt (1).

2° **Critica facultatum.** — Kant tres facultates distinguit : *sensibilitatem* (internam et externam cum imaginatione), *intellectum*, *rationem*, de quibus singillatim agit in I^a p. suae

(1) Cf. Aug. VALENSIN, *art. cit.* col. 736.

Criticae. Ut habeatur cognitio objectiva, seu talis quae objectum habeat, conditiones requiruntur simul ex parte sensibilitatis et ex parte intellectus.

A. ***Æsthetica transcendentalis,*** seu conditiones *ex parte sensibilitatis.* — Mathematica tractat de determinationibus spatii (= geometria) et temporis (= arithmetica). Jamvero ut judicia synthetica Mathesis sint objectiva, quamvis *a priori*, requiritur tanquam conditio : 1. ut objectum perceptionis sensibilis (sc. phaenomenon) duplici elemento constet : sc. *materia*, quae proveniat a re in se (quae est noumenon), et *forma*, quae proveniat a subjecto; — 2. ut forma sensibilitatis sit *spatium* (pro sensibilitate externa) et *tempus* (pro sensibilitate interna). Hac enim duplici conditione posita, jure potest mens judicia a priori ferre de determinationibus spatii et temporis.

Hinc secundum Kantium, *materia* intuitionum sensibilitatis sunt impressiones, quae ab agentibus externis in sensibus excitantur (vg. calor, sonus, etc.). Haec materia accipit extensionem et durationem a subjecto sentiente ope duplicis functionis, sc. formae *spatii*, pro sensibilitate externa, et formae *temporis*, pro sensibilitate interna. Hae formae, si vacuae sunt, i. e. materia expertes, dicuntur *purae*. Hanc doctrinam Kant directe confirmare conatur pluribus argumentis quibus probari putat subjectivitatem spatii et temporis (cf. Cosmologia).

Conclusio Aestheticae : 1. Nulla est cognitio sensibilis (= experientia) in qua sensibilitas aliquid sui non afferat. 2. Spatium et tempus sunt formae sensibilitatis. 3. Mathematica valorem scientiae habet, quia judicia ejus objectis intuitionis sensibilis (= phaenomenis) restringuuntur.

B. ***Analytica transcendentalis,*** seu conditiones *ex parte intellectus.* — 1. Physica de mundo sensibili judicia fert valoris universalis, seu synthetica *a priori*, vg. *in omni mutatione aliquid manet; id quod incipit causam habet.* Jamvero, ut judicia hujusmodi sint objectiva, quamvis *a priori*, requiritur tanquam conditio ut intellectus judicans, qua talis, leges judicandi accipiat non a rebus sed a seipso eas-

que rebus imponat. Advertendum est has leges esse uniformes apud omnes homines. *Leges judicandi*, seu *functiones unitivae*, vocantur *conceptus* vel *categoriae*.

2. Kant duodecim categorias enumerat respondentes judiciis syntheticis, quorum existunt quatuor ternaria :

I Secundum QUANTITATEM	II Secundum QUALITATEM	III Secundum RELATIONEM	IV Secundum MODALITATEM
a) *Judicia* sunt :			
universalia	affirmativa	categorica	problematica
particularia	negativa	hypothetica	assertorica
singularia	infinita	disjunctiva	apodictica
b) *Categoriae* sunt :			
totalitas	realitas	substantialitas (subst. et accid.)	possibilitas (vel imposs.)
pluralitas	negatio	causalitas (causa et effectus)	existentia (vel non exist.)
unitas	limitatio	communitas (actio mutua)	necessitas (vel conting.)

3. Applicatione categoriae constituitur *primo* objectum et *deinde* cognoscitur. Hinc cognitio *objectiva* ea est quae pro omnibus et singulis valet (= necessaria et universalis) ; non autem ea quae rebus tanquam normis dirigitur (nam hoc est impossibile).

4. Cum sensibilitas et intellectus sint facultates heterogeneae nec possint inter se communicare, necessarius est mechanismus quidam intermedius, qui intuitiones sensibilitatis intellectui accommodet : hic appellatur *Schematismus* imaginationis. Schemata conveniunt aliquo modo hinc cum intuitionibus inde cum categoriis, atque ita intellectum ad certas categorias prae aliis applicandas inducere possunt (1).

NOTA. — Determinatio conditionum scientiae mediantibus formis intuitionum et categoriis intellectus vocatur « *deductio transcendentalis.* » Centrum vero synthesis intellectualis, quo confluunt multi-

(1) Cf. Aug. VALENSIN, *La théorie de l'expérience d'après Kant*, *Rev. de phil.*, juillet 1908.

plices empiricae intuitiones et in quo ope categoriarum ad unitatem syntheticam ordinantur, vocatur *aperceptio* originaria pura : *Ego cogito.*

Conclusio Analyticae : 1. Scientia, seu scientifica cognitio, transcendere nequit limites experientiae actualis aut possibilis : secus, careret objecto ; — 2. Metaphysica non est scientia : nam caret objecto, siquidem agit de rebus quae nec apparent nec apparere possunt.

C. ***Dialectica transcendentalis,*** seu ***Critica rationis.*** — Conclusio modo statuta ex ipsa consideratione Metaphysicae confirmatur. Ratio, ubi *conceptus* suos extra ambitum intuitionis porrigit, ad tres *ideas* pervenit sc. ad Ego, mundi, Dei, quibus construuntur psychologia, cosmologia et theodicea. Jamvero in hoc opere exsequendo ratio internam sui vanitatem prodit.

1° *Psychologia rationalis* speculatur circa id Ego in se; sed id Ego non apparet ut est in se, sed sub phaenomenis internis et proinde cum forma subjectiva *temporis.* Quid sit in sua essentia vel in suis proprietatibus sciri omnino nequit. Totus labor rationis circa id Ego *noumenale* in paralogismos transcendentales desinit.

2° *Cosmologia rationalis* circa *mundum* speculans in *antinomias* incidit, sc. in propositiones contradictorias, quarum utrumque membrum aequalibus argumentis demonstratur, vg. *thesis :* « mundus initium habuit in tempore et limitatus est in spatio » — *antithesis :* « mundus initium non habuit in tempore, nec est limitatus in spatio » ; — *thesis :* « omnis substantia composita constat partibus simplicibus. » — *Antithesis :* « Nihil existit quod sit simplex » ; etc.

3° *Theodicea rationalis* speculatur circa *Deum.* Jamvero omnia argumenta pro existentia Dei sunt : *ontologicum, cosmologicum, teleologicum,* ex quibus vero nullum est validum.

Hinc de realitate *noumenali* proprii Ego, Mundi, Dei, nihil potest *sciri.* Attamen tres *ideae* rationis hoc commodum habent quod synthesim superiorem permittunt et unitati mentali favent.

Conclusiones generales : 1. *Mathematica* et *Physica* habent valorem scientificum, nam agunt directe de phaenomenis ; — 2. *Metaphysica* non est scientia : agit enim de re in se, seu de noumeno (= *Agnosticismus metaphysicus*) ; — 3. Ratio suis *ideis* altiorem unitatem efficit, sed rem in se attingere nequit ; — 4. Exinde manifesta est inanitas omnis doctrinae sive quae negat sive quae affirmat realitatem vel proprietates rerum in se vg. Dei, animae, mundi ordinati, etc. ; — 5. Attamen realitates, quae *Imperativo categorico* postulantur, pro certis teneri debent, non *scientia* quidem, sed *fide*, i. e. credendae sunt, licet maneant scientifice incognitae (= *Dogmatismus moralis*) (1).

IIa PARS : Examen criticum doctrinae Kantianae.

Praenotanda : 1. De modo quo instituenda sit confutatio Kantii legi possunt : Farges, *Rev. de phil.*, juillet 1907 ; — Sentroul, *Rev. néo-scol.*, mai, 1907 ; *Rev. de phil.*, nov. 1907 ; *Rev. néo-scol.*, mai 1911.

---

(1) « Aussi bien ne puis-je même admettre Dieu, ni la liberté, ni l'immortalité en vue de l'usage pratique nécessaire de ma raison, si je ne supprime en même temps à la raison spéculative ses prétentions aux aperçus transcendants. Car elle a besoin, pour y parvenir, de principes qui, ne s'étendant, en fait, qu'aux objets de l'expérience possible, dès qu'on les applique à une chose qui n'est pas susceptible d'expérience, la transforment effectivement chaque fois en phénomène, et montrent par là que toute extension pratique de la raison pure est impossible. J'ai dû, en conséquence, supprimer la *science* pour faire place à la *foi*. Et c'est le dogmatisme de la métaphysique, c'est-à-dire le préjugé que l'on y peut progresser sans critique de la raison pure, qui est la véritable source de l'incrédulité qui combat la morale — cette incrédulité est toujours extrêmement dogmatique. Si donc il n'est pas précisément difficile de léguer à la postérité une métaphysique systématique composée d'après le plan de la critique de la raison pure, ce n'est point là un don de médiocre valeur... surtout si l'on prend garde à l'inappréciable avantage, fourni par là, d'en finir une bonne fois avec toutes les objections contre la moralité et la religion, par le procédé socratique, c'est-à-dire par la démonstration évidente de l'ignorance des adversaires. » *Kritik der reinen Vernunft*, Préf. à la 2 éd. (éd. Hartenstein, p. 27-28).

2. Per se patet brevissimam confutationem Kantianismi haberi in admissione *perceptionismi*, seu immediatae perceptionis mundi sensibilis. Doctrina enim Kantiana est solutio quaedam problemati critico data ; perceptionismus autem problema criticum, saltem quatenus spectat ad res externas, penitus tollit. Cf. infra in *Crit. speciali.* Nihilominus problema criticum reapse ponitur et solvi debet (1).

3. *Praesumptio generalis* contra Kant in eo reperitur quod *a*) explicatio ejus valde complicata est, in multisque punctis obscura, quod non concordat cum simplicitate aut perspicuitate veritati propria ; — *b*) post eam attente consideratam, non experitur mens eam pacem intellectualem quae consequi solet exercitium naturale facultatum ; sed manet potius mens inquieta et anxia ; — *c*) Praesertim vero separatio inter rationem speculativam et rationem practicam, seu inter intellectum et voluntatem non potest ullo modo probari : amarum sapit quod dirigere debeat vitam ea facultas quae non videt.

ARGUMENTATIO

Nota. Nolumus omnia reprehendere in quibus Kantianismus peccat ; tria solummodo seligimus, quibus vitiatur systema.

I^m^. Fundamentum systematis situm est in judiciis syntheticis *a priori*, quippe quae sola extensiva sint et simul necessitatem et universalitatem habeant — quod ad scientiam constituendam requiritur. Hoc asserit Kant idemque concedunt Kantiani omnes. Quare si destruatur fundamentum, tota superstructio destructa erit. Jamvero fundamentum istud est valde labile, imo nullum.

II^m^. Hoc est essentiale Kantianismo ut syntheses intuitionum seu judicia fiant modo caeco (cf. supra deductionem transcendentalem), i. e. applicatio categoriarum fit absque perspecta apprehensione motivi cur praedicatum

(1) Cf. Aug. Valensin, art. *Criticisme Kantien*, col. 749 sq.

conjungatur cum subjecto propositionis. Hoc autem admitti nequit.

III^m. Tandem hoc etiam est essentiale Kantianismo ut nulla res cognoscatur sicuti est in se : nam judicia pro materia habent intuitiones sensibilitatis sub forma spatii et temporis apparentes. Sed neque hoc admitti potest.

Probandae sunt singulae MINORES :

I^a : Existentia judiciorum syntheticorum a priori non est certa.

A. ***Non probantur ratione.*** — Ratio a Kantio allata desumitur ex eo quod hujusmodi judicia, ad scientiam requisita, necessitatem suam et universalitatem ab experientia *sola* accipere nequeunt. Exinde concludit : eam accipiunt a *sola* mente ; atque ideo ea judicia dici debent *a priori*. Jamvero huic conclusioni subjacet principium istud : « Quod non est formaliter contentum in experientia (= a priori) illud provenit a sola mente (= a priori). » Arbitratur nempe Kant vocem *a priori* in primo et in altero casu idem significare.

Haec autem identificatio gratis assumitur (de facto nullibi demonstratur a Kantio) et admitti nequit. Nam ex eo quod necessitas et universalitas cognitionis non explicatur solo Empirismo, non immediate sequitur confugiendum esse ad Criticismum. Manet sc. Peripatetismus scholasticus, in quo necessitas et universalitas cognitionis apte explicatur abstractione, deductione, inductione.

1° *Abstractione : a*) Mens in objectis sensibus apprehensis naturam separatim a notis individuantibus concipit ; natura sic abstracta est objectiva quidem (= *id quod concipitur*) sed simul universalis et necessaria (= *modus quo concipitur*) ; — *b*) inter naturas sic abstractas mens relationes necessarias et universales videt ; — c) et ita formare potest judicia necessaria et universalia ideoque scientifica, ex apprehensa natura rerum et non ex applicatione formae subjecto innatae, vg. conceptis *toto* et *parte*, intelligitur non solum *hoc totum*, sed *omne totum* necessario esse majus sua

parte, etc. Hoc modo acquiruntur principia per se nota quoad nos (1).

2° *Deductione :* Exordio desumpto ex facto concreto vel ex veritate ideali, possunt, mediante principio aliquo universali, nova judicia obtineri, cujus vabor sit stricte scientificus ; vg. *ex facto concreto :* « Ego sum » et proinde habetur ratio sufficiens ut sim, quae ratio sufficiens est in me aut in alio. A. non est in me, quia... E. est in alio, qui Deus est. E. Existit Deus ; — *ex veritate ideali :* positis principiis paucis, construitur tota Mathematica.

3° *Inductione :* Judicia *synthetica a posteriori* de se universalia non sunt ; sed elevari possunt ad universalitatem et necessitatem, saltem physicam, mediante ratiocinio inductivo (cf. infra in *Crit. spec.*) vg. Judicium : « omnia corpora sunt gravia » est judicium scientificum, licet syntheticum a posteriori, quia, experimentis methodice variatis, jure concluditur gravitatem ad naturam corporum, qua talium, pertinere.

Corollarium. — Hinc falsum est judicia analytica non esse scientifica, siquidem judicia mathematica et principia prima in genere sunt analytica.

B. ***Non probantur factis.*** — Affert Kant plura judicia quae censet esse synthetica a priori. — 1° Pro Kant, judicium est *analyticum*, si in eo praedicatum reperitur in notione subjecti ; secus est *syntheticum*. Pro Scholasticis, judicium analyticum est illud in quo nexus praedicati (cujus notio jam in mente habetur) cum subjecto (= l'appartenance du prédicat au sujet) innotescit ex ipsa consideratione subjecti. — 2° Pro Kant, judicium *a priori* est illud cujus necessitas provenit a sola mente objecta construente ; pro Scholasticis, judicium *a priori* est illud cujus necessitas fundamentum suum habet in rebus quarum conceptus abstracti formaliter sunt in mente.

(1) Cf. S. Th., I q. 74, 79, 84 seq ; — Peillaube, *Théorie des concepts*, pp. 267 sqq ; id., *Dict. de théol. cath.*, art. *Ame*, col. 1027 ; — Mercier, *Crit. gén.*, pp. 315 sqq ; — Aug. Valensin, *art. cit.*, col. 751.

Quaestio utrum judicia a Kant allata dicenda sint synthetica a priori necne est pure *nominalis*. Ea non esse *realiter* a priori dictum est modo sub A. Quid autem sint ea judicia pro scholasticis breviter recolendum est (1) :

I. *Judicia Math. Arithmetica.* — Judicium 7 + 5 = 12 est analyticum ; nam nexus seu identitas praedicati cum subjecto innotescit ex analysi subjecti. Nempe in 7 + 5, ob signum +, implicite continetur summa unitatum quibus singulae partes (7 et 5) constant ; ergo continetur numerus 12. Neque objiciatur : in subjecto invenitur conceptus *summae* 7 + 5, non autem conceptus *aequalitatis* cum numero 12. Nam in conceptu summae 7 + 5 certo certius invenitur conceptus numeri 12 : quandoquidem 12 non virtualiter tantum sed formaliter (i. e. per identitatem) in conceptu 7 + 5 invenitur. Jamvero in judicio 7 + 5 = 12, praedicatum est ipsemet numerus 12 : nam 7 + 5 = 12 idem valet ac 7 + 5 EST 12. Hinc in conceptu summae 7 + 5 invenitur formaliter *identitas* cum 12, et virtualiter conceptus *aequalitatis*, cum haec identitas sit aequalitas cum 12.

II. *Judicia Geometriae purae.* — Judicium : *linea recta est brevissima inter duo puncta* est analyticum. Nam *linea recta* non est sumenda *absolute* sed *comparative*, sc. respectu lineae non rectae. Jamvero in notione lineae rectae cum curva comparatae continetur idea majoris brevitatis.

III. *Judicia Physicae.* — *a*) Judicium : *In omni mutatione mundi corporei, quantitas materiae semper immutata manet* non est syntheticum *a priori*. Nam 1° si intelligitur lex chemiae : pondus corporum in reactionibus chemicis idem manet (LAVOISIER), judicium est syntheticum *a posteriori*. 2° Si significat nihil in mundo annihilari, judicium non est scientificum, sed probabile, et totum nititur in experien-

(1) Cf. MERCIER, *Crit. gén.*, pp. 258-265 ; — T. PESCH, *Inst. log.*, t. II, p. 366 ; — Th. HARPER, *The metaphysics of the School*, t. II, p. 137 ; — St. de BACKER, *Theologia naturalis* (Beauchesne 1908), pp. 42-46.

tia. — *b*) Judicium : *Inter actionem et reactionem habetur aequalitas*, non est *a priori* certum ; eatenus valet quatenus experientia probatur.

IV. *Judicia Metaphysicae.* — Principium causalitatis : *Quidquid incipit esse habet causam* vel *quidquid contingenter existit habet causam*, pro Scholasticis est analyticum : nam identitas praedicati cum subjecto innotescit ex analysi subjecti. In eo quod contingenter existit non reperitur existentia absoluta, quae proinde participata est ; atqui non ab ipso ente contingente, nec a nihilo ; ergo ab alio, sc. a causa. Hinc habetur identitas inter *contingens* et *habens causam* (1). Quare valor principii causalitatis nequit intra limites experientiae coarctari ; sc. ex ente contingente possumus ascendere ad causam ejus, licet haec causa sit ordinis metempirici.

II[a] : **Judicia non formantur caeca applicatione categoriarum.** — Explicatio Kantiana conciliari nequit cum factis introspectione notis.

1° Adhibita reflexione, conscii sumus non tantum judicii hic et nunc prolati, verum etiam *motivi* cur illud proferamus. Conscii sumus nexum inter subjectum et praedicatum affirmari non a nobis volentibus, nec a nobis inconsciis et caecis, sed a nobis videntibus. Tribuimus nempe praedicatum subjecto postquam vidimus, quia vidimus, eatenus quatenus vidimus praedicatum convenire subjecto. Aliis verbis, jungimus praedicatum subjecto sub influxu nexus objective existentis seque nobis evidenter manifestantis, non autem ex applicatione caeca categoriae menti insitae.

2° Si formarentur judicia eo modo quo dicit Kant, statim ac existerent intuitiones sensibilitatis, vi quadam necessaria intellectus in judicia certa prorumperet. Atqui res non ita se habere conscientia testatur. Saepe enim accidit quod mens, praesentibus terminis, maneat suspensa ; reflexione autem adhibita, clarum est suspensionem judicii ex eo pro-

(1) Cf. Mercier, *op. cit.*, pp. 264-266.

venire quod nexus non innotescit inter subjectum et praedicatum ; verum statim ac innotescit nexus, vg. ope demonstrationis, desinit suspensio mentis et judicium fertur. Hinc ratio conjungendi praedicatum subjecto non est in nobis, sed extra nos, sc. in objecto (1).

III[a] : Cognitione attingi possunt res sicuti sunt in se ; vel attingi possunt res quae sunt et non tantum res quae subjective apparent.

NOTA. — 1. Si *res in se* intelligatur res nullam relationem habens cum cognoscente, clarum est rem in se non cognosci. Sed hoc est pseudo-problema. — 2. Si *res in se* intelligatur *res prout est*, eo modo quo est extra mentem et prout detegitur, saltem partialiter, a mente, accipi potest problema ; illudque solvimus affirmative. — 3. *Res in se* attingimus variis modis : sive *immediate* (ita τὸ Ego cum statibus ejus), vel *mediate*, et quidem vel ita ut medium non se habeat in ratione objecti visi (= species impressa, secundum quosdam), vel ita ut medium ipsum cognoscatur (sic cognitis effectibus finitis, cognoscitur realitas ipsa Dei modo saltem analogico).

Arg. I[m]. — Vanum est discrimen inter *noumenon* et *phaenomenon*, ubi agitur de factis conscientiae : siquidem pro factis conscientiae *esse* et *apparere* est idem. Hinc τὸ Ego, prout apparet conscientiae in suis actibus et statibus, non est potius phaenomenale quam noumenale : pro conscientia τὸ Ego *est* id quod *apparet ;* phaenomenon est noumenon. Jamvero conscientia apprehenditur proprium Ego sentiens, intelligens, volens, etc., et sic potest ejus natura determinari (2).

Arg. II[m]. — Ex τῷ Ego *reali*, tanquam ex fundamentali realitate inconcussa, erui possunt (et revera eruuntur) primae notiones reales, ideoque noumenales : *ens*, *substantia*, *causa*, *ratio sufficiens*, *etc.*, quae non cogitantur tantum sed

(1) Cf. MERCIER, *op. cit.*, pp. 240 sq. ; — Th. FONTAINE, *De la sensation et de la pensée*, pp. 185, 191 ; — de BACKER, *Instit. Metaphysicae specialis*, t. III, p. 216 ; t. IV, p. 46 ; — REINSTADLER, *Elem. phil. schol.*[4], t. I, p. 145.

(2) Cf. Aug. VALENSIN, *art. cit.*, col. 754, n. 3. a.

vere cognoscuntur ut sunt realiter. Ex τῷ Ego reali, mediante principio rationis sufficientis, possumus igitur existentiam animae ejusque immortalitatem deducere ; item existentiam Dei et totam theodiceam, saltem ejus praecipuas theses.

Nota. Caetera vitia doctrinae Kantianae videri possunt apud Aug. Valensin et auctores quos citat. Ad haec fere reducuntur : 1. Falsum est judiciis analyticis nihil nos doceri : judicia mathematica sunt analytica et simul cognitionem augent. — 2. Falsum est antinomias rationis argumentis utrinque validis demonstrari, vel non posse solvi haec argumenta : reipsa solventur suo loco in Cosmologia, Psychologia, Theodicea. — 3. Falsum est *spatium* et *tempus* esse formas *a priori* subjecto insitas. — 4. Indebite assumit Kant existere *noumenon* aliquod incognitum : *a*) haec realitas attingi nequit nisi transcendentali usu principii causalitatis, quem condemnat Kant ; *b*) si potest aliquo modo cognosci *existentia* realitatis noumenalis, eodem modo poterit *natura* ejus quadamtenus cognosci ; *c*) saltem sciri nequit utrum in realitate noumenali existant plures homines : ita corruit fundamentum ethicae socialis et altruismi (1).

Scholia

I^m ***De periculis in doctrina Kantiana contentis.***

Kantianismus non solet ita devincire animos ut discipulos habeat qui *totum* systema Kantianum defendant (2). Sed vis ejus est potius *destructiva*, in eo consistens quod animi rectitudinem innatam ejusque claritatis amorem perturbat ; quibus turbatis, nihil jam certum manet, omnia fluctuant atque vacillant (3).

---

(1) « La théorie écartée, disait Kant, il reste la pratique ; la métaphysique mise à néant, il reste la morale ; et la morale, fondée sur une idée qui nous est toujours présente de devoir ou de loi à accomplir, avec des croyances, à défaut de science, qui s'en concluent, se suffit à elle-même. Mais qu'est-ce que ce « nous », si d'aucune existence nous ne pouvons rien savoir ? Que peut bien être une loi pour qui ignore ce qu'il est et même s'il est. Et qu'est-ce que cette loi même qui se réduit à une stérile généralité ? » F. Ravaisson, *Rev. de Mét. et de Mor.*, 1893, p. 7.

(2) Cf. Fonsegrive, *Essais sur la connaissance*, pp. 107-131.

(3) « Le kantisme est moins pernicieux par les erreurs qu'il introduit dans les esprits que par la déformation générale qu'il leur

II^m *De relationibus Kantianismi cum orthodoxia.*

Opus *Kritik der reinen Vernunft* inscriptum est in *Indice* die 11 junii 1827. Doctrina Kantiana nullatenus potest consistere cum catholica : *a*) quatenus est *agnosticismus metaphysicus*, seu ignorantia de rebus in se ; — *b*) quatenus est *dogmatismus moralis*, seu moralismus justificatione intellectuali destitutus ; — *c*) quatenus religionem et dogmata religiosa symbolice explicat. Hinc nihil mirum quod doctrina Kantiana pluries damnata fuerit ab auctoritate Ecclesiae suprema. Cf. Leo XIII, Encycl. *Aeterni Patris*, 4 aug. 1879 ; Id., Encycl. au clergé français, 8 sept. 1899 ; — Pius X, Encycl. *Pascendi*. — Vide J. Halleux, *La philosophie condamnée* (Desclée 1908) ; — Cardinal Mercier, *Le Modernisme* (Bloud 1910) (1).

---

fait subir. C'est presque encore moins un système faux qu'un dissolvant intellectuel ; c'est l'eau régale de l'intelligence. Kant commence par déformer l'intelligence, tellement qu'elle n'est plus susceptible que de certaines vérités, de certaines erreurs, et surtout de constants compromis entre la vérité et l'erreur... Comme nous, thomistes dogmatistes, Kant parlera de *vérité*... » Or « la vérité pour lui n'est pas proprement la reconnaissance de ce qui est... *La vérité de la connaissance consiste à faire à propos du réel existant mais nécessairement ignoré en lui-même, et toutefois sous une certaine action de ce réel, des jugements qui soient psychologiquement et dialectiquement normaux*... » Mgr Ch. Sentroul, *La phil. relig. de Kant, Revue des Sciences phil. et théol.* 1910, pp. 49-53 (les italiques sont de l'auteur).

(1) « On a dit que l'apologétique des modernistes se ramenait au Kantisme... Le point de contact le plus important entre Kant et les modernistes tient dans leur accord à adhérer au primat de la raison pratique, et surtout dans leur accord à en faire la clef de voûte de leur système respectif. Il est facile, en outre, de retrouver dans Kant, après le pragmatisme d'un Le Roy, l'évolutionnisme d'un Loisy et le symbolisme d'un Tyrrell. Kant, en effet, définit *a priori*, d'après et à travers son système, ce qui est vraiment le sens de l'Écriture, il explique ensuite pourquoi on ne l'a point compris jusqu'ici. Pour la tradition, et avant elle l'Écriture, elles opèrent la fixation de la mentalité religieuse, mais la vraie valeur de cette mentalité reste à dégager par le savant au moyen de la philosophie critique qui aura déterminé ce que sont vraiment la vérité, la croyance, la morale, le dogme, la religion, étant donné ce que tout cela peut être. » Sentroul, *ibid.*, p. 254.

III^m *De fructibus Kantianismi.*

Ex doctrina Kantiana *duae* directiones cogitationis philosophicae emanarunt, quas observare licet totum saeculum XIX^m pervadentes (1) : *a*) Ex critica *rationis purae* profluit tendentia *positivo-agnostica*, Deum (imo totum mundum metempiricum) vel negans vel plane incognoscibilem proclamans ; — *b*) Ex critica *rationis practicae* profluit dispositio *subjectivo-idealistica*, secundum quam Deus, extra scientiam exulans, corde aut sensu quodam attingitur, absque mediatione ullius facultatis cognoscitivae, cui substituitur mediatio voluntatis moralis Deum « postulantis », eumque cum unoquoque « credente » conjungentis. Cf. R. de la Broise, *Un siècle*, pp. 669 sq. (2).

Difficultates.

Nota. Duplici modo, ut dictum est supra de Cartesio, impugnari potest thesis statuta : vel ostendendo ea non contineri doctrinam genuinam Kantii — vel ostendendo doctrinam sic expositam invalidis argumentis repelli. Quod ad primum modum spectat pauca volumus animadverti :

1° Non ignoramus nunc circumferri omnino alienam Kantii interpretationem, cujus haec fere essent praecipua capita : *a*) Secundum Kant, nulla est cognitio *proprie dicta* nisi ea quae « continuari » possit in intuitione sensibili ; haec est conditio *a priori* cognitionis humanae : si quid cognosci velit ab homine, id ingredi debet per portam sensuum. Jamvero idem Scholastici tenent, siquidem de rebus sensibilibus tantum docent existere conceptus *proprios*. — *b*) Secundum Kant, omnis cognitio cujus materia (subjectum et praedicatum) non est sensibilis, debet dici *improprie*

(1) Cf. C^al Mercier, *Crit. gén.*, pp. 120 sq.

(2) « Prenez ces théories fondamentales de la doctrine Kantienne... vous verrez sans peine comment le siècle oubliant les religions positives et les devoirs de l'homme envers un Dieu personnel, a vu surtout dans la religion un *fait psychologique*, un sentiment ou une idée, le plus pressant besoin de l'âme et la plus noble de ses conceptions. » Id., *l. c.*

dicta, et vocari potest *fides*. Sed nonne dicunt Scholastici res metempiricas non proprie sed *analogice* tantum cognosci ? — *c*) Secundum Kant, homo leges praescribit rebus, quae cognosci velint, non tantum sensibilitate sua sed etiam intellectu suo : sc. homo cognoscit *ligando* intuitiones sensibilitatis (objective sumptas) et transeundo ex una ad aliam. Ac proinde res, ut possint cognosci, debent sese conformare huic conditioni intellectus humani, sc. necesse est realitas noumenalis sese dividat in varia fragmenta quae mens categoriis suis postea componet. Sed iterum idem docet sanctus Thomas (1). — *d*) Formae Kantianae duplici modo possunt intelligi : vel ita ut pendeant ab homine, vel ita ut sint homini ab extra impositae, sc. ab auctore naturae. Prima interpretatio non est Kantiana ; altera sen-

(1) « Intellectus humanus necesse habet intelligere *componendo* et *dividendo*. Cum enim intellectus humanus exeat de potentia in actum, similitudinem quamdam habet cum rebus generabilibus quae non statim perfectionem suam habent, sed eam successive acquirunt. Et similiter intellectus humanus non statim in prima apprehensione capit perfectam rei cognitionem ; sed primo apprehendit aliquid de ipsa, puta quidditatem ipsius rei, quae est primum et proprium objectum intellectus ; et deinde intelligit proprietates et accidentia et habitudines circumstantes rei essentiam. Et secundum hoc necesse habet unum apprehensum alii componere et dividere, et ex una compositione et divisione ad aliam procedere ; quod est ratiocinari... Intellectus autem divinus et angelicus cognoscunt quidem compositionem et divisionem et ratiocinationem, non tamen componendo et dividendo et ratiocinando, sed per intellectum simplicis quidditatis. » *S. th.*, I, 85. 5. « Similitudo rei recipitur in intellectu secundum modum intellectus, sed non secundum modum rei. Unde compositioni et divisioni intellectus respondet quidem aliquid ex parte rei ; tamen non eodem modo se habet in se sicut in intellectu... Reali compositioni respondet compositio intellectus, secundum quam praedicatur accidens de subjecto, ut cum dicitur : *Homo est albus*. Tamen differt compositio intellectus a compositione rei. Nam ea quae componuntur in re, sunt diversa ; compositio autem intellectus *est signum identitatis* eorum quae componuntur. Non enim intellectus sic componit ut dicat quod homo est albedo ; sed dicit quod homo est albus ; i. e. habens albedinem. Idem autem est subjecto quod est homo et quod est habens albedinem. » *Ib.* ad 3.

sum rectum habet : limitationes humanae mentis et functiones ejus ei insitae sunt a natura. Cognitio per categorias idem est ac cognitio discursiva scholasticorum. Hoc sensu mens leges praescribit rebus, et ipsa est autonoma. — *e*) « Construere objectum » idem est ac « objectum construi » : construitur autem objectum ita ut menti humanae accommodetur. Idem scholastici dicunt ubi distinguunt objectum *materiale* (= res in se = noumenon) et objectum *formale* (= res in mente = phaenomenon) (1). — *f*) Kant specifice differt a scholasticis sua doctrina de autonomia voluntatis et legis moralis (2).

2° Ad haec respondemus : *a*) Hujusmodi interpretatio doctrinae Kantianae plerisque ipsius Kantii discipulis prorsus inaudita sonat : pro eis, invenire Aristotelem in *Critica rationis purae* est idem ac legere Alcoranum in Evangelio

(1) L'objet *formel* des scolastiques est *ratio sub qua terminus attingitur a potentia activa ;* il dépend, par suite, de la constitution de la puissance active. — Mais 1° pour les Scolastiques, le terme atteint immédiatement c'est la chose en soi ; pour Kant, c'est l'intuition. — 2° pour les Scolastiques, la faculté est ordonnée à représenter les choses (ce qu'ils appellent *connaître*) ; pour Kant, le rôle de la faculté n'est que de *lier* des *intuitions* sous un concept (et c'est ce qu'il appelle *connaître*). Aussi 3° les Scolastiques, malgré que les actes particuliers dépendent immédiatement de la faculté de connaître, prétendent bien que, sauf pour la science divine, c'est la chose qui, en dernière analyse, mesure l'acte, car l'acte *dépend de la faculté, qui est ordonnée à la chose*. Pour Kant, la faculté ne dit, d'elle-même, aucun rapport à la *chose*, mais seulement à *l'objet*, c'est-à-dire au corrélatif de sa manière naturelle d'agir. On voit donc que le grand problème en face du Kantisme est de *prouver que les facultés sont faites pour représenter les choses ;* — et c'est souvent ce que l'on oublie, en se contentant de déduire *par analyse de la nature de nos facultés de connaître* (supposées facultés de connaître *les choses*) qu'elles connaissent les choses comme elles sont, sans quoi elles ne connaîtraient pas — ce qui est une pétition de principe.

(2) Certains vont même plus loin. C'est, disent-ils, l'autonomie de la *Raison universelle* que Kant a admise et non pas l'autonomie de la personne humaine individuelle. L'impératif catégorique est un ordre de la Raison universelle, dont toute raison particulière participe. Ce que Kant rejette, c'est *un ordre venant d'une volonté, en*

sancti Joannis ; — *b*) Si quis invincibiliter ostenderet doctrinam Kantianam, aliquot punctis omissis, reduci posse ad Aristotelicam, aliquid sane esset mutandum in confutatione nostra Kantii, non autem in solutione nostra problematis critici ; — *c*) Cum talis demonstratio nondum effecta sit, putamus argumenta nostra contra Kant retinenda esse.

Objectiones.

1. Contentio inter Kantium et scholasticos est mere verbalis : quod ille « applicationem categoriarum » vocat, hi abstractionem appellant. — 2. In omni cognitione, subjectum aliquid sui necessario confert. — 3. De facto, scholastici docent necessitatem et universalitatem provenire a mente. — 4. Cognosceremus res secundum impressiones quas faciunt in nos ; sed impressiones hujusmodi pendent ab organis, ita ut oculis res appareant coloratae, auribus sonorae, — quin existat in rebus color nec sonus. E. a pari idem dicendum est de extensione et de duratione. — 5. Quod est necessarium, id imponitur menti. Sed id quod menti imponitur a natura mentis pendet. Nam si mens alia esset, aliter perciperet. — 6. Quod est necessarium, illud est caecum. R. d. necessarium necessitate *subjectiva*, per modum impulsus qui cohiberi nequit, *c* ; necessitate *objectiva*, per modum objecti menti innotescentis, *n*. — 7. Kantius salvat simul scientiam at metaphysicam ; non est igitur ei succensendum (1).

---

tant que volonté, nous liant par promesse ou menace. Jamais une promesse ni une menace ne pourront constituer un *devoir*, mais seulement une *sanction*. Seule la Raison oblige et peut obliger en conscience ; mais aussi toute prescription de la raison oblige en conscience.

Ceux qui poussent jusque-là la réhabilitation de Kant ne lui reprochent, en somme, que d'avoir relégué la religion dans l'ordre affectif de la croyance, et d'avoir minimisé le christianisme par un symbolisme qui vide l'Écriture de son contenu dogmatique.

(1) « Oui, le formalisme de Kant donne encore une portée à la science et à la morale ; mais quelle portée ? Assurément pas celle

Sommaire. — 1. *L'on croyait, avant Kant, que les jugements universels et nécessaires provenaient de l'action des objets sur nous. L'esprit tournant, pour ainsi dire, autour des choses, en abstrayait successivement les divers caractères qu'il joignait ensemble pour avoir de l'objet une connaissance non pas, certes, adéquate, mais, quand même, essentielle. Les choses étaient immuables ; c'étaient des centres immobiles.*

D'après Kant, c'est l'esprit qui est immobile, et ce sont les choses qui tournent autour de lui. A mesure qu'elles tournent, il leur prescrit ses lois : il les revêt d'étendue et de durée ; il établit entre elles des rapports de substance à accident, de cause à effet, de contenant à contenu, etc. Ainsi se construisent les objets. Mais il est clair que les choses ne se composent ainsi en objets que pour autant qu'elles apparaissent à l'esprit, qu'elles sont dans le champ de la cons ience. Ce qu'elles sont en dehors reste mystérieux, à jamais inconnaissable.

2. *Au point de vue critériologique, cela signifie deux choses* : 1° *la synthèse du sujet et du prédicat s'opère dans les jugements, en vertu de fonctions unitives inhérentes à l'esprit et appelées* concepts *ou* catégories ; — 2° *Il n'existe pas de rapport de ressemblance entre la synthèse mentale et la réalité extra-mentale ou* noumène. *Le* noumène *est pensable ; il n'est pas connaissable.*

3. *Mais pour Kant et pour tous les philosophes qui dérivent de lui, il y a un dualisme absolu entre l'*Intelligence *et la* Volonté. *L'intelligence, d'elle-même, n'atteint pas la réalité. La volonté, d'elle-même, atteint la réalité. Et voici la raison de la différence. L'intelligence est* une faculté de représentation *et une* faculté de réflexion. *La seconde fonction de l'intelligence est seule à proprement parler connaissance, sans quoi il faudrait dire que l'intelligence connaît en dehors d'elle-même, ce qui est contradictoire. Il en résulte que la connaissance, c'est la* réflexion de l'intelligence sur sa représentation. *Mais la représentation est une* construction de l'intelligence *à laquelle la réalité apporte la* matière, *mais que l'intelligence transforme doublement, d'abord à travers les sens par l'impression de toutes les qualités sensibles, produit de l'activité de nos sens, puis par le sens intime, qui lui imprime les deux formes de l'*espace *et du* temps, *enfin par l'intelligence strictement dite, qui lamine pour ainsi dire cette matière réelle déjà si profon-*

---

que les aspirations de l'âme humaine réclament ! Que la *science* atteigne, pénètre, classe uniquement les phénomènes constitués par l'esprit selon ses lois ; que la morale pratique et religieuse soit sans justification spéculative, voilà qui ne sera jamais admis avec sérénité ni dans les esprits ni dans le cœur des hommes ! C'est du réalisme qu'on veut pour la science, et c'est une base théorique qu'on réclame pour la morale. » Paul Gény, *Une nouvelle théorie de la connaissance*, (Tournai, Casterman 1909), p. 2.

dément transformée à travers telle ou telle des douze catégories *d'être, de substance, de cause, etc. Il en résulte qu'une fois la construction achevée, la réalité est méconnaissable, et quand, la* réflexion *se posant sur elle, l'*acte de connaissance *s'achève, nous sommes vraiment fondés à dire avec Pfleiderer, qui n'est du reste que l'écho de Kant lui-même :* la réalité est nécessaire *pour que la connaissance ait lieu, sans quoi le moulin ne broierait que du vent, mais de cette réalité nous ne connaissons vraiment* rien *dans toute la force du terme.*

La volonté, au contraire, n'étant pas faculté de représentation *atteint directement et immédiatement la réalité telle qu'elle est. C'est là le principe de la distinction entre la* Raison spéculative *appliquée à connaître, et la* Raison pratique *appliquée à agir et à diriger l'action.*

4. *Cette doctrine se réfute* : A. **positivement** : 1. *La synthèse n'est pas aveugle : chacun en se regardant agir, au moment où il énonce un jugement, au moment où il affirme, par la copule* est, *l'identité de l'attribut et du sujet, se rend parfaitement compte que cette synthèse s'effectue à la lumière de motifs, ou mieux sous l'action d'un objet à l'égard duquel la faculté est contemplative et par lequel elle se laisse modeler.*

2. *Ensuite, l'esprit atteint la* chose en soi, *non pas la chose isolée, coupée de toute communication avec l'esprit, mais la chose telle qu'elle se montre à l'esprit ; et elle se montre telle qu'elle est, bien qu'elle ne manifeste pas tout ce qu'elle est. Il y a adéquation entre l'esprit jugeant et l'objet formel, i. e. le côté par où l'objet se manifeste à l'esprit.*

B. **Négativement** — *ou* polémiquement — *en suivant pas à pas la* Critique de la raison pure, *et en critiquant chaque démarche de l'auteur. Il ressort de cet examen qu'il n'y a place nulle part pour des* jugements synthétiques a priori.

ART. V

Solutio Scholastica.

Ut pluries dictum est, Scholastici problema criticum *sub forma problematis* non tractarunt. Attamen de modo cognitionis humanae et de valore ejus objectivo plurima tradiderunt quibus reipsa solvitur problema sub forma quam a modernis accepit (1). Scholasticis fuisse doctrinam com-

(1) « Il est important de répéter que ni saint Thomas ni Aristote n'ont fait *ex professo* une critériologie. Une critériologie... ne saurait être thomiste qu'en usant de principes que saint Thomas a répandus çà et là, plus ou moins *ex professo*, selon l'à-propos. Surtout saint Thomas n'a pas directement réfuté Kant cinq siècles avant l'existence de Kant. Ce qui ne veut pas dire qu'il n'ait pas fourni de quoi le réfuter. » Mgr Sentroul, *Rev. Thomiste*, 1907, p. 492, note 2.

munem de valore logico cognitionis historice constat ; imo in hoc invenitur unum ex signis *Scholasticismi* propriis (1). Haec doctrina nostratum mentibus accommodata egregie exposita est atque propugnata a Cⁿ Mercier et ab ejus discipulis ex schola Lovaniensi, quibus adhaerent Mgr Chollet, *Dict. de théol. cath.*, art. *Certitude*, et Dr Seb. Reinstadler, *op. cit.*, t. I, p. 144 (2).

Praesens tractatio duas paragraphos continebit : prior

(1) M. M. de Wulf, dont on connaît la particulière compétence en matière de philosophie médiévale, écrit : « Quelles sont les doctrines communes des scolastiques ? Peut-on les fixer comme on a fixé le système gothique ? Oui, si l'on n'oublie pas le caractère abstrait dont il vient d'être parlé (i. e. si on laisse de côté les nuances individuelles). L'explication des corps par la constitution de matière et de forme ; la distinction d'acte et de puissance, de substance et de phénomène (accident) ; la distinction substantielle de Dieu et des créatures ; l'individualité des réalités substantielles ; *l'objectivité réelle du savoir humain* (je souligne) ; la différence de nature entre le concept et la sensation ; la liberté et la responsabilité morale : voilà quelques parties intégrantes de la scolastique médiévale. » « Entre Thomas d'Aquin et G. d'Occam, rien de commun, dit Manser, parce que la philosophie d'Occam sombre dans le subjectivisme. Tel n'est pas notre avis. La connaissance *intuitive*, pour G. d'Occam, atteint le réel extra-mental ; seul le concept abstrait est dépouillé de ses attaches avec les choses en soi. Le subjectivisme n'est pas la doctrine de G. d'Occam, il en est l'abus. Le phénoménisme d'un Nicolas d'Autrecourt, par exemple, est une exagération de la doctrine occamiste, et l'Université de Paris, quoique inféodée à l'occamisme, n'hésita pas à frapper ceux de ses disciples *qui s'étaient mis, par leurs excès, en dehors de la scolastique.* » *Rev. néo-scol.* 1911, pp. 189, 188 ; cf. du même : *Introduction à la philosophie néo-scolastique* (Louvain, Paris 1904), p. 191.

(2) Certains penseront que nous aurions mieux fait d'exposer les solutions critériologiques dans l'ordre où elles se sont produites historiquement : sceptiques pyrrhoniens, dogmatistes, aristotéliciens, Descartes, Hume, Kant, etc. Il nous a paru préférable de nous mettre dans la situation d'un étudiant d'aujourd'hui qui cherche à se faire une certitude. Il entend les sceptiques, puis le dogmatisme cartésien, puis le subjectivisme anglais, puis l'objectivisme très mitigé de Kant, enfin l'objectivisme des scolastiques ; il monte ainsi graduellement vers la vérité. Au reste, même du point de vue chronologique, cette disposition se laisse défendre : les tenants des diver-

aget de *judiciis scientiae*, posterior autem de *judiciis fidei*, sive stricte sive late dictae. Stabilita objectivitate utriusque generis judiciorum, cognitio humana poterit dici objectiva, cum tota constituatur judiciis scientiae aut fidei.

§ 1. DE JUDICIIS SCIENTIAE

Ne quid inclarum in demonstratione maneat : I. notiones quaedam recolendae sunt. II. variae articulationes problematis solvendi sedulo sunt prae oculis retinendae. III. His adnectetur brevis conspectus methodi adhibendae.

Notiones.

1° ***De elementis judicii constitutivis.*** — Pauca sufficiant :

a) *Cognitio humana* continetur in judiciis certis, i. e. sine errandi formidine prolatis. *Judicium* est terminus operationis intellectivae, eo sensu quod in determinismo cognoscitivo genetice inspecto veniunt primo loco sensationes, deinde ideae et tandem judicia (cum vel sine ratiocinio).

b) *Judicium certum*, quatenus differt ab *opinativo*, tria complectitur : 1. duas ideas (objectivas, i. e. aliquid praesens sistentes), 2. nexum inter utramque, 3. affirmationem vel negationem imperturbatam nexus a cognoscente. Nempe, ut dictum est in Th. V, in omni judicio certo enuntiatur nexus conformitatis inter objectum menti praesens (= subjectum) et id quod de hoc objecto cogitatur (= praedicatum). Vg. si judico : *Deus est bonus*, affirmo *Deo* convenire eam perfectionem quam ei tribuo, sc. *bonitatem*. Et proinde censeo atque assero conformitatem adesse inter id quod cogito de Deo et Deum ipsum.

c) *Objectum judicii* est id quod judicio exprimitur, sc. directe *nexus inter subjectum et praedicatum*. Quaerere utrum judicium sit objectivum aequivalet interrogationi :

---

ses solutions ne se suivent pas, ils vivent ensemble aujourd'hui. Et le Scolasticisme a ceci d'unique c'est que, né avant les autres systèmes, il leur a constamment tenu tête et que, proclamé mort et enterré, il demeure toujours debout.

utrum objectum in mente (judicante) repraesentatum, sit extra mentem, vel independenter a mente, eo modo quo repraesentatur.

Sed — quod diligenter tenendum est — diversa est objectivitas pro diversis judiciis.

2° ***De diversis judiciis.*** — Diversitas judiciorum provenire potest tum ex indole terminorum, tum ex indole nexus inter terminos.

a) *Spectatis terminis :* 1. Judicium est *ordinis idealis*, quando ambo termini sunt *abstracti*, i. e. exhibentes res abstractas, seu notam aut complexum notarum *absque subjecto determinato*, vg. *homo est animal rationale ; aqua est* H^2O, etc. In hoc casu, veritas enuntiata dicitur abstracta vel ordinis idealis.

2. Judicium est *ordinis realis*, quando subjectum est *concretum*, i. e. exhibens aliquam rem *determinatam*, in sua realitate concreta directe vel indirecte apprehensam, vg. *Deus existit ; Petrus est frater Andreae*, etc. In hoc casu, veritas enuntiata dicitur concreta vel ordinis realis.

Nota. Supradicta judicia psychologice quoque discrepant inter se. Namque in judiciis ordinis idealis, conceptus subjecti et praedicati non continuatur in intuitione sensibili ejusdem subjecti et praedicati ; et praeterea, nexus inter utrumque pronuntiatur absque conscientia ullius influxus physici in facultatem sensitivam ab objecto recepti. Quod secus accidit in judiciis ordinis realis (1).

b) *Spectato nexu :* 1. Judicium est *absolute necessarium*, *analyticum*, *a priori*, si nexus inter subjectum et praedica-

(1) « Nous avons dit... que le sujet du rapport exprimé par un jugement est actuellement perçu ou imaginé. Dans le premier cas, la manifestation du rapport s'accompagne du sentiment d'une action subie, par l'intermédiaire des sens externes et du sens intime : ce sentiment est celui de la réalité existante. Dans le second cas, la vérité se manifeste indépendamment de ce sentiment de l'action d'une chose existante sur le sujet pensant.

Les premières vérités sont dites d'*ordre réel ;* les secondes d'*ordre idéal.* » C[al] Mercier, *Crit. gén.*, p. 30.

Il est bon de noter que les jugements à sujet abstrait peuvent être *analytiques* ou *synthétiques*. Tous les jugements de science proprement dite sont à sujet abstrait.

tum est *absolute necessarius*, i. e. a nulla conditione pendens, et proinde *universalis*, vg. *homo est animal rationale; totum est majus sua parte.* In hoc casu realitas nexus innotescit menti ex sola comparatione terminorum (cum vel sine medio deductionis).

2. Judicium est *hypothetice necessarium, syntheticum, a posteriori*, si nexus inter subjectum et praedicatum ab aliqua conditione pendet, et proinde per se *contingens* est, vg. *corpora tendunt deorsum ; aqua ebullit cum* 100°, etc. In hoc casu realitas nexus innotescit menti experientia sola. Ut judicia synthetica intra ambitum *Scientiae* accipi possint, necesse est ut, *accedente inductione*, nexus inter subjectum et praedicatum appareat tanquam necessarius, saltem necessitate physica. Tunc judicium elevatur ad *ordinem idealem* (1).

Nota. — In judiciis *ordinis idealis*, copula *est*, qua nexus significatur, habet vim *copulativam* tantum et universalem (= *judicia essentiae : jugements essentiels* ou d'*essence* vg. 2 + 2 = 4, homo est animal rationale, etc.). In judiciis *ordinis realis*, copula habet vim modo *substantivam* (vg. Deus est ; Socrates fuit, i. e. exstitit), modo *copulativam* (vg. Petrus est doctus, Paulus dormit), modo substantivam simul et copulativam pro diverso respectu (vg. Hic *est* panis = Hic *existit* (subst.) aliquid quod *est* (copul.) panis). Si copula est *substantiva*, judicium est *existentiae* (= *jugement d'exis-*

(1) « ... Il semblerait que, pour Balmès, seuls les théorèmes *mathématiques* et les principes *métaphysiques*, fruit d'une *analyse* du sujet, constitueraient les vérités *idéales*, alors que toutes les vérités *réelles* comprendraient, avec les propositions historiques, toutes les lois *synthétiques* constitutives des *sciences naturelles*...

» Cependant, il serait aisé de montrer que le caractère expérimental, avec les constatations de fait qu'il comporte, ne constitue dans les sciences naturelles que la *méthode*, le *procédé* de recherche. Une fois les lois obtenues, le *contenu* de celles-ci présente une nécessité et une universalité qui, pour être d'un autre genre que celle des sciences mathématiques, n'en est pas moins différente de la simple réalité positive des affirmations historiques : elle peut et doit se ranger parmi les propositions d'*ordre idéal.* » Juan Zaragüeta, *Rev. néo-scol.*, 1910, pp. 569, 570.

tence) ; si est copulativa, judicium est *attributionis* (= *jugement d'attribution*) (1).

Partitio problematis critici.

His praemissis definitionibus, ex sola analysi psychologica factorum desumptis, non difficile statui possunt varia puncta problematis critici. Nimirum, judicium erit : 1° *objectivum*, si nexus affirmatus adest, abstractione facta a realitate (actuali aut possibili) terminorum inter quos intercedere dicitur ; — 2° *objectivum et ordinis idealis*, si termini (subjectum et praedicatum), inter quos viget nexus, exhibent realitates ideales et possibiles tantum ; — 3° *objectivum et ordinis realis*, si termini exhibent realitates existentes (quocumque tempore vel duratione) (2).

Exinde DUPLEX PROBLEMA oritur :

PRIMUM agit ***de nexu inter subjectum et praedicatum, seu de synthesi judiciali.*** Quaeritur an nexus efformetur sub influxu nexus ipsius sese objective manifestantis. Quod si constiterit, eo ipso valor objectivus judiciorum ordinis idealis (in quibus non attenditur ad realitatem terminorum) justificatus erit.

SECUNDUM agit ***de realitate terminorum*** (sc. subjecti et praedicati). Quaeritur utrum exhibeant termini aliquid reale, sc. realitates a judicante independenter existentes. Quod si constiterit, eo ipso non tantum valor objectivus terminorum erit in tuto collocatus, verum etiam principia ordinis idealis (vg. rationis sufficientis, causalitatis aliaque) applicare licebit ad ordinem rerum existentium, de quo demum scientia vere et proprie dicta poterit acquiri.

---

(1) Ces notions essentielles ont été mises en éclatant relief par le C^{al} MERCIER, *Crit. gén.*, passim ; — Mgr SENTROUL, *L'Objet de la Métaphysique...*, pp. 30-37 ; — J. HALLEUX, *Les principes du Positivisme contemporain* (Alcan, s. d.), pp. 11-24.

(2) D'où trois formes de théories *négatives : a*) le *lien* ne vaut pas objectivement ; — *b*) le *concept* ne vaut rien, mais *l'intuition* vaut (= HÉRACLITE, BERGSON, etc.) ; — *c*) le *concept* vaut, mais *l'intuition* est sans valeur (PARMÉNIDE).

Tandem, cum judicia ordinis idealis aliqua necessitate et universalitate essentialiter praedita sint, poterit, *ad modum corollarii*, solvi quaestio : utrum sc. hujusmodi proprietates fundamentum aliquod habeant in rebus ipsis, an proveniant a sola mente judicantis.

Methodus et ordinatio solutionis.

1° Agendum erit *primo loco* de nexu terminorum, seu de synthesi judiciali. Nam *a*) de ideis Criteriologia eatenus curat quatenus sunt partes integrantes judicii, in quo potest veritas aut falsitas latere. Insuper, *b*) si constaret valor objectivus subjecti et praedicati, at ignoraretur num praedicatum tribuatur subjecto quia subjecto convenit necne, desperandum esset de objectivitate ipsius judicii, qua talis. Quapropter praestat, in solvendo problemate critico, exordium desumere a nexu vel a synthesi, abstractione interim facta a realitate objectiva terminorum qui nexu junguntur.

2° Deinde, ex realitate alicujus termini immediate dati, sc. proprii *Ego*, et applicatione principiorum ordinis idealis, realitatem terminorum a proprio *Ego* distinctorum licebit ostendere. Ut appareat hujusmodi realitas, necesse est : 1. *ut ideae objectum suum habeant materialiter contentum in datis sensuum ;* — 2. *ut data sensuum valorem objectivum habeant* (1). Quare hic tractanda veniet difficilis quaestio de

(1) C'est la marche suivie par l'École de Louvain. Voici comment le Cal Mercier expose le plan de sa *Critériologie :*

« Justifier réflexivement la certitude, c'est l'objet de la Critériologie générale. Cet objet implique deux problèmes fondamentaux dont l'exposé et la solution constituent tout notre ouvrage :

Premier problème : Sommes-nous en mesure de nous assurer réflexivement que l'attribution des prédicats au sujet de nos jugements s'effectue en conformité avec les exigences du sujet ? — Nous avons intitulé ce problème : *De l'objectivité du jugement.*

Second problème : Sommes-nous en mesure de nous assurer réflexivement que le sujet d'un jugement — et par conséquent les prédicats empruntés à ce sujet par le travail analytique de l'esprit — est une *réalité*, c'est-à-dire un être dont l'entité n'est pas exclusive-

origine idearum et *sensationum*, quae tamen, ob multas rationes, ex professo in Psychologia exponenda est.

THESIS XIII[a]

Reflexione instituta, homo judicans nonnunquam conscius est se in efficienda synthesi terminorum duci influxu objectivo : quo in casu judicia ordinis idealis valorem objectivum habent.

Auctores

ARISTOTELIS doctrina legi potest apud MERCIER, *Logique* [4], n. 135 ; cf. *Totius Logicae Summa*, tract. IX, cc. III, VIII, XIII ; 2 *Sent.* D. 3, q 3, a. 2 ; *in Met. Arist.*, Prooemium, etc. ; — KLEUTGEN, *La Phil. Ancienne*, t. II, pp. 39-62 ; — Cl[is] MERCIER, *Crit. gén.*, pp. 138-245 ; — Mgr SENTROUL, *L'Objet de la Métaphysique...*, pp. 30 *sqq* ; — J. HALLEUX, *Les principes du Positivisme contemporain*, pp. 295-306 ; — Th. FONTAINE, *De la sensation et de la pensée*, pp. 180-193 ; — Mgr CHOLLET, *Dict. de théol. cath.*, art. *Certitude*, n. V ; — Cl. PIAT, *Valeur de la raison humaine*, *Rev. néo-scol.*, 1907, pp. 5-18 ; ID., *La Vie de l'Intelligence*, Ibid. 1910, pp. 165-180 ; 336-152 ; — OLLÉ-LAPRUNE, *La Raison et le Rationalisme*, pp. 18-36.

Praenotanda

I. Adversantur thesi : 1° SCEPTICI, secundum quos synthesis inter subjectum et praedicatum fit modo quopiam

---

ment dépendante de la pensée ? — Nous avons intitulé ce problème : *De la réalité objective de nos concepts.*

Nos efforts tendent *finalement*, on le voit, à contrôler la conformité de nos pensées avec la réalité ; mais nous croyons que la preuve de la réalité objective des concepts est subordonnée à celle de l'objectivité des rapports que formulent les jugements.

D'où la nécessité, selon nous, de commencer la théorie justificative de la certitude par la preuve de l'objectivité des jugements d'ordre idéal ; d'où enfin, cette conséquence ultérieure, que la définition initiale de la vérité doit faire abstraction de la conformité ou de la non-conformité des concepts avec le monde extérieur auquel nous savons, par ailleurs, qu'ils empruntent originairement leur contenu. » *Rev. néo-scol.*, 1899, pp. 371 sqq. ; Voir aussi SENTROUL, *L'Objet de la Métaphysique selon Kant et selon Aristote ;* ID., *La Vérité et le progrès du savoir*, *Rev. néo-scol.*, 1911.

prorsus inscrutabili (1) ; — 2° PSYCHOLOGISTAE, secundum quos synthetis efficitur sub influxu quodam subjectivo (sc. ipsa vi associativa imaginum vel elementis ordinis affectivi aut biologici). His adnumerari potest « SCHOLA SCOTICA », vel schola « sensus communis », secundum quam synthesis fit instinctu aliquo caeco. Quemadmodum bruta animalia *virtualiter* judicant, absque cognito motivo, ita homo *formaliter* judicat, non veritate motus sed vi quadam instinctiva atque invincibili, quam mente approbat. Ita sentiunt aliqui etiam catholici viri, ut elucet ex *Revue du clergé français*, 1er oct. 1903, pp. 314-316 (2) ; — 3° KANTIANI, secundum quos, in judiciis analyticis, synthesis fit *repetitione* declarativa subjecti (quare judicia analytica dicuntur *tautologica*), et in judiciis syntheticis universalibus (*a priori*) fit partim a rebus partim a subjecto ipso, sc. fit applicatione

(1) « Les seules vérités qu'on puisse proclamer nécessaires me paraissent purement formelles, et leur nécessité n'est absolue que pour autant qu'elles restent des formes vides. Alors, comment savoir si elles n'expriment pas simplement la structure de l'esprit ? » Ed. LE ROY, *Rev. de Mét. et de Mor.*, 1907, p. 167.

(2) Ce fut la pensée de J. BALMÈS. Parmi les synthèses que sont nos jugements, les unes sont lumineuses, évidentes ; les autres sont instinctives : elles sont dues à un instinct intellectuel ou « inclination spontanée qui, dans la pratique de la vie, détermine la certitude indépendamment du témoignage de la conscience ou de l'évidence. » *Phil. fond.*, c. XV. n. 155. De plus, même dans les synthèses lumineuses, c'est un instinct intellectuel qui nous fait croire au principe d'évidence. « Cet instinct intellectuel ne se borne pas à nous suggérer, en dépit de son inévidence, un assentiment inébranlable au principe d'évidence et, avec lui, aux jugements d'ordre idéal. Il s'étend aussi à quelques autres catégories de croyances qui ne sont pas absolument indémontrables, mais dont la nécessité pour la vie pratique exige l'affirmation spontanée, universelle et antérieure au raisonnement critique. Telles sont les vérités dites de sens commun, qui établissent, en dehors de toute démonstration, l'existence objective du monde extérieur, la constance de ses lois et la valeur des témoignages de l'autorité humaine. » Juan ZARAGÜETA, *La Phil. de J. Balmès*, *Rev. néo-scol.*, 1900. p. 566. — Sur Balmès on lira avec plaisir les articles de F. PALHORIÈS, *Rev. des Sc. phil. et théol.*, janv. 1911 et de A. GOMEZ IZQUIERDO, *Rev. de phil.*, déc. 1910; févr. 1911.

unius e duodecim categoriis ad intuitiones sensibilitatis.

II. Adhaerent thesi, non scholastici tantum, i. e. non ii solummodo qui totum doctrinarum corpus tenent de quo supra dictum est, verum alii etiam multi, quorum aliquot nomina adducta sunt in Th. XI (1).

Nota. Secundum Cartesium, judicium est actus voluntatis, ita tamen ut subsequatur apprehensionem intellectus. Ideoque judicium (voluntatis) dicendum est objectivum, si apprehensio intellectus fuerit objectiva.

DEMONSTRATIO

Adhibenda est *sola reflexio* seu conversio mentis in judicia sua certa : alia siquidem via non suppetit qua possit detegi valor eorum objectivus. Quare diversa argumenta quae in re praesenti afferuntur sunt potius diversae formae ejusdem argumenti.

Argumentum I^m. — *Ex influxu objectivo introspectione apprehenso.*

Supponatur aliquod judicium ordinis idealis, vg. 2 + 2 = 4, vel *totum est majus sua parte.* Docet nos quidem introspectio, positis atque intellectis terminis, affirmationem nexus inter subjectum et praedicatum necessario sequi ; sed quaeritur unde proveniat hujusmodi necessitas. Jamvero, reflexione attente instituta, *quatuor facta* mihi manifesta fiunt : 1° *affirmo* nexum *identitatis* praedicati cum subjecto, vg. inter 2 + 2 et 4 (2) ; — 2° illum affirmo *post* ejus

(1) Cf. L. Noël, *Les frontières de la Logique*, *Rev. néo-scol.*, 1910, pp. 225 *sqq.*

(2) « De plus, ce lien ne m'apparaît pas comme une simple agglutination ; c'est une dépendance en vertu de laquelle une chose ne saurait être qu'une autre ne soit du même coup. Impossible d'additionner deux nombres sans que tel autre en résulte ; impossible qu'un cercle soit sans qu'il enferme une certaine portion de l'espace ; impossible également de comprendre un droit qui ne demande du respect et n'engendre par là même un certain devoir. Il existe dans nos idées des manques d'être qui font que l'une en suppose une autre ; ces manques d'être : voilà ce qui constitue le lien logique. Il est ce que l'on peut appeler une exigence essentielle. » Cl. Piat, *Rev. néo-scol.*, 1910, p. 347.

manifestationem ex comparatione utriusque termini ortam ; — 3° illum affirmo *propter* hanc manifestationem, seu motus hac manifestatione ; — 4° ita ut quandoque observari possit aliqua *proportio* inter firmitatem affirmationis et perspicuitatem nexus.

Hinc, conscientia teste, synthesis judicialis non fit modo caeco, nec impulsu mere instinctivo nec alia ex causa inconscia, sed *propter cognitam connexionem* inter subjectum et praedicatum prolati judicii. Cf. MERCIER et auctores citati.

Confirmatur. — *Ex eo quod motivum judicandi possit per analysim ad principium identitatis vel perfectam aequivalentiam notionum reduci.*

Accidere potest ut motivum alicujus judicii immediati *directe* tantum innotescat. Porro ut talis cognitio fiat *reflexa*, conscii sumus nos ad analysim terminorum confugere et tunc tantum plene quiescere cum evidenter elucet identitas subjecti cum praedicato propositionis. Ex. gr., ut judicium $2 + 2 = 4$ fiat reflexum, analysim instituo terminorum ; qua peracta, abstracte concipio et simul mente affirmo identitatem inter summam unitatum quam significant, ex una parte, subjectum $(1 + 1) + (1 + 1)$ et, ex altera parte, praedicatum $(1 + 1 + 1 + 1)$. Neque in hoc potest me fallere quilibet malus genius : nimirum fieri nequit ut me decipiat quando me inducit ad asserendum : $1 = 1$, siquidem 1 est necessario identicum sibimetipsi. Jamvero $2 + 2 = 4$ reducitur, ut ex facta superius analysi patet, ad $1 = 1$.

Reflexione igitur adhibita, conscii sumus judicia analytica ferri sub influxu *objectivo* terminorum menti praesentium.

Argumentum II^m^. — ***Ex diversis statibus mentis relate ad eosdem terminos.***

Si quis influxum objectivum in judicando non caperet, ei adducendum esset *exemplum* ex judiciis *mediatis* idealibus desumptum, vg. propositio : *anguli in triangulo aequales sunt duobus rectis*, vel aliud simile.

Si vera esset doctrina psychologistarum aut Kantiano-

rum, ubicumque termini vel intuitiones sensibilitatis adessent in conscientia praesentes, necessario efficeretur synthesis judicialis : nam instinctus vel applicatio categoriarum, dato objecto vel materia, suo munere naturaliter funguntur. Atqui non ita se res habet. Propositis enim terminis, manet initio mens suspensa, deinde inclinatur ad synthesim efficiendam, tandem synthesim efficit. Hic autem transitus a statu dubii per statum opinionis usque ad statum certitudinis, iisdem manentibus terminis, fit demonstratione. Sed, ut iterum conscientia monet, demonstrationis opus in eo est quod mentem ad videndam identitatem terminorum perducat ; qua visa, statim fertur judicium.

Hinc *visione nexus* objective existentis ad judicandum movemur, non instinctu caeco neque applicatione categoriae Kantianae (1).

---

(1) « Si nous interrogeons la conscience, et si nous lui demandons le motif du passage de l'état de doute ou de suspension, à l'état de certitude, nous recevrons la réponse que faisaient les scolastiques : la certitude des principes vient de l'intuition claire de ce que contient leur objet ; nous unissons le prédicat au sujet, dans les jugements analytiques, parce que l'analyse (ou la démonstration) nous fait voir *dans l'objet, la raison nécessitante* pour laquelle nous affirmons l'un de l'autre. » Th. FONTAINE, *op. cit.*, p. 190. — Ajoutons, avec M. Morris R. COHEN, que cette vision est un *fait*, qu'aucune théorie ne saurait éluder. « To the question : How can reason give us knowledge ? we might answer simply that it does, and that there is no valid reason to suppose that it can not do so. We may, perhaps, indicate our answer more positively by saying that reason gives us knowledge in the same way in which ordinary sense perception does so, by presenting an object to us. A series of syllogisms involves a series of perceptions on our part. The *therefore* of each syllogism expresses a perceived fact, viz., that the third proposition or conclusion follows from or is implied by the two premises. This is just as much an ultimate fact as that a particular object looks red or tastes bitter. If my neighbour can not see the redness of apple, or taste its bitterness, there can be no further argument on the matter between us. Neither can there be any further argument between us if he can not see that the propositions, Socrates is a man, and, All men are mortal, imply, Socrates is mortal...

» It is to be observed that this fact of implication is just as objec-

Argumentum III^m. — *Ex discrimine quod viget inter adhaesionem mentis et adhaesionem sensus.*

Sensus, ut omnes experientia norunt, determinatione sensibili accepta, necessario agunt, sive apparentia sit vera, sive sit fucata; vg. baculum in aqua partim immersum oculus refert tanquam fractum. Illusionem sensibilem non sensus sed ratio corrigit.

E contra, intellectus : 1. non movetur ad agendum (ad judicium, quod est actus specifice humanus) priusquam objectum in elementa simplicia solutum sit ; confusione sic remota, proindeque objecto distincte innotescente, mens ad judicandum abripitur. Exinde intelligitur munus demonstrationis.

2. Intellectus, etiam postquam prolatum est judicium, potest sub actione voluntatis motiva sui judicii denuo perscrutari, assensumque suspendere donec veritas plane illucescat. Hoc modo potest intellectus suas ipsius illusiones ex inconsideratione ortas deprehendere.

Hinc concludendum est mentem humanam in synthesi efficienda non esse unice activam, sed subesse *legi internae* (1) objecti sese manifestantis. Cfr. MERCIER, aliique.

---

tive as the facts asserted by the two premises. For it is because of the relations between the two premises, and not from the reasoner's arbitrary fiat, that the conclusion follows. The assertion that propositions are mental would not help us any, for it is obviously not true that any two propositions will imply a definite third proposition. It is because of what the propositions assert that the conclusion follows. » *Journal of Phil., Psych. and sc. Methods*, 1911, p. 541.

(1) Il est intéressant de voir se dessiner chez les psychologues allemands un sérieux mouvement de retour vers la doctrine objectiviste que nous soutenons ici. D'après eux « tout ce que la psychologie contemporaine nous dit du caractère mouvant et concret de l'activité consciente laisse intacts les caractères tout différents de l'objet idéal. La pensée a ce caractère indéniable et de mieux en mieux reconnu de tendre intentionnellement vers un objet. Quelle que soit l'explication que la psychologie peut donner de ce caractère, il suffit ici de le constater. Le contenu objectif de la pensée n'apparaît sans doute que dans le fait psychique individuel, mais il

Corollaria

I^m. *De principiis primis.*— Ex thesi sequitur justificata esse prima principia immediata. Ante inceptam inquisitionem, et in exordio inquisitionis, haec principia *necessario* habebamus pro certis : hoc est *factum :* impossibile nobis erat tenendi $2 + 2 = 5$. Attamen, quaestio erat utrum necessitas horum principiorum psychologica esset et subjectiva, an logica et objectiva. Et quia hoc inquirebatur, *hoc dubium erat ;* non enim apparebant motiva convincentia ordinis intellectualis quae objectivitatem horum principiorum extra omnem dubitationem ponerent. Nunc autem solutum est dubium : praedicta principia constant elementis

---

s'en distingue et n'a, lui-même et comme tel, aucun caractère individuel ou momentané. Il peut dès lors être considéré à part et comme indépendant ; il peut contenir en lui-même et soutenir avec d'autres objets des relations où l'activité psychique n'est pour rien.

Je puis sans doute penser n'importe quelles relations entre les éléments objectifs. Mais il ne m'est pas possible de leur donner à toutes une portée objective. Il y a des éléments dont l'union objective peut se faire, d'autres dont l'union objective est impossible. Quelle est la raison foncière de cette possibilité ou de cette impossibilité. Elle gît dans l'essence de l'objet. L'intuition perceptive ou imaginative nous fournit des images où les caractères abstraits par la pensée se trouvent de fait réunis. Ces images nous permettent de saisir les possibilités objectives, mais elles ne les fondent pas. A travers elles, la pensée atteint les essences idéales dont l'unité intemporelle garantit le caractère immuable des rapports qu'elle aperçoit. » L. Noël, *Rev. néo-scol.*, 1910, p. 229, sq.— Ceux qui parlent ainsi, c'est Husserl, c'est Stumpf, c'est l'école de Würzburg, avec Külpe, Messer, Bühler, Ach, Marbe, Watt, Schultze, etc. Quant à l'objection que c'est revenir à la Scolastique, Husserl la traite ainsi : « Der Einwand aber, es handle sich hier um eine Restitution der scholastisch-aristotelischen Logik über deren Geringwerthigkeit die Geschichte ihr Urteil gesprochen habe, soll uns nicht beunruhigen. Vielleicht dass sich noch herausstellt, dass die fragliche Disciplin keineswegs von so geringem Umfange und so arm an tiefliegenden Problemen sei, wie man ihr damit vorwirft... Es ist ja auch fraglich, ob die Verachtung der traditionellen Logik nicht eine unrechtfertigte Nachwirkung der Stimmungen der Renaissance ist, deren Motive uns heute nicht mehr berühren können. » *Logische Untersuchungen*, I, p. 39.

objectivis, quarum unum aliud necessario vel exigit vel excludit : 2 + 2 = 4 ; 2 + 2 non sunt 5.

II[m]. ***De veritatibus mathematicis.*** — Ex thesi sequitur etiam judicia mathematica esse analytica, et valorem universalem habere independenter ab intuitionibus spatii et temporis. Nam nulla apparet ratio cur demonstratio mathematica a consueta dialectica rationali secernatur (1). Inde etiam apparet, qua ratione judicia mathematica, licet analytica, non sint mere tautologica, sed vere cognitionem augeant : sc. mediante analysi subjecti *videri* potest aliquod praedicatum, quod non pertinet ad subjectum tanquam elementum ejus constitutivum, illi nihilominus pertinere tanquam proprietatem (2).

---

(1) « The progress of mathematical logic and the complete triumph of the movement known as « the arithmetization of mathematics », have for ever discredited the view that mathematical demonstration differs from other forms of demonstrative reasoning by some peculiar dependence on the intuition of time and space. The proposition which Kant uses as an exemple to show that mathematical judgments are synthetic, viz. 7 + 5 = 12, is, as Couturat (*Les principes des mathématiques*, p. 255-256) has amply demonstrated, a purely analytical proposition — if by analytic we mean demonstrable by purely syllogistic reasoning. » Morris R. Cohen, *art. cit.*, p. 537 ; cf. p. 542.

(2) « ... Si le sujet « triangle » est pris dans sa « supposition formelle », c'est-à-dire désignant immédiatement son idée propre, le prédicat « polygone » étant une de ses notes constitutives et essentielles, n'en peut être qu'une répétition partielle et partant identique à son tout. Une analyse semblable nous aidera sans doute à éclaircir nos idées ; mais, au point de vue logique, elle est vouée à la stérilité. C'est justement ce que Kant reprochait à cette sorte de propositions.

Si, au contraire, j'affirme que « le triangle équivaut à deux angles droits », ou que « deux lignes parallèles ne se rencontrent jamais », le prédicat exprime certainement quelque chose d'inhérent au sujet, non plus comme une *note* constitutive de son essence et de sa définition, mais comme une *propriété* qui en découle nécessairement et dont le lien logique avec la première nous est montré par une intuition fructueuse. C'est ainsi que se fonde l'édifice des sciences mathématiques pures. » Juan Zaragüeta, *art. cit.*, p. 569.

Scholion : *De certitudine spontanea.*

Certitudo, quae reflexione innotescit tanquam objectiva, jam antea, in statu spontaneo, objectiva erat. Quare non licet certitudines spontaneas spernere, eo quod spontaneae sint. Sed reflexione opus est ut objectivae secernantur ab erroneis. In certitudinibus autem spontaneis servandis aut deponendis, ita debet mens agere ut non obediat nisi objectis sese manifestantibus, seclusa quavis indebita motione appetitus vel voluntatis.

Difficultates.

1. Dantur judicia negativa, in quibus negatur aliquid de aliquo ; id autem quod negatur, utpote non existens, nequit determinare assensum mentis. — 2. Dantur judicia quorum objectum est malum quoddam, vel negatio, vel chimaera, vg. caecitas, tenebrae, circulus quadratus. — 3. Haec judicia : « 2 + 2 = 4 » vel « si apponerem ignem ligno, combureretur lignum », etc. nullam entitatem habent, nec proinde possunt movere mentem. — 4. Necessitas judicii ferendi potest oriri ex causa ignota in stratis subliminaribus conscientiae recondita. — 5. Homo, ignorans causam actionis quam vocat liberam, eam sibi attribuit ; ita ignorans causam motivam sui assensus, eam tribuit causalitati externae ; in primo casu habetur illusio libertatis, in secundo illusio « realismi ingenui ». — 6. In processu demonstrativo arguitur ex eo quod homo judicans se aliquo modo passivum sentit ; sic autem arguitur ex principio causalitatis, non sola reflexione. — 7. Saepe judicium determinatur sub imperio voluntatis (1).

THESIS XIV[a]

Reflexione instituta, homo conscius est se in asserenda realitate terminorum, in judiciis ordinis realis, quandoque duci hac ipsa realitate sese manifestante.

(1) Le sommaire sera donné avec celui de la thèse suivante.

Praeter opera superius citata, conferri possunt : Peillaube, *La théorie des concepts*, 3e partie, cc. 1-3 ; — Cl. Piat, l'*Intellect actif* [1] (Alcan 1910), pp. 26-36 ; Id., *L'Idée* [2], l. 3, c. 1. § 1 ; — Domet de Vorges, *La perception et la psychologie thomiste* (Roger et Chernoviz 1892) ; — Abbé Gayraud, *Kantisme et Sensualisme*, in *Questions du jour* (Bloud 1897) ; — Abbé Dehove, *Essai critique sur le réalisme thomiste comparé à l'idéalisme Kantien* (Lille 1907), etc.

Praenotanda

I. Scopus thesis. — In thesi antecedente ostensa est objectivitas judiciorum ordinis idealis. Haec scilicet judicia pronuntiamus conformiter normae cuidam ab intellectu independenti. Termini autem horum judiciorum, utpote ad ordinem idealem pertinentes, nihil realiter existens exhibent, sed meras notiones inter quas mens aequivalentias vel repugnantias detegit.

Nunc vero volumus judicia ordinis realis examini critico subjicere ; et quaerere utrum possimus quidquam reale extra subjectum judicans cum certitudine reflexa deprehendere.

II. Facta psychologica. — De determinismo cognitionis haec conscientia refert :

a) Oriuntur in nobis *sensationes* (= facta interna) mediantibus impressionibus in sensus receptis. Hoc ultro concedunt Sextus Empiricus, Hume, Kant, Stuart Mill, etc. ;

b) Rerum, quae sensationibus praesentes fiunt, formamus primo *imaginem* aliquam (quae potest modo evanescere modo reviviscere), et deinde aliquam *ideam* vel *notionem* ;

c) Rebus ita apprehensis applicamus conceptus abstractos et universales, in thesauro mentis jam praehabitos ;

d) Denique rebus iisdem seu « fasciculo impressionum » (cui respondet imago et cui applicantur conceptus abstracti) apponitur nomen seu signum conventionale, quod *terminus concretus* appellatur, vg. hic est *arbor*, haec *domus*, etc. ;

e) Si in re concrete apprehensa omittuntur mente determinationes quibus in sua singularitate constituitur, res ipsa fit *abstracta*, et nomen ejus fit *abstractum* (abstractione totali), vg. hic *homo* (concretus) fit *homo* (abstractus).

III. Notiones.

1° ***De terminis*** : *a*) Termini *concreti* (= singulares), quibus exhibentur individua, singillatim vel collective sumpta, non possunt esse nisi *subjecta* in judicio, vg. Petrus, Paulus, etc. ; — *b*) Termini *abstracti* possunt esse tum subjecta, tum praedicata, vg. *homo* est animal rationale, Petrus est *homo* ; — *c*) Termini qui praedicati munere funguntur, alii exhibent subjectum ipsum modo abstracto spectatum tanquam *aliquid per se stans* (= termini *substantivi*), vg. Petrus est *homo ;* alii exhibent aliquid quod subjectum afficit tanquam *qualitas* vel *forma inhaerens*, vg. Petrus est *doctus* (= termini *adjectivi*) ; — *d*) Ut antea dictum est, si subjectum est terminus concretus, judicium est ordinis realis et syntheticum : nimirum, judicia omnia in quibus affirmatur realitas existens fundantur in experientia, nam in notione subjecti nunquam continetur existentia realis, utpote quae semper est aliquid essentiae accedens.

2° ***De realitate terminorum*** : Non sensu univoco intelligitur hic vox *realitas*. Termini concreti realitatem habent, quando exhibent rem existentem (in aliquo momento durationis) ; termini vero abstracti realitatem habent, quando id quod exhibent desumptum est ex datis sensuum, licet non existat eo modo quo concipitur (sc. modo abstracto).

IV. Problemata.

Quaeritur utrum cognosci possit cum certitudine *subjectum concretum*, de quo sermo est in judiciis ordinis realis, et quidem non tantum quoad *an sit*, sed etiam quoad *quid sit*.

Posterius problema a duplici ulteriore quaestione pendet : 1° utrum termini abstracti, et proinde utrum syntheses quibus conceptus abstractos rebus sensu apprehensis (i. e. *subjectis*) applicamus, realitatem aliquam possideant extra repraesentationem mentalem ? — 2° Utrum synthesis, qua varia praedicata substantiae individuali tribuuntur ad eam specifice definiendam, fiat sub influxu unionis horum praedicatorum objective existentis seque menti revelantis, an vi quadam mere subjectiva ?

V. Sententiae.

1ª. Sententia : Secundum Psychologistas (i. e. Associationistas vel Positivistas) : *a*) Nihil realitatis subest conceptibus et proinde terminis abstractis (ita Hume, Stuart Mill, Taine, Nominalistae) ; — *b*) conjunctio conceptuum (sc. imaginum) fit secundum leges associationis, seu consuetudine quam singuli sibi acquirunt (J. Stuart Mill), vel quam hereditate a proavis accipiunt (Herbert Spencer).

2ª. Sententia : Secundum Kantianos puros : *a*) Existit *res in se*, quae est causa impressionum nostrarum (hoc affirmat Kant expressis verbis) ; — *b*) Res in se potest quidem *cogitari* (= *noumenon*), sed nequit *cognosci* ; — *c*) Praedicata uniuntur in judiciis vi quadam functiones unitivas mentis (= *categoriae*) excitante ; — *d*) id quod ita constituitur et cognoscitur est *phaenomenon*.

3ª. Sententia : Secundum Idealistas et Neo-Kantianos (Cohen, Natorp, Renouvier, etc.) non existit *res in se* : *noumenon* est fictio mentis.

4ª. Sententia : Scholastici haec communiter docent : *a*) Existit res in se ; — *b*) Haec potest cognosci quoad *quid est*. Nam — *c*) conceptus abstracti exhibent realitatem aliquam proprie dictam, proptereaque subjectum (hic = *objectum*) cui applicantur cognoscitur secundum notas ei convenientes, utpote in eo perceptas ; — *d*) synthesis ex variis elementis, quibus determinatur essentia specifica subjecti, fit sub influxu realis unionis horum elementorum in subjecto concreto innotescentis.

DEMONSTRATIO

Termini concreti (= *subjecta in judiciis ordinis realis*) exhibent objecta sensibus (externis aut internis) percepta ; *termini* autem *abstracti* (= *praedicata in judiciis ordinis realis*) exhibent aliquid quod in objectis sensibus perceptis materialiter contentum est. Atqui objecta sensibus percepta (= sensationibus, vg. visione, auditione, etc., repraesentata) realitatem objectivam habent, i. e. eis respondet

aliquid extra subjectum judicans. Ergo termini cum concreti, tum abstracti realitatem objectivam habent.

Probandae sunt MAJOR et MINOR.

MAJOR

Ia PARS : Termini concreti exhibent data sensuum.

Termini *concreti* nihil sunt aliud quam nomen quoddam (i. e. signum conventionale) inditum complexui determinato apparentiarum sensibilium, seu « fasciculo impressionum », quibus repraesentantur varia elementa alicujus rei in sua realitate concreta apprehensae. Ex. gr. hoc quod se manifestat tali modo oculis meis, tactui meo, etc. voco *arborem* vel *pomum* vel *lapidem*, etc. Quare, si res ita repraesentata realitatem objectivam habeat, idem dicendum erit de terminis quibus designatur. — In hac parte nulla est difficultas.

IIa PARS : Termini abstracti exhibent aliquid in datis sensuum materialiter contentum.

In hac parte agitur de relationibus inter conceptum et intuitiones sensibiles vigentibus, seu de origine idearum universalium. Cum haec quaestio tractanda sit *ex professo* in *Criteriologia speciali*, brevissime hic rem absolvemus tribus assertis :

Primum assertum : *Ideae abstractae, quoad id quod repraesentant, desumuntur ex datis sensuum.*

Id probatur experientia psychologica, sc. *a posteriori*.

1° Etsi activitas intellectualis non exerceatur organo corporali, nihilominus deficiente organo (ut in caecis, surdis, etc.), vel organo laeso (ut in insanis, etc.), impeditur vel perturbatur activitas mentalis ; impeditur quoque haec activitas relate ad conceptus jam acquisitos, ubi deficit memoria vel imaginatio ; uno verbo : mens neque conceptus acquirere neque conceptibus uti potest, ubi deest activitas sensibilis. Atqui, haec facta ostendunt : *a*) essentialem esse dependentiam (saltem extrinsecam) intellectus a sensibus ; — *b*) eamque dependentiam in eo consistere quod intellec-

tus objectum suorum conceptuum accipiat a sensibus, i. e. ex datis sensuum. Ergo objectum conceptuum, seu ideae quoad id quod repraesentant, desumuntur ex datis sensuum (1).

2° Idem confirmatur ex eo quod, ubi aliquid mente concipere volumus, solemus confugere ad intuitiones sensibiles, vel ad repraesentationes imaginationis (2).

3° Tandem, si quis in originem conceptuum suorum reflectere voluerit, conscius erit conceptus eo formari quod in re sensibus apprehensa mens natura sua (i. e. absque voluntaria electione) omittat notas singulares, idque retineat quo res est id quod est, sc. ejus essentiam (genericam aut specificam) (3). Hinc objectum conceptuum, seu ideae

---

(1) Cf. ARIST., *De Anima*, l. III, text. 30; — S. TH., I q. 84 a. 3 et 7.

(2) « Ex hoc quod de rebus sensibilibus proprios, de supersensibilibus autem tantum analogos conceptus habemus et hos saepe valde imperfectos, intelligitur cur res sensibiles magnopere voluntatem trahant, res vero spirituales et aeternae minus et parum ; cur, cum veritates supersensibiles hominibus proponendae sunt, admodum utile sit, eas vestire illustrationibus sensibilibus, quibus efficitur ut quodammodo conceptu proprio apprehendantur. Perspicitur etiam facile, in rebus spiritualibus, maxime in divinis, nobis mysteria esse posse, cum eas tantum conceptibus analogis cognoscamus, quasi earum aliquam umbram percipientes. » J. DONAT, *Dialectica* (Innsbruck, Rauch 1911), p. 37.

(3) Il n'est pas superflu de faire remarquer que le concept ainsi obtenu, s'il nous dit *ce que sont* (*quod quid est*) les choses sensibles, ne nous découvre cependant pas *d'emblée* et *distinctement* toutes les notes constitutives de l'essence des choses, ni même les notes *proprement spécifiques*. Sinon, à quoi servirait la chimie ? la botanique ? etc., lesquelles, du reste, n'arrivent pas tant à l'essence qu'aux propriétés de l'essence. Quand on affirme que l'intelligence a pour objet l'essence des choses, on veut dire d'abord que c'est *l'essence* qui est donnée à l'intelligence, et ensuite que cette essence est donnée *tout entière ;* mais on ne veut pas dire qu'elle est donnée du premier coup distinctement et adéquatement. Il est trop clair que la science est progressive et qu'elle n'arrive aux *définitions réelles* que par l'*observation*, le *raisonnement*, l'*expérimentation*, etc. Cependant, dès le point de départ, l'essence est donnée tout entière. Car on ne peut nier qu'il ne s'y trouve, à la base, la note d'*être ;* or cette première note, confuse mais transcendentale, se détermine ou

quoad id quod repraesentant, desumuntur ex datis sensuum.

Nota. Eamdem doctrinam Scholastici demonstrare solebant *a priori* ex unione essentiali quam intercedere constat inter corpus et animam. Cf. S. Th., I q. 76 a. 3 ; QQ. disp. *de Anima*, I, XI, etc. ; conferri possunt libri manuales recentiorum scholasticorum, ubi ostendunt (in Psychologia) objectum proportionatum intellectus humani esse essentias rerum materialium seu sensibilium.

Secundum assertum : *Ideae abstractae applicantur subjectis concretis, eo quod apparent in eis materialiter contentae, quoad id quod repraesentant.*

Introspectione adhibita, haec mihi conscius sum : in eodem facto sensibili atque concreto (i.e. in *fasciculo impressionum*), apprehendo simul cum notas proprie individuantes tum, *sub* et *cum* notis individuantibus, realitates respondentes meis conceptibus *entis*, *substantiae*, *corporis*, *qualitatis*, *loci*, *temporis*, *causae*, *effectus*, etc. : vg. in Petro obviam venienti clarissime video contineri id quod concipio de eo, sc. Petrum esse *ens* seu *aliquid*, esse *substantiam*, *corpoream*, *viventem*, etc. — Id quod *sensibus apprehendo* et id quod *mente concipio* ita sunt mutuo intermixta vel coadunata ut vix distinguam unum ab altero : dico enim : *video hominem*, cum tamen non hominem, sed aliquid *coloratum* apprehendant oculi ; huic autem *colorato* applicat mens conceptum *hominis*, quia omnes notas, quibus *homo* constituitur, mens apprehendit materialiter in hoc *colorato* contentas (*materialiter*, i. e. cum notis individuantibus). Aliis verbis, conscius sum eamdem rem, sc. idem subjectum exhiberi repraesentatione sensibili et conceptu abstracto, licet sub diversis aspectibus (1).

---

se différencie (en genre, espèce, etc.) non par voie d'addition, mais par voie de clarification ou d'explicitation ; et c'est à ce travail de clarification ou d'explicitation que servent l'observation, le raisonnement, etc. Cf. Arist. *Anal. post.* l. II ; *de Anima*, l. II, c. 1 ; S. Th., Comm. in *Anal. post.* l. II, lect. 13-17.

(1) Cf. C^{al} Mercier, *Crit. gén.*, pp. 352-354; Th. Fontaine, *op. cit.*, p. 215.

Tertium assertum : *Ideae abtractae in unum componuntur ad essentiam alicujus subjecti definiendam eo quod notae quas exhibent reperiuntur unitae in eodem subjecto.*

Dico, vg. Petrus est *homo*, vel *animal rationale*, i. e. *ens subsistens, corporeum, vivens, sentiens, ratione praeditum.* Affirmo has omnes notas constituere unam essentiam specificam Petri ; et proinde non esse in Petro tot essentias quot notas attributas.

Jamvero reflexione instituta, conscius sum synthesim harum notarum fieri a me post earum mutuam comparationem earumque perceptam compatibilitatem ; synthesis autem totalis resultat ex synthesibus partialibus. Insuper in hac efficienda synthesi (sive partiali sive totali), mens non agit pro lubitu aut lege sibi incognita, sed continuo dirigitur praelucente unitate reali notarum essentialium, quam in objecto sensibus oblato clare apprehendit (1).

---

(1) Cf. Cal Mercier, *op. cit.*, pp. 354-358. — Après la détermination des notes constitutives de l'essence, il reste à établir la définition de l'essence et, pour cela, à trouver la note *générique* et la note *spécifique* ou *différentielle*. « Nous pouvons prendre pour exemple la vie : on part de la définition nominale ou de sens commun; pour tout le monde ce par quoi les vivants diffèrent des non vivants, c'est le mouvement spontané. Si l'on examine les êtres et les faits qui répondent à cette définition nominale, on découvre comme caractères constants, dans la cellule : la nutrition, la croissance, la reproduction ; et, dans les organismes différenciés : nutrition, digestion, absorption, circulation, respiration. Parmi ces caractères, il en est un qui est raison d'être de tous les autres : la nutrition. Le vivant est un être qui se nourrit, ou se refait. On compare enfin le fait vital avec ceux qui lui ressemblent le plus (le cristal aussi se reforme), on constate son irréductibilité ; dans le vivant il y a assimilation, dans le cristal, simple juxtaposition. On aboutit ainsi à la définition réelle du *vivant :* un être corporel qui se nourrit ou se refait. Par le même procédé, on aboutit à la définition réelle de l'*animal :* un être corporel, vivant, doué de sensation. La sensation est, en effet, raison d'être de l'appétition et du mouvement. On arrive également à la définition réelle de l'*homme :* animal raisonnable, la raison est chez lui raison d'être de son activité volontaire, intérieure et extérieure. » Fr. R. Garrigou-Lagrange, *Le Sens commun, la Philosophie de l'être et les formules dogmatiques*, p. 64, note ; — Cf. de Backer, *Theol. naturalis*, p. 16 ; — Peillaube, *Théorie des Concepts*, pp. 302 sqq ; — Dehove, *Essai critique sur le réalisme thomiste...* pp. 72 sqq.

Exinde apparet quanta sit falsitas explicationis cum *Psychologistarum*, tum *Kantianorum ;* scilicet hujusmodi explicationes nullatenus quadrant cum factis introspectione notis.

MINOR

Nota. Hic incipit *justificatio judiciorum ordinis realis :* sc. agitur de *objectivitate sensationum.* Cum ideae desumantur ex datis sensuum, statim ac probatum erit data sensuum objectivitate gaudere, eo ipso clarum erit ideas esse objectivas, et proinde objectiva pariter esse judicia ordinis realis. Inde elucet gravitas quaestionis praesentis ; quae idcirco uberius infra, in *Criteriologia speciali*, exponetur. Attamen, hic breviter saltem processus expositionis hujus indicari debet, ne manca maneat demonstratio nostra.

Adversus *Scepticos* et *Idealistas*, tenent *Realistae* existere res in se, quas sensus aliquo modo revelant, eisque realiter competere notas quas eis praedicata tribuunt. Sed dissentiunt in modo suam sententiam comprobandi. Duplex scilicet modus adhiberi consuevit : *Perceptionismus* et *Repraesentationismus* vel *Conceptionismus* (1).

(1) Dans la connaissance intellectuelle que, chez l'homme, l'on nomme *appréhension simple*, l'objet *présent* n'est pas identiquement *la chose qui est.* La *chose qui est* est singulière ; l'objet *présent* est une nature abstraite, absolue. Dans l'*Intellectualisme de saint Thomas*, M. P. Rousselot, après avoir défini la connaissance une « captation » de l'être, ajoute en note (p. xvii) : « Il n'est point nécessaire pour cela qu'elle soit immédiate, c'est-à-dire que la réalité par moi connue soit identiquement l'idée que j'en ai. Ce serait l'idéal suprême de la prise intellectuelle de l'Être : il ne se réalise, d'après saint Thomas, qu'en deux cas : celui des intuitions du moi actuel par lui-même, et celui de la vision béatifique ».

Or, les « *conceptionistes* » pensent que ce qui est dit de l'appréhension intellectuelle doit s'étendre aussi à l'appréhension sensible. L'objet *présenté* par les sens n'est pas identiquement la chose singulière et concrète qui existe hors du moi, c'en est une représentation singulière et concrète. De sorte que, avoir cette représentation n'est pas avoir la chose ; et, être sûr de la représentation n'est pas, pour autant, être sûr de la chose. En d'autres termes, il peut y avoir représentation d'une chose non existante.

C'est cette représentation sensible qui — en raison de son analogie avec l'idée ou concept — est appelée par certains *conception* De là les mots : *conceptionisme, représentationisme, médiatisme*, etc.

A. ***Perceptionismus*** : Objectivitas sensationum, seu realis existentia corporum et qualitatum sensibilium neque potest neque debet probari : est enim nimis evidens. Id quod sensibus apprehenditur est ipsa res externa existens, i. e. non aliquid quod *exhibetur ut existens*, sed idipsum *quod est existens*. — Hoc modo procedendi facillime, ut patet, justificantur judicia ordinis realis. Sed non omnes eo convincuntur ; imo Germani aliique multi hanc theoriam *Realismum ingenuum* (*der naïve Realismus*) appellant. Paucissimi inter philosophos realistas sunt, qui *Realismum ingenuum* integre defendant, sc. qui existiment data *quinque* sensuum esse objectiva ; plerique eum restringunt ad data tactus, quibus alii colores, alii sonos adjiciunt. Praeter Scholasticos vero fere nemo Perceptionismum tenet (1).

B. ***Repraesentationismus*** vel ***Conceptionismus*** : Admitti debet discrimen inter repraesentationem rei et realitatem ejus : res non apprehenditur in se, sed in sui repraesentatione sensibili. Quare jure ponitur quaestio utrum res repraesentata existat realiter extra repraesentationem ?

Respondemus affirmative ; hujusque rei demonstratio, cum Cⁿ Mercier et discipulis ejus, sic institui potest.

I° **Statuuntur facta :** — 1. Aliqua realitas existit, sc. *mea*. *Cogito ergo sum* jure habetur, cum Cartesio, tanquam saxum omni ex parte inconcussum ; — 2. Haec realitas non est phaenomenalis tantum, ut voluit Kant, sed noumenalis : nam, ut dictum est, ubi de factis conscientiae agitur, utpote quae immediate *in se*, non autem *in repraesenta-*

(1) Ce qui ne veut pas dire que *tous* les scolastiques sont perceptionistes. M. Aug. Valensin, dont nous avons à mainte reprise cité l'article sur le *Criticisme Kantien*, dit (l. c., col. 750) : « Il faut pourtant reconnaître que cette position (le perceptionisme) n'a plus de partisans en dehors de l'École. Sans entrer ici dans le débat, nous devons concéder aux philosophes non scolastiques, que rejeter la thèse de la perception immédiate n'est pas se prononcer par là même en faveur du subjectivisme ; c'est simplement admettre que le *problème critique* se pose : il reste à voir s'il en existe une solution satisfaisante. »

tione aliqua dantur, incongrua est distinctio inter phaenomenon et noumenon ; — 3. Haec realitas apprehenditur tanquam sentiens, i. e. tanquam affecta diversis repraesentationibus uno e quinque sensibus oblatis, vg. coloris, sonus, saporis, caloris, etc., quae modo incipiunt modo evanescunt secundum certas leges. — Haec sunt *facta* ab omnibus admissa. Cf. MERCIER, *op. cit.*, pp. 358 sq. ; Th. FONTAINE, *op. cit.*, pp. 219 sq. ; SENTROUL, *L'Objet de la Métaphysique...* p. 96.

II° **Inquiritur ratio sufficiens factorum :** Ut possimus cum certitudine scientifica transitum facere ad realitates externas, confugiendum est ad principium rationis sufficientis, vel ad principium causalitatis (quod nihil est aliud quam principium rationis sufficientis ad res contingentes restrictum).

1. Hoc principium, quod sic effertur : « Quidquid contingenter existit habet causam », est ordinis idealis, sc. independens a re qualibet existente, licet formari nequeat nisi elementa ejus accepta fuerint ab experientia, saltem proprii *Ego*.

2. Hoc principium esse universale, et proinde extra fines conscientiae valere, ex eo probatur quod reduci potest ad principium identitatis vel ad perfectam aequivalentiam notionum. Nempe : sit *aliquod ens* (vg. status subjectivus sensationis : visio coloris albi) quod transit a non-esse ad esse (= contingenter existit). Potest illud ens considerari quasi in duplici instanti, sc. in instanti *in quo nondum est* et in instanti *in quo est*. In momento in quo non est, non habet ex se rationem sufficientem sui esse : nam non est ; si, in momento in quo est, habet ex se rationem sufficientem sui esse, inducitur contradictio : sc. aliquid quod non habet rationem sufficientem sui esse (nam non est), habet rationem sufficientem sui esse (nam est). Ad vitandam contradictionem, dici debet illud ens *non esse idem* in utroque momento : in primo, non subest influxui causae ; in secundo vero subest influxui causae, a qua rationem sui sufficientem

accipit. Quare, nisi principium causalitatis violari velimus, tenendum est absolute *omne ens contingens causam sui postulare* (1).

3. Habemus igitur ens contingens realiter existens, sc.

(1) « Soit un être contingent E que, de fait, je suppose existant. Cet être E peut être envisagé comme une essence non existante puisque, par hypothèse, il est contingent. Néanmoins, en fait, l'être E existe.

» Cela posé, de deux choses l'une : Ou nous disons que l'essence E est, dans les deux cas, formellement et sous tous les rapports, le *même être*, et alors nous ne pouvons échapper à la contradiction, car nous disons qu'un être, *formellement le même*, n'existe pas et existe : la contradiction est flagrante. Ou nous disons que l'essence E n'est pas, dans les deux cas, aux deux points de vue, formellement la même : cela revient à dire que, à un premier point de vue, l'essence E est l'essence toute seule (*essentia nuda*), tandis que, au second point de vue, l'essence E n'est plus considérée seule, mais soumise à une influence autre que l'essence (*essentia quatenus subsistat influxui extrinseco*) ; ainsi nous évitons la contradiction, mais aussi nous affirmons le principe de causalité.

» Car, si l'essence de E n'a l'existence qu'à la condition d'être soumise à une influence autre qu'elle-même, l'existence de E dépend nécessairement d'une cause efficiente.

» Bref, impossible de nier le principe de causalité sans nier le principe de contradiction : le principe de causalité est analytique. Encore une fois, cependant, il s'agit de bien s'entendre. Le principe de causalité n'est pas analytique dans l'acception étroite mise en circulation par Kant. En effet, le *prédicat* du principe de causalité : *dépendant nécessairement d'une cause efficiente* n'est pas compris dans le concept essentiel du sujet : *être contingent*. Celui-ci est un terme *absolu*, celui-là un terme relatif. Or, un prédicament ne se déduit pas d'un autre prédicament ; une relation ne peut se déduire d'une notion absolue et, dès lors, le principe de causalité n'est pas analytique dans l'acception kantienne du mot.

» Lorsque nous revendiquons pour le principe de causalité le caractère *analytique*, nous voulons dire qu'il forme une proposition dont le rapport est par lui-même connaissable indépendamment de toute considération étrangère aux deux termes de la proposition ; ce rapport est par lui-même connaissable, parce qu'il y a entre le prédicat et l'essence du sujet une connexion intrinsèquement nécessaire. Le principe de causalité est donc une proposition nécessaire et connaissable par elle-même, au sens aristotélicien et scolastique de cette expression. » Cal MERCIER, *op. cit.*, pp. 265 sq.

proprium *Ego* variis sensationibus affectum. De illo valet principium causalitatis, et proinde illud ens postulat sui causam.

Haec autem causa non est in nobis : etenim, conscientia teste — et multis Kantianis consentientibus — habemus nos modo quodam *passivo*, seu aliquid subimus (quoad specificationem), quotiescumque actum sensationis elicimus (Cf. MERCIER, *op. cit.* p. 359-360). Quapropter haec causa extra nos est. Ergo existit extra nos realitas aliqua vel complexus realitatum quae sunt rationes sufficientes sensationum quas in nobis experimur. Hujusmodi vero realitates sunt subjecta concreta in judiciis ordinis realis.

4. De realitatibus externis valent omnes conceptus abstracti et principia ordinis idealis, de quibus dictum est supra ; atque, his mediantibus, constitui potest Scientia objectiva de mundo reali, vg. de triangulo reali valent omnia theoremata de triangulo ideali, etc.

Corollaria

Ex statuta thesi duo sequuntur corollaria :

I^{m} : ***Cognitione attingitur res in se seu ipsa realitas rerum.*** — Nimirum attingitur res in se, si attingitur realitas terminorum quibus res in judicio exprimitur et nexus inter eos objective existens. Jamvero secundum theses modo expositas : 1. subjectum et praedicatum quae constituunt quasi materiam judiciorum certorum existunt, vel habent realitatem propriam a subjecto cognoscente independentem ; — 2. Nexus inter utrumque existit objective, i. e. independenter a mente.

Existit igitur *res in se* (non absque relatione cum mente licet independens a mente) ; quae est *in se* quidquid de ea praedicata asserunt, siquidem praedicata tribuuntur subjecto quia in eo tanquam inclusa innotescunt.

II^{m} : ***In cognitione objectiva attingitur aptitudo mentis ad cognoscendum.*** — In ipso actu quo mens conscie et

reflexe affirmat objectum ob ejus influxum objectivum, *simul* conscie et reflexe videt suam ipsius aptitudinem ad recte judicandum, i. e. ad judicandum conformiter ordini objectivo.

1. Aptitudo facultatis *detegitur* (gall. *est constatée*) in actu in quo mens conscie adhaeret objecto ob motiva cognita ; non proprie *infertur* ex illo actu.

2. Aptitudo facultatis non tempore *prius* innotescit quam valor ejus actus, sed *simul*, cum revera facultatem esse aptam nihil significet aliud quam actus ejus esse rerum apprehensivos.

3. Hinc aptitudo facultatis non detegitur *post* detectum valorem actus cognoscitivi ; attamen, ob infirmitates sermonis humani solemus loqui primo de actu et secundo de facultate.

4. His non obstantibus, aliquo sensu dici potest aptitudo facultatis inferri ex ejus actibus. Scilicet, cum actus facultatis deprehendatur hic et nunc ut objecti apprehensivus, infertur non quidem esse *nunc* aptam facultatem ad cognoscendum — id enim non infertur, siquidem immediate constat — sed *fuisse* aptam facultatem antequam in actum prorumperet. Sic infertur facultatem esse aptam ad cognoscendum, etiam quando actu non cognoscit : sc. ab esse ad posse valet illatio (immediata). Sed haec sunt subtilia magis quam utilia.

Scholion : *De necessitate judiciorum.*

De modo quo oritur necessitas judiciorum nihil dicendum manet : dictum est in Th. XI eam non explicari sola consuetudine vel vi associativa imaginum ; clarum est nunc eam bene explicari ex eo quod praedicatum apparet nexu necessario seu essentiali cum subjecto conjunctum, vg. *totum est majus sua parte :* hoc judicium *absolute necessarium* apparet, quia semper et ubique natura ipsa *totius* postulat praedicatum : *majus sua parte.* Cfr. auctores citati.

Difficultates

1. Subjecta dicuntur cognosci (quoad *quid est*) per praedicata. Sed praedicata nihil sunt nisi modi subjectivi : nam exhibent res quae nullo modo possunt existere extra mentem. — 2. Res nequit cognosci impressione quam producit. Etenim *a*) impressio non est res ; *b*) nec est effectus fideliter exprimens rem ; sed : *c*) est effectus in subjecto receptus, et quidem secundum modum recipientis receptus. Quare nulla est relatio similitudinis inter impressionem et rem (1). — 3. Dantur sensationes quibus nihil respondet, vg. in hallucinationibus, etc.

Sommaire de la solution scolastique. — *Le jugement certain (lequel est seul susceptible de vérité ou d'erreur) implique comme éléments essentiels :* 1° *deux idées ;* 2° *un lien entre ces idées ;* 3° *l'affirmation ou la négation de ce lien par le sujet connaissant. Le jugement, d'après les scolastiques, est essentiellement* compositio *ou* divisio.

Le jugement sera : objectif, *si le lien affirmé existe, quelle que soit la réalité (actuelle ou possible) des termes entre lesquels il est dit exister ;* objectif et d'ordre idéal, *si les termes reliés représentent des réalités*

(1) Autrement dit, la chose hors de moi serait *noumène*, i. e. chose *pensable*, mais non *connaissable ;* et il faudrait admettre, avec Kant, l'agnosticisme métaphysique. Je réponds qu'il y a en moi des complexus sensibles irréductibles, par exemple, le *complexus-cheval* et le *complexus-pommier*. Je dis qu'à cette diversité de complexus, il correspond une diversité dans la raison suffisante des complexus ; là où il y a irréductibilité de complexus il y a irréductibilité de raison suffisante. Car le complexus sensible est un effet de la réalité extra-subjective ; donc, tel complexus, telle réalité : *operari sequitur esse*. Mais, dira-t-on, la même cause peut produire des complexus différents ; par conséquent, la même réalité peut se manifester par le *complexus-cheval* et par le *complexus-pommier*. — Non, ces complexus sont totalement discontinus, totalement hétérogènes, totalement irréductibles l'un à l'autre. Il faut donc admettre une hétérogénéité spécifique dans la réalité extra-subjective qui les cause. L'agnosticisme métaphysique est ainsi exclu.

Mais, dira-t-on encore, *par quoi* est constituée ontologiquement la raison suffisante de telle ou telle sensation (oignon, miel, fromage, etc.) — A cela je réponds : *Je n'en sais rien.* Et si le perceptioniste le sait, qu'il le dise.

idéales et possibles ; objectif et d'ordre réel, *si les termes représentent des réalités actuellement existantes.*

De là deux problèmes : le lien existe-t-il objectivement ? (= Problème de la synthèse) ; *les termes représentent-ils des réalités objectives ?* (= Problème de la réalité des termes). *Afin de résoudre les problèmes ainsi posés, je n'ai que la ressource d'observer, par la méthode introspective, comment je me comporte soit dans l'affirmation de la synthèse, soit dans l'affirmation de la réalité des termes.*

Premier problème. *Dans beaucoup de cas, j'ai conscience d'être déterminé à juger, non par une impulsion automatique, mais par l'objet s'imposant à moi. Il est important de comprendre ce qu'on entend par détermination venant de l'objet. Il n'est question ni d'une* poussée *ni d'une* traction *de l'objet. Seulement, je constate* 1° *que tantôt je juge et tantôt je ne juge pas ; que je juge tantôt négativement, etc. Je constate* 2° *que, quand je juge, j'ai présent devant l'esprit* (*c'est* un fait) quelque chose. *Peu importe d'où m'est venu ce* quelque chose, *si je l'ai créé de toutes pièces où s'il a été déposé en moi du dehors. Je le prends tel quel :* c'est l'objet. *En examinant cet objet, j'y découvre des éléments* (*je ne les fais pas, ils me sont présents*), *que je distingue les uns des autres, à moins que ce ne soit un élément simple, comme* 1. *Sous le regard de l'esprit, l'objet se décompose en sujet et prédicat ; et je juge :* 1 = 1 ; 1 + 1 = 2 ; 2 + 2 = 4 ; etc. *Je constate* 3° *qu'en jugeant de la sorte, je ne fais que déclarer ce qui m'est présent ; dans la synthèse que je prononce, je me conforme aux éléments objectifs qui sont présents à mon esprit.* L'exercice *du jugement vient de moi, comme acte ; la* spécification *vient de l'objet.*

Second problème. *Les termes pouvant être* abstraits (*universels*) ou concrets (*sensibles*), *le problème de la réalité des termes se subdivise en deux autres :* que valent les termes abstraits ? (= *origine des idées, problème des* universaux) ; que valent les termes concrets, *sujets des jugements d'ordre réel ?* (= *origine de la sensation*).

I. *Les termes abstraits sont* réels, *et a*) d'ordre idéal, *si j'ai conscience d'en avoir tiré tout le contenu, par abstraction, du donné sensible fourni par l'expérience. Ils sont* réels, et *b*) d'ordre réel, *si j'ai conscience d'en percevoir actuellement le contenu réalisé dans le donné sensible fourni dans une expérience actuelle. Or, l'introspection me montre que ces conditions, en bien des cas, se réalisent ; par exemple, pour l'ordre idéal, quand je dis :* l'homme est un animal raisonnable ; l'eau est H^2O, *etc. ; — pour l'ordre réel, quand je dis :* ceci est un chien, cette eau est chaude, cette maison est haute de 10 mètres, *etc.*

II. *Les termes concrets sont les données sensibles ; ils sont* réels, *si les données sont* objectives, *c'est-à-dire, s'il leur correspond des réalités existantes hors du sujet sentant. Ce dernier point, au dire des perceptionistes, doit être pris pour donné ; d'après d'autres, il s'établit par l'analyse du moi. Mgr* SENTROUL, *après le Cardinal* MERCIER, *articule*

ainsi le mécanisme de cette démonstration : « Elle fait appel à deux données : le sujet, révélé par la conscience ; — une impression subie par ce sujet, ou la représentation sensible. Elle invoque en outre le principe de causalité pour conclure de cette impression subie à une cause agissante, la chose extérieure. Et le problème est censé résolu.

» *A quelles conditions cette démonstration peut-elle être valable ? — Il faut d'abord que je sois assuré de l'existence d'un sujet impressionné. Il faut, en outre, que je sois non moins assuré du caractère passif de ce sujet, quand il est sous le coup de cette impression. Il faut enfin que je puisse légitimement invoquer le principe de causalité.* » L'Objet de la Métaphysique..., p. 96. *Or, je puis me rendre compte que ces trois conditions sont, en certains cas, remplies. Les jugements d'ordre réel sont alors objectifs :* je connais des réalités existantes, et ces réalités sont ce que disent d'elles les prédicats que je leur attribue.

§ 2. — DE JUDICIIS FIDEI

Ubi objectum, i. e. nexus inter subjectum et praedicatum judicii, perfecte sese manifestat, intellectus illum necessario affirmat : tunc enim, ut experientia constat, intellectus ad assensum praestandum cogitur. Hujusmodi judicia coacta habentur : *a*) quando intuitione immediata apprehenditur subjectum reale, sc. proprium Ego cum suis statibus activis et passivis ; — *b*) ubi inter duas notiones immediate apparet nexus necessarius inclusionis vel exclusionis ; — *c*) ubi relatio inter notiones, vel inter notiones et realitates, vel inter ipsas realitates apparet ex earum essentiali connexione cum principiis primis immediate evidentibus.

Verum, ut dictum est in Th. III, existunt in nobis alia judicia, quae non ab objecto sese manifestante determinantur, et nihilominus pro objective certis habentur. Quaeritur utrum et qua ratione possint talia judicia justificari coram ratione ?

THESIS XV[a]

Etiam quando objectum non necessario cogit assensum mentis, constare potest objectivitas certudinis, quae tunc non est scientiae sed fidei.

Copiosa bibliographia de re nostra data est supra in Th. III . Addi possunt : St. Harent, *Expérience et Foi* in *Études*, 20 oct. 1907,

pp. 221-250 ; art. *Croyance* in *Dict. de théol. cath.* ; — J. Lebreton, *L'Encyclique et la théologie moderniste*, *Études*, 20 nov. 1907, pp. 497-524 (ou brochure chez G. Beauchesne 1908) ; Id., *La Connaissance de Foi*, *Études*, 20 déc. 1908, pp. 731-757 ; — Chr. Pesch, *Theologische Zeitfragen*, 5te Folge : *Glaubenspflicht und Glaubenschwierigkeiten* (Freiburg-im-Br., 1908), pp. 160-175 ; — P. Vallet, *Les fondements de la connaissance et de la croyance*, IIe partie, pp. 299-405 ; — J. V. Bainvel, *Foi, Fidéisme* in *Dict. Apol. Jaugey-d'Alès.*

Praenotanda

I. **Facta recoluntur :** 1° Existunt assensus intellectuales a voluntate imperati, non tantum quoad *exercitium*, verum etiam quoad *specificationem*. — 2° Hujusmodi assensus habentur quando objectum est obscurum, quod in duplici casu contingit : *a*) ubi objectum apparet quidem in se, sed non ita perfecte ut omne dubium imprudens excludat (= *fides late dicta*) ; *b*) ubi objectum non apparet in se ullo modo, sed in testimonio fide digno (= *fides stricte dicta*). In his casibus directe agit voluntas : « In cognitione autem fidei principalitatem habet voluntas ; intellectus enim assentit per fidem his quae sibi proponuntur, *quia vult*, non autem ex ipsa veritatis evidentia necessario tractus (1). »

II. **Problemata :** 1. Quomodo oriuntur in nobis haec judicia ? Qua ratione potest influere voluntas in assensum intellectualem ? — In hoc consistit *problema psychologicum*, cujus solutiones variae allatae sunt in Th. III[a].

(1) S. Th., *C. Gent.* III, 40. Alibi haec dicit : « Assentit intellectus alicui dupliciter. Uno modo, quia ad hoc movetur ab ipso objecto, quod est vel per seipsum cognitum, sicut patet in principiis primis, quorum est intellectus ; vel per aliud cognitum, sicut patet de conclusionibus, quarum est scientia. Alio modo intellectus assentit alicui, non quia sufficienter moveatur ab objecto proprio, sed per quamdam electionem voluntarie declinans in unam partem magis quam in aliam : et si quidem hoc sit cum dubitatione et formidine alterius partis, erit opinio ; si autem sit cum certitudine absque tali formidine, erit fides. Illa autem videri dicuntur, quae per seipsa movent intellectum nostrum vel sensum ad sui cognitionem. Unde manifestum est, quod nec fides nec opinio potest esse de ipsis visis aut secundum sensum, aut secundum intellectum. » 2-2, q. 1, a. 4.

2. Quid valent haec judicia ? Quid nos docent ? Licetne eis fidere ? Judicium quod fertur, vel synthesis quae efficitur inter subjectum et praedicatum, objecto non determinante, potestne valorem objectivum habere ? — In hoc situm est *problema criteriologicum*, cujus solutio nunc est exponenda.

III. **Sententiae.** — Inter multas notandae sunt sequentes :

1. Pro ***Protestantibus***, fides est fiducia erga Deum, vel sensus quidam sui generis (= agnitio experimentalis) quo dignoscuntur res spirituales et religiosae, vel ipsa vox Dei revelantis (1).

2. Pro ***Sentimentalistis*** (pseudo-mysticis) et *Kantianis*, fides est assensus cui nullum lumen rationale praelucet, sc. nullum motivum sufficiens ordinis intellectualis ; quo proinde nihil docemur quod sit certo objectivum (2). Qui ita sentiunt vocantur etiam *Fideistae*.

---

(1) Cf. Jean Monod, dans l'*Encyclopédie des sciences religieuses* (Paris 1878), t. V, p. 1.

(2) Cette notion de la foi est courante en beaucoup de milieux. « C'est l'esprit, dit M. Strowski (*Pascal et son temps*, t. III, p. 292), qui apporte les probabilités, c'est le cœur qui les additionne et qui au résultat obtient une certitude. » Voir dans H. Petitot, O. P., *Pascal, sa vie religieuse et son apologie du christianisme*, p. 194, une réfutation de cette théorie de la foi, indûment attribuée à Pascal. — Lire également Newman, *Apologia*, pp. 199-200. « Il semblerait, à lire Newman, que tout jugement ferme, et surtout explicite, sur les motifs de crédiblité, réduirait l'acte même de foi à n'être que la conclusion nécessaire, et comme mécanique, d'un syllogisme. Il se rassure en affirmant que l'homme religieux, à la recherche d'une certitude, ne rencontrera que des *probabilités* laissées à l'interprétation subjective de ses dispositions morales. Il ne paraît pas voir de milieu entre l'attitude rationaliste qui exigerait, avant de croire aux dogmes de foi, une évidence de leur vérité intrinsèque ; et l'attitude fidéiste qui, poussée par le besoin de croire donnerait sur de simples présomptions, une adhésion sans réserve à des doctrines répondant aux appels secrets de notre vie morale. Or, cette espèce de dilemme laisse hors de ses prises, par une lacune dont j'ai à peine besoin de relever l'importance, l'attitude normale, généreuse et prudente à la fois, de l'homme de bonne volonté qui accepte, sur le témoignage

3. Pro ***Rationalistis***, illud solum est verum quod in se videtur. Hinc fides nihil potest esse aliud quam vis aliqua interna quae, ubi adest, hominem impellit ad affirmandas res quaslibet, etiam ridiculas, inintelligibiles, imo contradictorias (1).

4. Pro « ***modernistis*** », fides *a*) est motus quidam cordis seu sensus intimus « ex indigentia divini » prorumpens ; — *b*) in hoc sensu implicata est, tanquam objectum immanens, realitas divina et tota revelatio ; — *c*) intellectus sensum

---

certain de Dieu, des vérités qui dépassent et semblent parfois contredire les données de sa raison. » L. de GRANDMAISON, *John Henry Newman, considéré comme maître*, *Études*, 1907, I, p. 52.

(1) « La foi n'est véritable, n'est méritoire que quand elle n'est mêlée d'aucune connaissance... La science est le séjour de la lumière... L'empire de la foi commence avec les ténèbres. » É. VACHEROT, *La science et la métaphysique*, t. I, p. 118. La définition de Taine est trop curieuse pour n'être pas rapportée ici. La foi, selon lui, « c'est une faculté extraordinaire qui opère à côté et parfois à l'encontre de nos facultés naturelles ; à travers et par delà les choses telles que l'observation les présente, elle nous découvre un au-delà, un monde auguste et grandiose, seul véritablement réel, et dont le nôtre n'est que le voile temporaire. Au plus profond de l'âme, bien au-dessous de la couche superficielle dont nous avons conscience, les *impressions* se sont accumulées, comme des eaux souterraines ; là, sous la poussée et la chaleur des *instincts immanents*, une source vive s'est formée, grossit et bouillonne obscurément ; vienne une secousse, une fissure, et soudainement elle monte, elle perce, elle jaillit à la surface ; l'homme qui la contenait et en qui elle déborde est surpris de cette inondation, il ne se reconnaît plus lui-même ; tout le champ visible de sa conscience est bouleversé et renouvelé ; à la place de ses anciennes pensées vacillantes et fragmentaires, il trouve une croyance irrésistible et cohérente, une conception précise, une représentation intense, une affirmation passionnée, quelquefois même des perceptions positives d'une espèce à part, et qui lui viennent non du dehors, mais du dedans, non seulement des suggestions simplement mentales, comme les dialogues muets de l'*Imitation*, et les « locutions intellectuelles » des mystiques, mais encore de véritables sensations physiques, comme les visions détaillées de sainte Thérèse, les voix articulées de Jeanne d'Arc, et les stigmates corporels de saint François. » *Revue des Deux-Mondes*, 1891, t. III, p. 491 ; Cf. Lucien ROURE, *Le problème de la foi chez M. Janet*, dans *Doctrines et Problèmes* (Retaux 1900).

religiosum explicat et in sententias vertit, quae sunt *dogmata* jugiter evolvenda pro continua evolutione sensus religiosi. — *d*) Itaque *realitas divina* intuitione quadam experimentali apprehenditur tanquam existens (sc. *transcendens*) ; et, qui hanc intuitionem expertus est, is fit pleno sensu *credens*. — *e*) Hujus fidei seu « creditionis » (gall. *croyance*) rationes intellectuales sunt tantummodo probabiles. — *f*) Attamen dogmata utilitatem habent tanquam *regulae directivae*. Cf. Encycl. *Pascendi* (1).

Animadvertendum est has omnes sententias esse « anti-intellectualistas » : in hoc scilicet conveniunt quod *judicia de rebus non in se intellectis* (praesertim vero *religiosis, miraculosis, mysticis*) dicunt in nobis efformari vi influxus alicujus, ordinis extra-intellectualis. Et quidem vel ita ut *termini* ipsi e subconscientia emergant, vel ita ut, terminis aliunde habitis, *relationes* inter terminos eorumque variae *syntheses* interna quadam quasi vegetatione efflorescant. Pertinent igitur doctrinae praedictae ad *Psychologismum*, de quo supra dictum est. Secundum psychologistas puros

(1) « Le Christianisme primitif n'avait pas de symbole dogmatique, si l'on entend par là une série d'articles de foi, définis comme thème d'enseignement, et expression réglementaire de la croyance... Les vérités de la révélation sont vivantes dans les assertions de la foi avant d'être analysées dans les spéculations de la doctrine... Leur forme native est une « intuition » surnaturelle et une « expérience » religieuse, non une considération abstraite ou une définition systématique de leur objet. » A. Loisy, *Autour d'un petit livre* (Paris 1903), p. 200. « La divinité du Christ est un dogme qui a grandi dans la conscience chrétienne, mais qui n'avait pas été expressément formulé dans l'Evangile ; il existait seulement en germe dans la notion du Messie fils de Dieu. » *Ib.*, p. 117. « L'historien connaît ce dogme comme une définition théorique, élaborée au cours des premiers siècles chrétiens, non comme une réalité vérifiable et directement attestée par les documents de l'histoire. Comme je l'ai dit plus haut, les éléments essentiels de la notion du Messie ont été expliqués en doctrine métaphysique. » *Ib.*, p. 147. « D'ailleurs pour qui sait comprendre, la révélation n'est pas un système théorique, mais une instruction concernant la bonne voie. » Id., *Quelques lettres sur des questions actuelles* (Ceffonds, chez l'auteur, 1908), p. 79. Cf. M. Lepin, *Les théories de M. Loisy* (Beauchesne 1909).

omnia judicia sunt subjectiva ; secundum *Protestantes*, *Sentimentalistas*, *Kantianos*, *Rationalistas*, *Modernistas*, saltem judicia fidei habenda sunt tanquam subjectiva.

5. Pro ***Intellectualistis***, judicia fidei eliciuntur ab intellectu, sub imperio voluntatis quidem, sed praelucentibus motivis ordinis intellectualis ; et ideo his judiciis aliquid vere docemur, i. e. veritatem, etiam speculativam, certo attingimus. Inter intellectualistas numerandi sunt *Catholici* omnes (1), et *Protestantes* qui « *conservativi* » dicuntur.

IV. **Sensus thesis.** — Thesis est *theoretica :* statuit conditiones, quibus positis, constabit objectivitas judiciorum fidei ; insuper est *hypothetica :* non affirmat de facto *constare* objectivitatem judiciorum fidei, nec de facto constare posse (absolute), sed constare *posse*, *si* conditiones quaedam adimpletae fuerint. Utrum vero adimpleantur statutae conditiones a viris catholicis aut aliis, non ad nos sed ad Apologetas pertinet dicere.

DEMONSTRATIO

Thesis duas partes continet : *prima* de fide late dicta, *secunda* de fide stricte dicta tractat.

---

(1) « Humana quidem ratio, ne in tanti momenti negotio decipiatur et erret, divinae revelationis factum diligenter inquirat oportet, ut *certo* sibi constet Deum esse locutum, ac eidem quemadmodum sapientissime docet Apostolus, *rationabile obsequium* exhibeat (Rom. 12, 1). » Pius IX, ex Encycl. « *Qui pluribus* », 9 nov. 1846, Denzinger [19], n. 1637. Damnata est ab Innocentio XI (2 martii 1679) propositio : « Assensus fidei supernaturalis et utilis ad salutem stat cum notitia solum probabili revelationis, immo cum formidine, qua quis formidat, ne non sit locutus Deus. » Denzinger, n. 1171 ; a Pio X, in Decreto « *Lamentabili* » (3 julii 1907), propositio : « Assensus fidei ultimo innititur in congerie probabilitatum. » Denzinger, n. 2025. S. Thomas, quocum hac in re consentiunt omnes theologi, haec dicit : « ea quae subsunt fidei dupliciter considerari possunt : uno modo *in speciali :* et sic non possunt esse simul visa et credita... ; alio modo *in generali*, sc. sub communi ratione credibilis : et sic sunt visa ab eo qui credit. *Non enim crederet, nisi videret ea esse credenda*, vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquid hujusmodi. » 2-2, q. 1, a. 4, ad 2.

Ia PARS : de fide late dicta (= *croyance*).

Quando objectum (i. e. nexus inter subjectum et praedicatum) apparet quidem, sed non ea claritate qua dubium etiam imprudens excludatur, assensus intellectualis determinari debet a voluntate. Atqui assensus hoc modo praestitus quandoque valorem objectivum habet. Ergo.

Probatur MINOR :

Reflexione instituta, constat quidem assensum imperari eo quod voluntati proponitur assensus tanquam res bona, et, ex hac parte, nondum apparet objectivitas assensus : siquidem existunt assensus imperati erronei ; sed constat etiam quandoque assensum imperari *postquam* nexus inter subjectum et praedicatum ita claruit ut dubitatio de ejus existentia sit evidenter imprudens et vana. Porro, haec cum ita sint, pronuntiatio nexus, licet imperante voluntate fiat, est procul dubio objectiva : nam, inter manifestationem objecti (etiam non summo gradu evidentem) et realitatem objecti habetur connexio necessaria.

IIa PARS : de fide stricte dicta (= *la foi*).

Objectivitas fidei (stricte dictae) dicenda est constare, si voluntas imperium suum elicit *postquam* nexus inter subjectum et praedicatum judicii pronuntiandi tali modo innotuit ut nullum dubium prudens de ejus realitate manere possit. Atqui constare potest adimpletio conditionis hujus. Ergo.

MAJOR patet (1). Probatur MINOR.

---

(1) « Ratio enim bene consulta ad firmum assensum veritati exhibendum nihil aliud exigere potest nisi ut prudens periculum errandi sit exclusum ; qui assensum negaret ob imprudentem errandi formidinem, contra sanam rationem ageret, quippe qui cognoscendi modum postularet qui humano esset superior atque perfectior ; nam imperfectio intellectus nostri dependentis a sensibus causa est ob quam non omnes veritates penetrare possumus. » H. NOLDIN, *Quaestionum logicarum libri quatuor* (Innsbruck, Rauch 1894), p. 32.

Reflexione instituta, constat quandoque quatuor sequentia puncta in assensu fidei adesse :

1. Habentur elementa ordinis repraesentativi, sc. subjectum et praedicatum (vg. *Deus*, *unus* et *trinus*) cum earum cognitione saltem analoga (1). « Ad simplicem apprehensionem subjecti et praedicati veritatum etiam superrationalium sufficiunt notiones universales, quas naturaliter ex creaturarum consideratione abstrahimus. Sic ad concipiendum subjectum et praedicatum in his veritatibus maxime superrationalibus : *Deus est unus in natura*, *trinus in personis*, vel *Jesus Nazarenus est Deus-Homo*, plane sufficiunt conceptus quos habemus *Dei*, *naturae*, *personae*, *humanitatis*, *unitatis*, *numeri*, *et similium* (2). »

2. Licet non innotescat actualis compatibilitas subjecti cum praedicato, non tamen apparet eorum actualis incompatibilitas (3) ;

3. Existentia nexus (non ejus ratio interna) inter subjectum et praedicatum, qui neque analysi, neque experientia detegi potest, re ipsa *revelatur* ab aliquo teste ;

4. Ille testis est fide dignus, i. e. certo constat ejus scientia et sinceritas : scit id quod dicit et dicit id quod scit.

Atqui, his quatuor conditionibus positis, nexus inter subjectum et praedicatum tali modo innotescit ut de ejus realitate nullum dubium prudens manere possit. Ergo, pronuntiatio hujus nexus, seu fides stricte dicta (etiam de mysteriis captum humanum absolute excedentibus) est

---

(1) « Le jugement de foi doit avoir un objet saisissable par l'esprit ; nul motif ne peut m'amener à croire ce que je ne puis d'aucune façon concevoir. » J. LEBRETON, *La connaissance de Foi*, l. c. p. 733.

(2) S. SCHIFFINI, *Princ. phil.* [2], p. 402, n. 424 ; cf. TAPARELLI, *Traité de Droit Naturel*, Diss. I, c. IX, n. 240.

(3) Dans les *mystères*, ce qui est révélé c'est la convenance du prédicat au sujet. Mais cette convenance, je ne puis la tirer ni de la comparaison entre le prédicat et le sujet, ni de la comparaison de chacun de ces termes avec n'importe quel troisième. Même, après la révélation, j'ai beau regarder sujet et prédicat, je ne vois pas qu'ils se conviennent, mais je ne vois pas, non plus, qu'ils ne se conviennent pas.

certo objectiva : nam inter attestationem fide dignam et realitatem rei testimonio traditae habetur connexio necessaria (1).

Nota. Circa *factum revelationis* et *auctoritatem testis*, de quibus sub nn. 3 et 4, duplex casus contingere potest. Nimirum potest utrumque innotescere vel ita ut de eorum realitate excludatur dubium etiam imprudens, vel ita ut excludatur dubium prudens tantum. Jamvero, de priori casu nulla movetur difficultas ; in secundo, quidquid nonnulli dicunt (vg. F. Hettinger, *Lehrbuch der fund. Theologie*, t. I, p. 188), assensus fidei est etiam objectivus. Etenim mens, in hoc casu, adhaesionem suam praestat sub motione voluntatis non caece imperantis, sed coram manifesta imprudentia dubitationis, sc. homo clare perspicit acturum se imprudenter, si de realitate rei attestatae dubitaret.

Propterea, in certitudine libera (sc. fidei late vel stricte dictae), fundamentum ultimum ordinis intellectualis est haec cognitio reflexa maxime evidens : « Propositio cui non obstant nisi rationes dubitandi futiles et sophisticae haberi debet pro objectiva. » Hoc autem principium, cum objecto ipsi, de quo fertur judicium, plenam evidentiam

(1) L'exposé critique de l'ensemble de faits et de vérités sur lesquels se fonde le caractère rationnel et moralement obligatoire de la religion chrétienne (dogme et morale) s'appelle *Apologétique*. L'apologétique s'applique à fournir la preuve d'abord du *fait* de la révélation en général, ensuite de l'*autorité* de la révélation, par la qualité (science et sincérité) du révélateur.

Le *fait* de la révélation se prouve, comme tous les événements de l'histoire, par l'application exacte des principes de la méthode historique. La *qualité du révélateur* se découvre aux signes divins (miracles et prophéties) historiquement constatés. Le révélateur une fois reconnu comme Dieu ou envoyé de Dieu, son enseignement est certainement vrai. Il reste à savoir quel il est et quels en sont les dépositaires. Cela connu, toute âme de bonne volonté doit s'incliner.

A côté de cette apologétique *spéculative*, il y a place pour une apologétique *pratique* ou « *pastorale* », qui se propose d'amener effectivement les âmes au bercail de l'Eglise. C'est comme une *Méthodique de la foi*. Il va sans dire que cette méthodique doit s'adapter aux esprits, et que, quelque parfaite qu'on la fasse, elle ne constituera jamais une recette infaillible, puisque la foi, par définition, est un assentiment libre.

internam non impertiatur, assensus manet liber, et certitudo inde resultans non est scientiae sed fidei. Si quis autem rejiciat discrimen inter evidentiam *credibilitatis* et evidentiam *veritatis*, is libertatem assensus in eo reponere debet quod credibilitas ipsa non possit mente apprehendi absque *libera* dispositione in voluntate. Cf. supra Th. III.

Corollaria

I^m^. Ergo qui Ecclesiae catholicae vitio vertunt quod sibi jus vindicet injungendi assensum fidei rebus etiam absurdis aut absolutae evidentiae contrariis, ii Ecclesiam catholicam calumniantur (1). Reipsa nullum affertur exemplum rei simul absurdae et ab Ecclesia suis fidelibus praescriptae. Etiam mysteria stricte talia nullam repugnantiam seu impossibilitatem internam continent ; secus non possent credi. Cum enim in affirmanda re manifesto falsa voluntas nullum bonum reperire possit, sequitur assensum rei evidenter falsae esse psychologice impossibilem.

II^m^. Ergo *certitudo objectiva* non recte definitur : « Aptitudo veritatis ad *necessitatem* synthesis subjecti cum praedicato inducendam. » Talis enim definitio, omissis aliis vitiis, non potest applicari ad certitudinem liberam seu fidei, eamque implicite negat.

Scholion : *De auctoritate congregationum romanarum.*

Thesis nostra docet ibi solum rationabile esse obsequium fidei ubi constat *infallibilis auctoritas* testantis. Quomodo potest igitur critice defendi obligatio adhaerendi sententiis

(1) L'Eglise catholique s'est, au contraire, toujours montrée difficile en matière de croyance. « Le Christianisme, dit l'abbé de Broglie, n'a jamais cessé d'en appeler à l'histoire pour prouver sa vérité, il a toujours eu une apologétique ; les autres cultes n'en ont pas, ou quand ils ont, par hasard, essayé d'en créer une,... leurs essais ont été si misérables, et leurs preuves si faibles, qu'il a fallu les écarter parce qu'elles affaiblissaient au lieu de fortifier la doctrine qu'elles devaient soutenir. » *Histoire des religions*, Intr. VIII.

alicujus Tribunalis, quod non est infallibile ? — Huic quaestioni sic respondet Cl. J. V. Bainvel :

« 1. Decreta Inquisitionis, etiam per Papam confirmata, non sunt infallibilia, et unus est notissimus casus erroris, in causa Galilei ; sed suam habent auctoritatem, eamque magnam.

2. Utrum haec auctoritas sit doctrinalis an mere oeconomica non omnino consentiunt Catholici. Sed videtur ad ipsam doctrinam aliquo certe modo pertinere et ita quidem ut assensum etiam mentis postulet, *quamdiu scilicet non constat evidenter de errore ; qui assensus*, etsi religiosus est, *non tamen debet esse fidei, ut patet, quin etiam nec certitudinis absolutae, sed qualem requirit auctoritas magna, non tamen infallibilis. Porro praesumptio est pro auctoritate* (1). » (Litterae italicae sunt a me)

Difficultates

1. In certitudine libera, determinatio ad assensum fit voluntate. At voluntas est vis caeca, vel rationes habet rationi impervias. — 2. Voluntas imperat assensum quatenus est aliquid bonum, non quatenus est verum ; intellectus autem assentit objecto quatenus est verum. Porro sic nulla est proportio inter motionem voluntatis et actum intellectus. — 3. Certitudo fidei catholicae (supernaturalis) fit sub motione gratiae (2). Sed gratia est vis extra-intellec-

(1) *De Scriptura Sacra* (Beauchesne 1910), p. 39. L'auteur parle en cet endroit du fameux *Comma Joannineum*, et du décret du 13 janvier 1897, lequel, d'après de bons auteurs, constituerait un nouveau cas-Galilée. Sur ces épineuses questions, il faut consulter Lucien Choupin, *Valeur des décisions doctrinales et disciplinaires du Saint Office* (Beauchesne 1909). — Cf. *Revue Thomiste*, 1909, pp. 198-216 ; — E. Vacandard, *Études de critique et d'histoire religieuse* (Lecoffre 1905), pp. 340 sqq.

(2) La grâce agit dans la formation de l'acte de foi, en aidant à chercher, à étudier, à saisir les raisons de croire ; elle ne supplée pas — du moins en règle générale — à ce qui manquerait objectivement aux raisons de croire. Cf. Vacant, *Études théol. sur les Const. du C. du Vatican*, t. II, p. 37, n. 570.

tualis. — 4. Nonne primum principium methodi jubet nihil pro vero tenere nisi innotescat ut verum (1) ? — 5. Objectum fidei non est interne visum ; sed contra naturam intellectus humani est si assentit rei non visae (2). — 6. Saltem in mysteriis religionis catholicae, imo in attributis divinis, creditur rei inintelligibili, siquidem deest notio proprie dicta terminorum. — 7. Nihil significat trita distinctio inter *supra rationem* et *contra rationem* (3). — 8. Nota est gloriatio Tertulliani : *Credo quia absurdum* (4). — 9. Galileo praescriptum est ab Ecclesia ut confiteretur terram immobilem esse ; etc.

Ad *solutionem* tria animadvertantur :

I. Fatendum est naturae intellectus humani minus consentaneum esse assensum fidei quam assensum scientiae. « In fide est assensus et cogitatio quasi ex aequo. Non

---

(1) « Le premier principe de la méthode n'est-il pas sans conteste, depuis Descartes, qu'il ne faut tenir pour vrai que ce que l'on voit clairement être tel ? » Ed. Le Roy, *Dogme et Critique*, p. 7.

(2) « ... Un dogme quelconque apparaît comme un asservissement, comme une menace de tyrannie intellectuelle, comme une entrave et une restriction imposée du dehors à la liberté de la recherche : toutes choses radicalement contraires à la vie même de l'esprit, à son besoin d'autonomie et de sincérité, à son principe générateur et fondamental qui est le principe d'immanence. » Id., *ib.*, p. 15.

(3) « Ce qui est *contre* la raison est contre les vérités absolument certaines et indispensables ; ce qui est *au-dessus* de la raison est contraire seulement à ce qu'on a coutume d'expérimenter et de comprendre. C'est pourquoi je m'étonne qu'il y ait des gens d'esprit qui combattent cette distinction. » Leibniz, *Discours de la conformité de la foi et de la raison*, p. 23.

(4) La formule incriminée ne se trouve pas dans Tertullien ; mais on a l'équivalent : *Prorsus credibile est, quia ineptum est ; certum est, quia impossibile* (*De carne Christi*, 5). Ces mots s'expliquent par le contexte : Tertullien rappelle, non à des païens, mais à des chrétiens, qu'ils ne doivent pas raisonner les mystères. Voir là-dessus le remarquable livre de M. Adhémar d'Alès, *La Théologie de Tertullien* (Beauchesne 1905). « L'enquête à laquelle nous venons de procéder prouve avec évidence que, dans la pensée de Tertullien, l'adhésion à la religion chrétienne est un acte éminemment raisonnable. » *Op. cit.*, p. 33.

enim assensus ex cogitatione causatur, sed ex voluntate, ut dictum est. Sed quia intellectus non hoc modo terminatur ad unum ut ad proprium terminum perducatur, qui est visio alicujus intelligibilis, inde est quod ejus motus nondum est quietatus, sed adhuc habet cogitationem et inquisitionem de his quae credit, quamvis firmissime eis assentiat ; quantum enim est ex seipso, non est ei satisfactum, nec est terminatus ad unum ; sed terminatur tantum ex extrinseco. Et inde est quod intellectus credentis dicitur esse captivatus, quia tenetur terminis alienis et non propriis. Inde etiam est quod in credente potest insurgere motus de contrario hujus quod firmissime tenet, quamvis non in intelligente vel sciente. » S. Th., *de Ver.*, 14, 1. Attamen ubi deficit scientia, omnino rationi convenit fides, si qua potest haberi. Praeterea, cum praesens vita sit probatio quaedam, valde decebat ut haec probatio, et meritum inde consequens, ad vitam quoque intellectualem extenderetur (1).

II. In divinis habetur aliqua cognitio *proprie dicta* terminorum, sc. *analoga*, quae quidem non est *propria ex propriis*, sed *propria ex communibus*, ut logici dicunt.

III. Secundum dicta in Scholion, si Galileus *evidenter* vidit veritatem asserti sui non *potuit* nec proinde *debuit* adhaerere mente sententiae contradictoriae Sancti Officii ; solummodo debuit silentium de tota re, ut praescriptum erat, religiose observare (2). De quaestione historica utrum

(1) Cf. St. Harent, *Dict. de théol. cath.*, art. *Croyance*, col. 2374.

(2) « Nur Evidenz des Gegentheiles könnte den Katholiken von der Pflicht religiöser Unterwerfung unter das Entschiedene entbinden. » Grisar, S. J., *Galileistudien*, p. 249-250. Les théologiens reconnaissent volontiers qu'on ne saurait imposer « une adhésion intérieure au savant qui a la certitude scientifique de l'erreur contenue dans une décision faillible de l'autorité » enseignante. « En ce cas, non seulement le savant n'est pas obligé d'adhérer soit intérieurement soit extérieurement au décret, mais il ne peut pas le faire sans pécher ; il ne peut qu'observer un respectueux silence. » Abbé Jaugey, *Le procès de Galilée et la théologie*, p. 120. Cité dans Vacandard, *op. cit.*, p. 372.

habuerit Galileus evidentiam asserti sui conferatur VACANDARD, *l. cit.* ; ubi multa utilia leguntur circa modum quo acceptum sit decretum Sancti Officii a viris scientificis et ecclesiasticis a tempore sui editionis usque ad diem 11 sept. 1822.

Sommaire. — *Il arrive, cela est extrêmement fréquent, qu'en présence de deux éléments objectifs, l'esprit, tout en voyant qu'ils se conviennent, ne se sent pas contraint à prononcer cette convenance par un jugement ferme. D'autres fois, les termes eux-mêmes sont insoupçonnés ; ou, donnés, ils ne manifestent aucunement leurs rapports. Laissé à lui-même, l'esprit serait à jamais incapable de juger.* (*Voir la Th. III*).

Cependant, il arrive que le jugement a lieu. C'est que la volonté est intervenue : dans le premier cas, sans témoignage du dehors, dans le second cas, avec témoignage. Ainsi, après informations prises, je dis avec assurance : New-York est une ville énorme, mon ami X, d'Égypte, est bien portant, etc.

Suis-je en état de justifier ces jugements ; de m'assurer, à la réflexion, qu'ils sont objectifs, et que, par eux, j'atteins ce qui est ? — Oui, mais à une condition, c'est que l'action de la volonté soit précédée ou accompagnée d'une vision intellectuelle, dans laquelle l'esprit se rende compte que le jugement à intervenir est entouré de telles garanties de sécurité qu'il serait tout à fait déraisonnable d'hésiter à le prononcer. Dans le cas du témoignage, si, d'une part, ce qui m'est rapporté n'est pas évidemment impossible ; et si, d'autre part, le ou les témoins sont gens qualifiés, instruits de ce dont il s'agit et disant exactement ce qu'ils savent, je n'ai manifestement aucune raison sérieuse de suspecter leurs dires, et le jugement que je porte, d'après leurs dépositions, est sûrement objectif, est sûrement l'expression de la vérité.

Quand même le témoin me dirait des choses mystérieuses, tant qu'elles ne seront pas totalement inintelligibles, je devrai raisonnablement le croire ; car, du moment qu'il est qualifié, ce qu'il dit est vrai. C'est ainsi que les Catholiques justifient leur foi aux mystères de la sainte Trinité, de l'Incarnation, de la Rédemption, de la sanctification par les sacrements, etc. Aucun de ces mystères n'est en contradiction avec l'évidence naturelle. Mais, objecte le rationaliste, des espèces eucharistiques la science dit : c'est du pain ; la foi dit : ce n'est pas du pain. Je réponds : la science se trompe : elle juge d'après les apparences, qui sont les mêmes avant et après la Consécration. C'est en usant d'induction (certitude hypothétique) que la science prononce : « toutes les fois qu'il y a cette apparence ou cet ensemble d'apparences, il y a la substance-pain. » Mais si, dans un cas donné, une autorité supérieure me dit : « Non, il y a eu miracle ; il ne reste plus ni pain ni vin, » je dois me rendre. Et je comprends qu'il est raisonnable que je me rende.

CAPUT IV

CRITERIUM : EVIDENTIA OBJECTI. FALSA CRITERIA

In justificatione certitudinum spontanearum, sive scientiae, sive fidei, quam in antecedentibus thesibus prosecuti sumus, hoc commune reperimus quod, in his omnibus judiciis critice inspectis, objectum ipsum, sc. nexus inter subjectum et praedicatum, mentem aliquo modo (mediate vel immediate) movet ad assensum praestandum. Nunc autem, problemate tandem soluto, aliquantulum quiescere licet et comparatam objectivitatem animo quieto considerare. Ex hac consideratione duae conclusiones erunt deducendae : 1. *positiva :* criterium veritatis est evidentia objecti ; 2. *negativa :* deficiente evidentia objecti, nihil aliud superest quod jure possit afferri tanquam criterium. Quare duplex erit articulus in praesenti capite.

ART. I.

De Evidentia objecti.

THESIS XVI[a]

Id quo objectum mentem ad assensum certum determinat est ejus evidentia, sive perfecta, sive imperfecta ; hinc evidentia objecti est simul ultimum certitudinis motivum (I) et veritatis criterium (II).

Auctores

Legi potest thesis nostra in libris manualibus neo-scholasticorum, apud quos est maxime communis. Cf. etiam A. Blanche, O. P., *Sur l'usage de l'évidence comme suprême critérium*, in *Revue Thomiste*, déc. 1903 ; — Mgr Farges, *La Crise de la certitude*, pp. 312-329 ; — Richard, *Rev. Thomiste*, oct. 1910, pp. 591 sqq.

Praenotanda

I. Scopus thesis. — Thesis praesens nihil novi docet : est tantum expressio abstracta thesium XIII, XIV, XV. — Nimirum status objecti, de quo diximus, in quo sc. objectum se manifestat vel ita ut cogat mentem vel ita ut saltem omne dubium prudens excludat, indiget aliqua denominatione. Jamvero inter vocabula maxime apta ad hunc statum designandum, eminet vox *evidentia*. Etymologice significat id quo aliquid clare *oculis* videtur (*e-videntia*) (1). Sed propter analogiam quae viget inter visionem oculorum et cognitionem mentis, factum est etiam ut id quo aliquid clare *mente* perspicitur dictum sit *evidentia*. Praeterea dicendum erit quodnam sit munus evidentiae relate ad certitudinem et veritatem.

II. Notiones. Definitio et varietates evidentiae.

a) ***Definitio evidentiae.*** — Cum vox *evidentia* inducta sit *post* cognitam rem ea designandam, quid voci subjaceat est valde determinatum. Non est aliquid sui generis in objecto, quod vocetur « fulgor veritatis », vel subita illuminatio, nec sensus quidam ineffabilis nos de veritate praesente monens — haec sunt metaphorae — ; sed est status objecti in quo nexus inter subjectum et praedicatum judicii affirmandi (*enuntiabilis*) sese manifestat, vel in quo praedicatum apparet (*in se* vel *in attestante*) tanquam inclusum in subjecto. Tunc igitur habeo evidentiam quando, proposito subjecto et praedicato, convenientiam inter utrumque affirmo, *postquam* eam vidi, *quia* eam vidi, *eatenus quatenus* eam vidi et adhuc video. Qui haec conscit, conscius est evidentiae objecti.

b) ***Diversae evidentiae.*** — Ex instituta analysi factorum in thesibus prioribus expositorum, clarum est evidentiam non unius esse generis.

1° Distinguitur evidentia *facti* (seu *existentiae*), quae implicat aliquam continuationem ideae cum realitate sensi-

(1) Cf. C^{al} MERCIER, *Crit. gén.*, p. 31.

bus (externis vel internis) apprehensa, vg. *haec est arbor ; haec arbor est quercus*, etc. ; et evidentia *nexus inter notiones* (seu *essentiae*), quae praescindit ex se ab omni respectu ad realitatem existentem ; vg. *totum est majus sua parte ; triangulus habet suos angulos aequales duobus rectis*, etc.

2° Distinguitur evidentia *immediata*, i. e. sine ratiocinio, et *mediata*, i. e. cum ratiocinio ;

3° Evidentia *intrinseca* (= *directa*, *veritatis*), qua attingitur res ipsa in sui ratione interna ; et *extrinseca* (= *indirecta*, *credibilitatis*), qua attingitur res non in se sed in sui testimonio ;

4° Evidentia *perfecta*, i. e. cogens intellectum ; et *imperfecta*, i. e. sufficiens ad dubium prudens excludendum, sed non cogens ;

5° Evidentia *metaphysica*, *physica*, et *moralis*, de quibus mox.

III. Relationes inter evidentiam et certitudinem. — Evidentia et certitudo se habent inter se sicut causa et effectus. Hinc : *a*) Certitudo est semper *status mentis*, sc. status psychicus, ideoque essentialiter subjectivus ; evidentia vero est *status objecti*, ideoque essentialiter objectivus. *b*) Certitudo est effectus evidentiae, seu status mentis evidentia determinatus ; evidentia est causa determinans certitudinis, seu causa movens (= *motivum*) mentem ad assensum certum praestandum. Quoniam evidentia est ultima causa movens, dicitur *motivum ultimum*.

Nota. — Loqui solent auctores de evidentia *subjectiva*, qua intelligitur vel apprehensio evidentiae objectivae a subjecto, vel illusio evidentiae (= *mere subjectiva*). Sed vitari debet hujusmodi locutio ; nam evidentia aut est nulla, aut est objectiva, idque essentialiter.

IV. Relationes evidentiae et certitudinis cum veritate. — Hic *veritas* intelligitur grosso modo *conformitas judicii cum rebus*. In quo sita sit haec conformitas postea distinctius declarabitur.

1° Evidentia est *signum* seu *criterium* veritatis. Κριτήριον

(κρίνω = cerno, secerno, discerno, dijudico) in genere est norma discriminans. Jamvero evidentia est norma discriminans verum a falso, sc. certitudinem veram ab erronea. Notanda sunt duo : *a*) *Criterium veritatis* non *re* sed *ratione* tantum distinguitur a *motivo certitudinis* : sc. evidentia, eo quod est manifestatio necessarii nexus inter subjectum et praedicatum (ideoque *movens* intellectum) eo ipso jure evadit signum inconcussum veritatis cujuslibet propositionis (= *criterium*) ; *b*) Criterium istud non est aliud quam res ipsa cujus est criterium. Hoc sensu dicitur *verum index sui* ; sc. judicium tali modo apparet conjunctum cum objecto sese manifestante ut *eo ipso* appareat verum.

2° Certitudo, licet sit status mentis, conjuncta est cum veritate, ideoque objectiva est, quando determinatur evidentia objecti, seu manifestatione nexus inter subjectum et praedicatum — quod reflexione introspectiva detegi debet, uti fecimus supra.

V. **Delimitatio thesis.** — Duo asserimus : 1° Evidentia est *motivum certitudinis* et *criterium veritatis* : *a*) *ultimum*, sc. nullo ulteriori indigens ; *b*) *universale*, sc. α) valens pro *omnibus hominibus* omnium temporum ; β) valens pro *omnibus veritatibus*, cujuslibet ordinis.

2° Evidentia de qua agitur, est *perfecta* vel *imperfecta* (1). Attamen omnis certitudo, ut sit justificata, ultimo niti debet in aliqua evidentia immediata ; sc. vel objectum debet esse evidens, vel saltem ejus credibilitas aut admissibilitas debet esse evidens.

VI. **Adversantur thesi :** 1° *Sceptici*, qui negant existere ullum criterium veritatis ; 2° Ii omnes qui criterium in aliquo elemento veritati extrinseco reponunt, quod vel *intra* vel *extra* subjectum cogitans reperiatur ; 3° Inter neoscholasticos, P. Mendive S. J. existimat criterium veritatis situm esse ultimo in illuminatione subjecti ab objecto, non

(1) Cf. St. Harent, *Dict. de théol. cath.*, art. *Croyance*, col. 2388.

in manifestatione objecti ipsius ; alii criterium reponunt in *reductione ad prima principia per se nota* (vg. Cardinalis Lorenzelli) (1).

DEMONSTRATIO

Demonstratio non potest aliter fieri quam analysi conscientiae, etsi haec analysis exponi potest sub forma argumentativa.

I^a PARS : Evidentia objecti est ultimum motivum certitudinis.

Evidentia est status objecti (sc. elementorum in actu cognoscitivo exhibitorum : gall. *le contenu*) in quo praedicatum innotescit menti tanquam necessario connexum cum subjecto. Atqui, in judiciis reflexe justificatis (in thesibus XIII. XIV. XV), ultimum motivum judicii certi, seu certitudinis, est status objecti in quo praedicatum innotescit menti tanquam necessario connexum cum subjecto. Ergo, in judiciis praedictis, ultimum motivum est evidentia objecti.

Major est definitio. Declaratur Minor :

Si quis introspectione seipsum observet, haec conscius erit : Homo non est semper certus : modo dubitat, modo suspicatur, modo opinatur, modo affirmat sine errandi formidine. Si ratio inquiratur ab eo hujusce diversitatis mentalis, respondebit objectum judicii (nexum praedicati cum subjecto) vel non apparere, vel plus minusve obscure innui, vel tandem apertum seu *evidens* esse, et quidem vel ita ut cogat mentem, vel saltem satis ut excludatur omne prudens motivum dubitandi. Quod luculenter patet facta enumeratione judiciorum reflexe justificatorum.

Nempe duplex — ut dictum est — existit judiciorum genus : sc. *scientiae* et *fidei*. 1° Judicia *scientiae* sunt : *a*) vel *ordinis idealis* (= judicia *essentiae*) : in his habetur evidentia

(1) *Phil. theor. Inst.*, t. I, pp. 145 sqq.

(sive immediata sive mediata) nexus inter notiones, aut quia praedicatum includitur in subjecto, aut quia exigitur ab eo ; *b*) vel *ordinis realis* (= judicia *existentiae*) *:* in his habetur evidentia alicujus realitatis existentis, vg. facta conscientiae (= judicia existentiae immediata), realitates externae, quatenus evidens est earum nexus cum alia realitate sive immediate sive mediate data (= judicia existentiae mediata).

2º Judicia fidei sunt latae vel strictae fidei. Porro in utroque casu habetur aliqua evidentia (*in se* vel *in attestante*) nexus praedicati cum subjecto, imperfecta quidem sed sufficiens ut de realitate nexus non maneat dubium prudens.

Nota. — Oppositio P. Mendive est lis de verbo. Profecto objectum videri nequit sine subjecto vidente ; proindeque manifestatio objecti nihil est, nec potest mentem ad assensum movere, nisi sit cognita. Inde fit ut non solum objectum in se consideratum, sed etiam objectum ut cognitum, seu cognitio objecti, dicatur evidens. Haec evidentia cognitionis est evidentia subjectiva, seu ea cognitionis proprietas qua judicans concius est se, in judicando, conformari objecto se manifestanti. Haec evidentia subjectiva requiritur quidem, at velut *conditio sine qua non*, sc. id sine quo objectum non esset manifestum. Caeterum, ut dictum est, vox *evidentia subjectiva* est contradictoria, siquidem evidentia est status objecti, non subjecti.

IIª PARS : Evidentia objecti est criterium veritatis.

Illud est, non tantum *de facto*, sed *de jure* criterium veritatis, seu signum ex quo patet veritas certitudinis, quo habito certitudo est necessario objectiva et vera. Atqui, habita evidentia objecti, certitudo est necessario objectiva et vera. Ergo.

Major est manifesta. Declaratur minor :

1º *Evidentia manifestat objectum :* Nam evidentia nihil est aliud quam ipsa manifestatio objecti, vel potius est objectum ipsum quatenus se actu videndum praebet.

2º *Manifestat objectum modo infallibili :* Nam non potest aliquid (sive sit nexus inter notiones, sive sit realitas existens) se videndum praebere intellectui quin existat.

3° *Manifestat ultimo objectum :* Nam quamdiu objectum non innotescit, objectivitas certitudinis constare nequit ; ex altera autem parte statim ac innotescit objectum, nihil aliud requiritur ut constet de objectivitate certitudinis.

Hinc evidentia objecti est criterium *objectivum, infallibile, universale.*

Corollaria

I. Ex dictis intelligitur qua ratione differant inter se *certitudo spontanea* et *certitudo reflexa :*

1. Certitudo *spontanea* est assensus mentis judiciis quibusdam praestitus ob motiva quae prudentem errandi formidinem *subjective* excludunt ; certitudo vero *reflexa* est assensus praestitus ob motiva quae errandi formidinem *objective* excludunt, sc. motivum assensus tale est ut possibilitatem errandi (absolutam aut hypotheticam) excludat et excludi ostendat (1).

2. Certitudo *spontanea*, eo quod motiva quibus nititur non habeat distincte perspecta, potest conjungi cum errore (cf. Th. VI) ; certitudo vero *reflexa* semper conjuncta est cum veritate. Quapropter priusquam respondeatur interroganti : « utrum certitudo possit esse erronea, » sedulo distinguenda est certitudo spontanea a reflexa.

II. Cum saepenumero homines evidentiam tribuant propositionibus quae nihilominus erroneae sunt, sequitur

---

(1) « Lorsque non seulement l'esprit voit la vérité objective et y adhère déterminément, mais en outre voit qu'il la voit, voit pourquoi et comment la détermination de l'intelligence s'est produite, son adhésion directe se convertit en conviction réfléchie : celle-ci est la certitude dans l'acception la plus élevée du mot, une *certitude scientifique.* Elle est engendrée par l'aperception réflexive de la conformité d'un jugement avec la vérité objective. L'esprit alors a conscience de connaître la vérité. » Le *certitude scientifique* se définit : « L'assentiment ferme et réfléchi de l'intelligence à une vérité, déterminé par l'intuition d'un rapport de convenance ou de non-convenance nécessaire entre les deux termes d'un jugement. » C^al^ Mercier, *Crit. gén.*, pp. 31, 32.

hasce propositiones non esse *reipsa* evidentes, et homines qui eas dicunt evidentes ex animi levitate id asserere. Ad promovendam reflexionem et rectam sui diffidentiam, monent auctores attendendum esse ad adjuncta quaedam externa quae evidentiam concomitari solent : 1. *Vis insuperabilis :* si quid assensum ita rapit ut cohiberi nequeat, illud est evidens : quod enim evidentia caret nequit menti tantopere satisfacere, ut eam invincibiliter trahat. Attamen existit vera certitudo quae non cogit ; 2. *Cohaerentia :* si propositio aliqua non quadrat cum alia propositione evidenti, vel si ex ea fluunt consectaria quaedam manifesto falsa, ea nequit esse evidens. Quare denuo reflectendum est ut pateat ejus vitium ; 3. *Uniformitas :* si quid concordet cum propositione quae communiter pro evidenti tenetur, illud debet dici evidens, nisi causa illusionis pariter evidens sit. Hinc, si quis sententiam habeat oppositam sententiae communi, is reflectere debet ; si, post reflexionem, perseveret ejus evidentia, praesertim vero si detegatur causa cur homines aliter judicent, nihil impedit quominus evidentia dicatur genuina.

Hi characteres, ut patet, non sunt criteria evidentiae : siquidem et ipsi logice indigent evidentia ; sed ad prudentiam provocant eum qui de rebus inconsiderate nimis judicium profert (1).

Scholion : *De principio autonomiae.*

Principium autonomiae, quod tanti faciunt moderni philosophi, si recte intelligatur, potest idem significare ac *principium evidentiae*. Quid sit principium autonomiae audiamus ab Aug. Sabatier :

« L'unité de principe, à laquelle se ramènent toutes les manifestations et tendances générales de l'esprit moderne dans tous les

(1) Ce sont, en somme, des *considérants* qui nous réveillent de notre quiétude dogmatique et nous invitent à remettre à l'étude telle proposition que nous sommes habitués à tenir pour indubitable.

ordres, n'est point difficile à découvrir. Un mot l'exprime : c'est le mot d'*autonomie* ; par où j'entends la certitude invincible qu'a l'esprit humain, arrivé au degré actuel de son développement, d'avoir en soi la norme de sa vie et de ses pensées, avec le désir profond de se réaliser soi-même en obéissant à sa loi. Quelques exemples suffiront pour mettre en pleine lumière ce principe d'unité.

On fait habituellement remonter jusqu'à Descartes et à son *Discours de la Méthode* (1637) l'origine de la philosophie moderne. Celle-ci ne commence réellement qu'avec l'effort que fait l'esprit pour rentrer en lui-même et se saisir immédiatement dans le phénomène initial de conscience. Or, qu'est-ce que le doute méthodique, je veux dire cette résolution préliminaire de mettre tout en question, sinon le rejet des autorités extérieures ou traditionnelles et des idées fondées uniquement sur la coutume ou sur la parole d'un maître ? Et, d'autre part, qu'est-ce que le principe cartésien de ne tenir pour vrai que ce qui paraît évidemment être tel, sinon la reconnaissance effective que la raison a sa loi en elle-même, c'est-à-dire la revendication triomphante de l'autonomie de la pensée ? Cette autonomie de la philosophie n'a cessé depuis lors de s'affirmer, de s'étendre et de s'approfondir avec Leibniz, Locke, Hume et Kant, si bien qu'aujourd'hui la méthode d'autorité, quand elle se montre encore en ce domaine, n'apparaît plus que comme un puéril anachronisme.

Avec Kant, l'autonomie de la morale a suivi celle de la philosophie. La conscience n'est pas moins indépendante et souveraine aujourd'hui que la raison. Le devoir, pour être reconnu comme tel, doit sortir de la loi impérative intérieure. Une autorité externe, quelque grande qu'on la suppose, ne suffit pas pour créer le sentiment de l'obligation. Ses prescriptions pour strictes et solennelles qu'elles soient, du moment qu'elles viennent uniquement du dehors, sont tenues pour arbitraires et restent, pour l'homme moderne, hors de la sphère morale proprement dite.

Si de la philosophie et de la morale nous passons aux sciences physiques nous voyons clairement que la méthode d'observation, devenue souveraine dans ce domaine, se ramène également au principe cartésien. Vouloir constater les faits par soi-même, mettre l'expérience au-dessus de toute autorité, c'est encore faire de l'esprit le juge suprême en matière de connaissances naturelles. La révolution accomplie dans cet ordre par Galilée et ses successeurs achève et confirme celle de Descartes et des philosophes. Les décisions autoritaires de l'Église ou des anciennes écoles ont été vaincues par la méthode expérimentale ; car celle-ci n'est, à la bien prendre, qu'une application, dans l'ordre des lois et des phénomènes de la nature, et une démonstration pratique de l'autonomie de l'esprit.

Il faut en dire autant du développement non moins irrésistible qu'ont pris, depuis deux siècles, la philosophie scientifique, l'exégèse

grammaticale et la critique historique. Les découvertes faites sur le passé de l'humanité, l'étude persévérante des monuments et des textes, la revision sévère de toutes les traditions n'ont pas opéré, dans notre manière de considérer l'histoire de la race humaine et l'histoire des religions, en particulier, une révolution moins profonde que la méthode expérimentale, dans notre manière de concevoir l'univers. Au fait, la méthode historique et critique, c'est encore une forme et un prolongement de la méthode expérimentale elle-même, c'est-à-dire toujours le triomphe du principe d'autonomie. Nul témoignage extérieur ne prévaut aujourd'hui contre la loi intérieure et propre de la raison, car cette loi souveraine juge toujours et le témoignage et le témoin. Quand nous cédons au témoignage d'autrui, c'est encore à notre esprit que nous cédons, *car nous estimons en définitive que cela est raisonnable* si bien que le consentement de nous à nous-même apparaît de plus en plus comme l'unique fondement de toute *rationalité* aussi bien que de toute *moralité* humaines (1). »

Omissis paucis, fere omnia, quae hic de principio autonomiae dicuntur, valent de principio evidentiae. Si, auctore SABATIER, mens manet autonoma, dum accipit testimonium humanum, eo quod, inquit, « id censemus esse ratiobile », nulla est ratio cur non sit autonoma, dum accipit testimonium divinum, siquidem hoc quoque *censemus esse rationabile* (2). « Non crederet nisi credendum esse videret. » Hoc sensu, sed hoc sensu tantum, approbari potest propo-

(1) *La religion et la culture moderne*, conf. donnée à Stockholm, 2 sept. 1887 (Fischbacher 1897), pp.10-12.

(2) C'est ce que fait justement remarquer M. G. FONSEGRIVE : « ... Rien n'a le droit d'entrer dans l'esprit de l'homme, sans que l'intelligence ait eu des motifs raisonnables de l'accepter... L'autorité elle-même et la révélation et les dogmes doivent fournir leurs titres à l'acceptation, pour que cette acceptation soit légitime. Les motifs rationnels de la crédibilité, s'ils ne sont pas suffisants à déterminer la foi, l'assentiment complet de l'intelligence à la vérité religieuse, sont tout au moins nécessaires... Par toute cette doctrine, le catholicisme ne professe-t-il pas, lui aussi, l'autonomie et l'indépendance légitime de la raison ? Et en exigeant que l'autorité, pour être acceptée, fasse devant la raison valoir ses titres, ne proclame-t-il pas que seule la raison est juge en dernier ressort de la légitimité des autorités auxquelles elle reconnaît se devoir soumettre ? » *Le Catholicisme et la vie de l'esprit* (Lecoffre 1899), pp. 101 sqq.

sitio : nemo credit nisi sibimetipsi ; nemo obedit nisi propriae legi. Sed falsum est necessariam esse evidentiam *directam* et *immediatam* de omnibus.

Difficultates.

1. In omni certitudine synthesis fit ob identitatem subjecti et praedicati se manifestantem ; sc. omnis certitudo nititur evidentia. Attamen multae certitudines sunt falsae. Cf. E. RABIER, *Logique*, p. 371. — 2. Dantur evidentiae sibi contradictorie oppositae, vg. incredulus tenet hostiam consecratam esse panem, christianus vero id negat ; utrique autem sua propositio est evidens. — 3. Spinoza interroganti : quod ob motivum certitudinem suae doctrinae teneret, respondit : « ob idem motivum quo tu tenes, angulos in triangulo aequivalere duobus rectis. » — 4. Cartesius, evidentia ductus, eaque sola, in innumeros errores lapsus est. E. evidentia non est criterium veri. — 5. Illud non est ultimum criterium, cujus connexio cum veritate demonstrari nequit : jamvero principium : « quod est evidens, est verum » non potest demonstrari (BALMÈS). — 6. Si evidentia est ultimum criterium, unusquisque poterit dicere : « hoc est verum quia ita mihi videtur » ; sic quot capita, tot sensus. — 7. Si evidentia esset criterium objectivitatis, objectivitas rerum ab evidentia penderet, quod videtur mirum. — 8. Saltem evidentia justificari debet suis characteribus. — 9. Multae propositiones tanquam verae admittuntur quae non sunt evidentes, vg. theoremata sublimioris mathesis. R. Ut propositio sit certo vera, debet esse vel immediate evidens, sicut prima principia per se nota, vel resolvi in principia immediate evidentia. (1)

Sommaire. — *« L'évidence n'est pas, comme on le dit trop souvent, un sentiment accessoire qui s'ajoute à un jugement. Elle est bien plutôt la conscience que nous prenons de l'adéquation entre la pensée et son objet* (2). *» Il y a évidence dans les jugements d'ordre idéal, lorsque*

(1) Cf. S. TH., *de Ver.*, 1,12 ; *C. G.* l. 4. c. 54 ; 1-2, q. 74, a. 7, etc.
(2) L. NOËL, *Rev. néo-scol.*, 1910, p. 230.

l'appartenance du prédicat au sujet se fonde sur le principe d'identité : 1 = 1, idem nequit simul esse idem et non idem. *Le sujet étant ce qu'il est, le prédicat ne peut pas ne pas lui convenir. Il y a évidence dans les jugements d'ordre réel, lorsque la réalité existante que j'affirme m'est donnée immédiatement, ou médiatement, par le principe de raison suffisante, dans une réalité immédiate. Ainsi l'être contingent que je suis, et qui est directement donné à ma conscience, exige, pour s'expliquer, l'existence d'une réalité supérieure à lui* (cause réelle). *Si je dis qu'il existe un arbre dans le jardin, cette affirmation est évidente si je puis me rendre compte que mon état subjectif de vision déterminée* (vision-arbre) *n'a de raison suffisante que dans l'existence d'une réalité située dans le jardin, et qui est, de fait, un arbre. La réalité existante que j'affirme peut également m'être donnée par voie de témoignage. Cette réalité m'est évidente, quand j'ai pu découvrir un rapport de nécessaire correspondance entre le témoignage et la réalité attestée.*

L'évidence est la marque du vrai ; elle est le critère *que cherche la Critériologie. Il n'y a pas, quoi qu'on dise, d'évidence trompeuse ; il y a seulement des esprits trop prompts à juger, et qui s'attribuent le bénéfice de l'évidence, alors que cette évidence leur manque. N'oublions pas, non plus, que l'évidence est chose essentiellement intellectuelle, puisqu'elle est le lien,* vu par l'esprit, *qui rattache un prédicat à un sujet. Les animaux privés de jugement sont aussi, conséquemment, privés d'évidence.*

ART. II

De criteriis ab evidentia distinctis.

Ex eo quod omni aetate exstiterint homines qui errores suos sub specie veritatis evidentis defenderint, nonnulli philosophi valorem evidentiae rejecerunt. Cum autem nollent scepticismum amplecti, aliud criterium, ab evidentia distinctum, inquisiverunt, quod haberi posset tanquam prorsus infallibile. Variae sententiae, quas historia philosophiae refert, ad duo genera revocari possunt : *a*) Aliae criterium invocant, quod externum est simul veritati cognitae et subjecto cognoscenti (*revelatio, traditio, consensus universalis ; utilitas individua* vel *socialis*) ; — *b*) aliae criterium invocant veritati quidem affirmandae externum, subjecto vero judicanti internum (*instinctus naturalis, sensus quidam, gustus,* « *fides* »). De origine psychologica

simul et historica harum sententiarum legatur C^il^ Mercier. *Crit. gén.*, pp. 117-121.)

Omnibus hujusmodi sententiis thesim generalem opponimus : *Rejecta evidentia objecti, nulla alia suppetit via, qua possit ad certitudinis objectivitatem perveniri.* Brevitatis gratia, vias propositas ad tres classes reducemus : inde tres theses.

THESIS XVII^a^

Neque fides in revelationem traditione acceptam, neque sensus generis humani statui possunt tanquam ultimum objectivitatis criterium.

Bibliographia

A. **Fontes** : — Michel de Montaigne (1533-1592), *Essais* (Bordeaux 1580), surtout l. II, c. 12. Apologie de Raymond de Sebonde.

Pierre Charron (1541-1603), *Traité des trois vérités ; De la sagesse* (1601).

François Sanchez (1562-1632), *Tractatus de multum nobili et prima universali scientia* Quod nihil scitur (1581).

François de la Mothe le Vayer (1588-1672), *Essais* nombreux.

Samuel Sorbière (1615-1670), *Dissertations sur la recherche de la vérité* (1693).

Simon Foucher (1644-1692), *Relations, Lettres et Discours* (1660), *Apologie des Académiciens, où l'on fait voir que leur manière de philosopher est la plus utile*, etc.

Joseph Glanvill (1636-1680), *The vanity of dogmatizing, or confidence in opinion* (1661) ; *Scepsis scientifica, or confest ignorance of the way of science* (1665) ; *Philosophia pia* (1671).

Daniel Huet (1630-1721), *La censure de la philosophie cartésienne* (Paris 1689) ; *Quaestiones Alnetanae de concordia rationis et fidei* (Caen 1690) ; *Traité philosophique de la faiblesse de l'esprit humain* (Amsterdam 1723).

Hier. Hirnhaym (1637-1679), De Typho generis humani, *seu scientiarum humanarum inani ac ventoso tumore, difficultate, labilitate, falsitate, jactantia, praesumptione, incommodis et periculis, tractatus brevis in quo etiam vera sapientia a falsa discernitur, simplicitas mundo contempta extollitur, idiotis in solatium, doctis in cautelam conscriptus* (Pragae 1676).

Gabriel de Bonald (1754-1840), *Législation primitive considérée dans les derniers temps par les seules lumières de la raison* (1802) ; *Recherches philosophiques sur les premiers objets des connaissances*

morales (1818) ; *Démonstration philosophique du principe constitutif des sociétés* (1827). Voir Œuvres, 12 vol. Paris 1817-1819.

Félicité de la Mennais (1782-1854), *Essai sur l'Indifférence en matière de religion*, t. I (1818), t. II (1820) ; *Défense de l'Essai sur l'Indifférence*. Voir Œuvres, 12 vol. Paris 1836-1837.

Rohrbacher (1789-1856), *Catéchisme du sens commun*.

Gerbet (1798-1864), *Doctrine philosophique sur la certitude* (Paris 1826) ; *Coup d'œil sur la controverse chrétienne*.

Bautain (1795-1867), *De l'enseignement de la philosophie en France* (1833) ; *Philosophie du christianisme*.

Bonnetty (1798-1879) articles des *Annales de philosophie chrétienne* fondées en 1830.

Ventura (1792-1861), *De Methodo philosophandi* (1848) ; *La Raison philosophique et la Raison catholique* (1852-1855) ; *La tradition et les Semi-Pélagiens de la philosophie* (1856) ; *Philosophie chrétienne* (1865).

Combalot (1798-1873), *Eléments de philosophie catholique* (1833).

Ubaghs († 1875), *Logicae seu Philosophiae rationalis elementa*, (éd. 6, Louvain 1860).

B. **Auctores** : — Strowski, *Montaigne* (Alcan 1906) ; Id., *Saint François de Sales* (Plon 1898), Introduction ; — Christian Barthol-mèss, *Huet, évêque d'Avranches, ou le Scepticisme théologique* (Paris 1850) ; — P. Bourget et M. Salomon, *Bonald* (Bloud 1905) ; — D. Lacordaire, *Considérations sur le système philosophique de M. de la Mennais* (1834) ; — L. Rozaven, S. J., *Examen d'un ouvrage intitulé : Des doctrines philosophiques sur la certitude, par l'abbé Gerbet* (2e éd. Avignon 1833) ; — M. Boyer, *Examen de la doctrine de M. de la Mennais* (Paris 1834) ; — Paul Janet, *La philosophie de Lamennais* (Alcan 1890) ; — Chastel, S. J., *Les Rationalistes et les Traditionalistes* (Paris 1850) ; *Origines des connaissances humaines* (1852) ; *L'Église et les systèmes de philosophie moderne* (1852) ; *De la valeur de la raison humaine* (1854) ; — J. Lupus, *Le Traditionalisme et le Rationalisme*, 2 vol. (Liège 1858) ; — abbé Gilson, *Du Traditionalisme d'après le concile d'Amiens...* (Paris 1855) ; — abbé Peltier, *Défense des quatre propositions contre leurs soi-disant défenseurs* (Paris 1859) ; — Ad. Delvigne, *Les doctrines philosophiques de Louvain et les Congrégations romaines*, 1834-1866 (Bruxelles 1893) ; — *Dict. de théol. cath.*, aux mots Bautain, Bonald, Bonnetty ; — Cal Mercier, *Crit. gén.*, pp. 116-136 ; 138-153.

Praenotanda

I. **Notiones Nominales.** — Philosophi, de quibus agit thesis, criterium veritatis propugnant ipsi *veritati exter-*

num ; idque ideo quia de criterio interno inveniendo desperant. Exceptis fortasse Fr. Sanchez et La Mothe le Vayer, apud quos praeoccupationes apologeticae non ita clare patent, omnes diffidentiam suam tanquam praeparationem ad fidem praedicant (1).

Hujusmodi doctrinae appellari solent *Fideismus*, *Traditionalismus*, *communis sensus generis humani*.

Fideismus multiplici sensu dicitur :

A. Fideismus *externus* aut *internus*. — Fideismus duo elementa continet : 1. *negativum*, sc. diffidentiam in valorem rationis — ex qua parte, omnis fideismus est aliquis anti-intellectualismus ; et, in hoc elemento negativo con-

(1) « Le moyen que je prends pour combattre cette frénésie (l'irréligion) et qui me semble le plus propre, c'est de froisser et fouler aux pieds l'orgueil et humaine fierté, faire sentir l'inanité, la vanité, la dénéantise de l'homme, arracher des mains les chétives armes de la raison, faire baisser la tête et mordre la terre sous l'autorité et révérence de la majesté divine. » MONTAIGNE, *Essais*, l. II, c. 12. Cf. F. STROWSKI, *op. cit.* p. 163. — « L'homme n'a pas de source certaine et de moyen assuré de connaître ce qui est vrai et bon... » « La vérité pure, celle qui est au-dessus de nos facultés, loge dedans le sein de Dieu : c'est donc entre les bras de l'Église qu'il faut terminer la course de notre esprit. » CHARRON, *De la sagesse*, l. I, c. 14. Cf. BARTHOLMÈSS, *op. cit.*, pp. 172 sq. — « Fondée sur une naïve reconnaissance de l'ignorance humaine la Sceptique est le système le plus approprié à recevoir les lumières surnaturelles de la foi. Salomon reconnaît la sagesse pour la plus muable et la plus chang ante chose de tous les mobiles, et saint Paul a confessé aux Corinthiens qu'il ne savait rien, sinon Jésus-Christ crucifié... Rien ne s'accorde donc mieux avec la foi chrétienne que cette ἀφάσψία ou neutralité de la Sceptique, qui ne reçoit sans contester qu'une seule science, celle qui nous est venue du ciel. » LA MOTHE LE VAYER, dans BARTHOLMÈSS, *op. cit.*, p. 180.

GLANVILL, ministre anglican de Londres, veut propager le scepticisme dans l'intérêt de l'humilité scientifique et pour confondre les athées et les fanatiques (*Philosophia pia*, 1671). HIRNHAYM, abbé des Prémontrés de Notre-Dame-du-Mont-Sion, partant de ce principe que la doctrine révélée est vraie, montre que les sens et la raison qui semblent y contredire ne sont que des lumières infirmes et fumeuses.

sentiunt omnes fideistae — 2. *positivitum*, quod duplex est : *a*) *generale :* aliquid est pro certo tenendum, non obstante imbecillitate intellectus — proinde fideistae sunt dogmatici, non sceptici — *b*) *speciale :* diversitas adest quoad fontem affirmationis certae. Alii appellant ad *fidem externam* (= *extrinsecismus*, *exteriorismus*), sc. ad revelationem a Deo factam, verbis et sententiis (*dogmatibus*) propositam. Ita Huet, Bautain, de Bonald, Lamennais, etc. post Montaigne, Sanchez, Charron. Alii appellant ad *fidem internam*, sc. ad motum cordis ineffabilem, vel caecum vel intuitivum. Ita aliquo modo Pascal ; etiam Reid cum schola scotica, Jacob Boehme, Jacobi, Kant, Schleiermacher, Ritschl, A. Sabatier, Ménégoz, etc.

Quare ubi occurrit vox *fideismus* vel *fideistae* vel *fides*, exquirendum est ex contextu quis sensus his vocibus subjaceat. Vg. Cardinalis Mercier fideistas nominat eos qui ad fidem externam confugiunt ad certitudinem objectivam adipiscendam. Alii autem scriptores, iique quamplurimi, fideistas nuncupant eos qui in fide interna criterium veritatis reponunt (1).

B. *Fideismus externus* dicitur : 1. doctrina eorum qui censent omnem scientiam (sc. cognitionem certam) ultimo fundari in fide etiam *naturali*, seu in admissione alicujus veritatis ob testimonium acceptum — quo sensu *traditionalistae* dici possunt *fideistae ;* 2. doctrina eorum qui tenent omnem scientiam repetendam esse ultimo ex fide *supernaturali* — quo sensu fideistae dici solent Huet, Bautain, et quodam modo Pascal (2).

---

(1) Voir un autre sens du mot *fidéisme* par opposition à *réalisme* dans la *Quinzaine*, 1er déc. 1896, art. de A. de la Barre, intitulé *Fidéistes* et *Réalistes*.

(2) « Le Jansénisme affirmait l'impuissance absolue de la raison humaine dès que lui manque la grâce surnaturelle. Pascal renvoyait dos à dos le dogmatisme et le pyrrhonisme, Epictète et Montaigne, et de l'impuissance historique de la raison humaine pour résoudre les problèmes fondamentaux de la morale et de la psychologie, concluait à la nécessité essentielle d'un acte de foi au point de départ de la pensée. » Cal Mercier, *Crit. gén.*, p. 118.

II. Notiones historicae. — Pauca tantum commemorare licet :

1° ***Fideismus*** defensores habuit praesertim Huet et Bautain. HUET (1630-1721), episc. Abricensis, in opere posthumo *De imbecillitate mentis humanae* docuit hominem viribus suis naturalibus non posse ultra probabilitatem aut verisimilitudinem in rebus cognoscendis progredi ; ad certitudinem autem proprie dictam requiri revelationem a Deo factam, quae nunc in Ecclesia Christi continetur (sc. in Scriptura et Traditione sensu ecclesiastico intellectis) (1).

BAUTAIN (1796-1867) in operibus : *De l'enseignement de la philosophie en France au XIX^e siècle* et *Philosophie du Christianisme* docuit principia scientiae, seu veritates fundamentales, desumenda esse ex revelatione supernaturali, sc. ex S. Scriptura et ex Traditione Ecclesiae. Haec principia

(1) « ... La foi supplée au défaut de la raison. Ma raison ne pouvant me faire connaître avec une parfaite certitude s'il y a des corps, quelle est l'origine du monde, et plusieurs autres choses pareilles, après que j'ai reçu la foi, tous ces doutes s'évanouissent. » « Lorsque la raison s'applique aux premiers principes, quoiqu'elle y trouve une souveraine certitude humaine, il leur manque néanmoins quelque chose pour être certains d'une parfaite certitude, et ce défaut est suppléé par la foi. » *Traité phil. de la faiblesse de l'esprit humain*, l. III, c. 15. — M. W. WINDELBAND (*Die Geschichte der neueren Philosophie* ⁴, Leipzig 1907, t. I, p. 377) appelle le fidéisme de Huet « der jesuitische Skeptizismus ». On ne voit point ce que cela peut signifier. W. Windelband veut-il insinuer que Huet, ayant logé les vingt dernières années de sa vie chez les Jésuites de Paris, tenait d'eux ses doctrines ? Mais ne sait-on pas qu'à l'apparition du *Traité philosophique* les Jésuites furent tellement surpris qu'ils crurent devoir s'inscrire en faux contre l'authenticité de cet écrit ? Et, d'autre part, où a-t-on vu que les Jésuites aient jamais professé le scepticisme, même « théologique » ? Le P. GRATRY, qui les connaissait sans doute mieux que M. Windelband, après avoir constaté que l'Église a toujours revendiqué les droits de la raison, ajoute : « De ce point de vue on n'a jamais assez loué ni remarqué le rôle des Jésuites dans l'histoire de la philosophie chrétienne, et comment leur imperturbable bon sens, à toutes les époques et jusqu'à nos jours, les a toujours portés au premier rang des défenseurs de la raison et de la liberté humaine. » *Connaissance de Dieu* (Paris 1835), t. II, p. 217.

evolvit philosophia eaque ad experientiam applicat. Scientia est complexus conclusionum quarum principia sunt fide certa (1).

2° *Traditionalismus* plures formas induit :

1° Vicecomes de Bonald (1754-1840) in operibus : *Recherches philosophiques sur les premiers objets des connaissances morales*, c. 1 ; *Législation primitive*, l. 1, c. 1 § 1, 22 ; c. 3, § 5 ; *Sur un dernier ouvrage de M. de la Mennais* (1829), sequentem doctrinam defendit :

a) Nulla est cogitatio absque verbis ; verba autem traditione accipiuntur ; quare nulla cogitatio existit nisi de iis quae auctoritate traduntur ; — *b*) Nulla datur veritas certa, etiam mathematica, nisi postquam demonstratio ejus universaliter cognita est et approbata ; — *c*) Exordium philosophiae constructivae nequit esse dictum cartesianum : *dubito* — sed hoc dictum : *credo* ; — *d*) quare debuit primis parentibus lingua cum conceptibus a Deo

(1) « Jeunes hommes, qui aimez le bien, qui cherchez le vrai, dont l'âme veut sentir, dont l'intelligence veut voir, et qui espérez en la philosophie, voici un homme de votre siècle, qui a cherché laborieusement la vérité et le bien et qui est enfin parvenu à en retrouver la source !... Le système chrétien, la parole de Dieu même, l'Écriture sainte ! C'est dans ce livre, le livre par excellence qu'est renfermée la parole de la vérité. Je présente le code de la doctrine chrétienne à ceux qui ont la foi, comme à ceux qui ne l'ont pas, et je leur dis : il n'y a pas une question philosophique, un peu profonde, qui ne trouve sa solution dans ce livre ; il n'y a pas une vérité, objet de l'étude des philosophes, qui n'y soit annoncée, exposée... la parole sacrée doit fournir au vrai philosophe les principes, les vérités fondamentales de la sagesse et de la science. Mais c'est à lui qu'il appartient de développer ces principes, de mettre ces vérités en lumière. Il s'agit de faire concourir avec la parole de Dieu, les trois moyens de connaître que la Providence nous a départis, et qui ressortent de la position de l'homme sur la terre ; savoir : les sens, par lesquels nous observons le monde des phénomènes ; la raison, qui tire des conséquences de nos observations, juge la parole et les faits de l'humanité ; le sentiment intérieur et la conscience, qui éclairent notre intérieur, et nous mettent en rapport avec les agents mystérieux qui parlent à l'âme et inspirent la volonté. » *De l'enseignement*... pp. 89, 71.

immediate dari ; mediante traditione ad nos usque pervenerunt, cum lingua, primi conceptus et veritates fundamentales ; — *e*) Porro quod a Deo ultimo provenit est verum : haec autem revelatio divina dici potest *naturalis*, in oppositione cum revelatione *positiva* sinaïtica vel christiana, quae est *supernaturalis* (= Scriptura et Traditio).

2° Ventura (1792-1861), Bonnetty (1798-1879), Ubaghs (+ 1875) traditionalismum eo mitigarunt quod necessitatem revelationis non postulant ad omnes veritates acquirendas, sed solummodo ad conceptus *rerum immaterialium* gignendos. Data certitudine de rebus immaterialibus, ex revelatione primis parentibus facta et traditione transmissa, possumus de aliis rebus certitudinem comparare ; immo possumus existentiam Dei et praecipua ejus attributa invicte probare. Pro Bonnetty, conceptu Dei mediante verbo semel accepto, statim Deum intelligimus ; nam munus verbi est nos ad Deum praesentem attentos facere.

Ubaghs et schola Lovaniensis cum suo traditionalismo doctrinas ontologismi miscebant.

3° ***Communis sensus generis humani***, vel ***ratio universalis***. — Fel. de Lamennais (1782-1854), quo certius superbiam rationis retunderet, docuit (*Essai sur l'Indifférence...* t. I, 1818, t. II, 1820 ; *Défense de l'Essai...*) doctrinam sequentem : *a*) Saeculum XIX est aetas dubii universalis. Ratio hujusce rei desumenda est in philosophia moderna a Cartesio orta ; haec fundatur in evidentia personali, sc. in individualismo. *Philosophiae sensus privati* opponenda est philosophia *sensus communis* ; — *b*) Nullus intellectus humanus qui solus sit, potest ad quamlibet certitudinem devenire, ne ad certitudinem quidem propriae existentiae ; — *c*) Protoparentes certiores facti sunt de veritate Dei revelatione, et veritatem acceptam aliis transmiserunt. Quare *criterium veritatis est conformitas cum sensu humanitatis* sc. cum sensu communi aut ratione universali ; — *d*) Ex eo quod conceptus nobis communicantur verbis, sequitur necessitas humanae societatis, cujus cardines sunt fides (= *obedientia rationis*) et virtus (= *obedientia volun-*

tatis). Fides est initium vitae intellectualis et fundamentum omnium ejus operationum ; — *c*) Auctoritas sensus communis est maxima, imo superat auctoritatem Ecclesiae.

III. **Delimitatio thesis :** 1° Non negamus maximam esse utilitatem traditionis. Magnum sibi detrimentum adducet qui auctoritati majorum noluerit quidquam obtemperare : non possunt singuli singulas veritates examini subjicere, ideoque nullus profectus esset in scientiis nisi in multis rebus aliis crederetur. Attamen, auctoritas aliorum, etiamsi ininterrupta serie usque ad protoparentes adscenderet, nequit esse criterium omnis certitudinis.

2° Neque negamus maximi habendas esse sententias ab omnibus receptas. Si quis semper extra chorum cantaret, vix non erraret. Attamen communis sensus nequit esse norma unica recte cogitandi (1).

DEMONSTRATIO

I. **Argumentum generale pro utraque parte :**

1. Opinationes supra commemoratae (*fideismus*, *traditionalismus*, *Mennaisianismus*) ex falso supposito proficiscuntur, sc. deficere criterium veritatis internum, i. e. nunquam innotescere menti humanae rationem internam propter quam tribuendum sit praedicatum subjecto propositionis. Sic evanescit *scientia*, sublataque scientia, confugiendum est ad *fidem*.

2. Sed fides tali modo inducta est necessario *caeca :* nam motivo caret quod intellectus propriis viribus judicet esse validum, siquidem, secundum doctrinas hic impugnatas, intellectus nihil potest propriis viribus certo judicare. Neque dicatur assensum fidei justificari alio assensu, qui rursus alio justificaretur : nam sic procederetur in infinitum.

---

(1) Cf. C^{al} Mercier, *Crit. gén.*, pp. 150-153.

Hinc, stantibus doctrinis commemoratis, periret non tantum scientia, sed ipsa fides, saltem fides rationalis (1).

NOTA. Argumentum generale valet contra fideistas *extremos ;* contra alios afferri debent argumenta magis specialia.

II. **Argumenta specialia.** — A. ***Contra Huet.*** — Ex eo quod certitudo *in statu gloriae* perfectior sit quam ea quae nunc habetur *in statu viae* (quae est ratio a Huet allata), nequaquam sequitur hanc posteriorem certitudinem ad solam probabilitatem aut verisimilitudinem reduci.

B. ***Contra G. de Bonald.*** — 1° Verum est cognitiones quamplurimas *in ordine spontaneo* acquiri *traditione.* Sed problema criticum instituitur *in ordine reflexo ;* jamvero in hoc ordine, medium discernendi veras persuasiones a falsis non est appellatio ad traditionem, quae, ex se, nullum lumen intellectui affert (2).

---

(1) A cette objection : « Je ne raisonne point, parce que je veux croire, et que raisonner pourrait me détourner de la foi, » BOURDALOUE répond : « Penser ainsi, c'est manquer de foi ; car la foi, je dis la foi chrétienne, n'est point un pur acquiescement à croire, ni une simple soumission de l'esprit, mais un acquiescement et une soumission raisonnables, et si cet acquiescement, si cette soumission n'étaient pas raisonnables, ce ne serait pas une vertu. Mais comment sera-ce un acquiescement, une soumission raisonnables, si la raison n'y a point de part. » *Pensées sur divers sujets de religion et de morale.* Cf. Cal MERCIER, *Crit. gén.*, pp. 138 sq.

(2) « Aussitôt que la réflexion s'éveille chez l'enfant arrivé à « l'âge de raison », chez l'homme du peuple conscient de certaines déceptions subies, attentif à certains désaccords de pensées ou de sentiments chez ceux auxquels il est habitué à obéir de confiance, le doute se lève sur la *qualité* des enseignements sociaux. L'initiative individuelle entre en jeu pour contrôler le dire des autorités sociales, les croyances et les usages qui sont supposés universels, constants, objet de ce que nous appelons le consentement commun, la tradition. La dignité humaine demande qu'il en soit ainsi. Admettre, les yeux fermés, de façon définitive, toutes les croyances générales, pour cette seule raison qu'elles sont générales, ce serait du fanatisme. L'argument tiré du consentement ou de l'autorité n'est que *provisoire.* » Cal MERCIER, *op. cit.*, pp. 140 sq.

2° Ut possit doctrina per disciplinam tradi, requiruntur in discipulo *cognitiones praeviae*, sc. tales quae exercitio propriae rationis in mente naturaliter ortae sint. Ergo prior existit cognitio quam loquela (1).

Nota. Contra Traditionalistas mitigatos objiciendum est mentem humanam, si potest suis facultatibus uti, post acquisitas *per traditionem* cognitiones de existentia Dei et de veritatibus moralibus (quod isti auctores dicunt), posse etiam iisdem uti ante acquisitionem harum veritatum. Nam mens humana semper agit modo essentialiter eodem.

C. ***Contra Fel. de Lamennais.*** — Nemini potest esse dubium quin sensus communis generis humani aliquid conferre possit ad veritatem detegendam. Attamen :

1. Multa judicia tanquam certa habentur quorum criterium non est consensus generis humani, vg. facta interna, animi sensus, facta vitae privatae, etc.

2. Ipse consensus, si quando existit, eatenus practice valet quatenus alias veritates citra consensum acquisitas praesupponit ; nempe, necesse est prius certus sim existere homines, eos consentientes esse, in hominum consensu veritatem esse, etc.

3. Cum consensus hominum, per se, non efficiat ut res traditae ipsae videantur seu intelligantur in sui propria ratione, perit scientia, si nihil certum sit nisi ex consensu hominum.

4. Rationes a Fel. de Lamennais inductae doctrinam ejus non probant : *a*) aliae sunt *negativae*, sc. errores, contradictiones, angustiae mentis sibi relictae, etc. ; *b*) aliae sunt *positivae :* sc. indoles socialis hominis qua fit ut alii aliis indigeant in omnibus, etiam ad scientiam comparandam. Porro hujusmodi rationes, ut consideranti patet,

(1) « Il est de toute évidence que la pensée a sur la parole, sinon une antériorité chronologique, au moins une priorité de nature : autrement la parole serait du psittacisme,. » Id., *ib.*, p. 142. Cf. S. Aug. *Conf.* I, 8, 9, M. 32, 666 sq ; *de Magistro* XI, 36 M. 32, 1215 ; S. Th., *de Ver.*, 11, 1.

thesim mennaisianam non ostendunt esse veram. Caeterum, si eam demonstrarent, id sane ex eo proveniret quod evidentiam secum afferrent. Hinc semper redeundum est ad evidentiam tanquam ad criterium ultimum.

Corollarium

Ex thesi sequitur *sensum privatum* esse ultimam normam ex quo dijudicari debeat legitimitas cujuslibet auctoritatis et adhaesionis huic auctoritati praestitae. Non equidem necessarium est ut possit mens intelligere *internam rationem* omnium propositionum quae sibi ab auctoritate proponuntur ut credendae ; sed, ut rationabile sit obsequium nostrum, necesse est *sensus privatus* judicet auctoritatem esse dignam cui credatur ; sic indirecte justificat sensus privatus propositiones traditas, in quibus mysteria menti humanae recondita continentur.

Scholion : *De relationibus Fideismi cum orthodoxia.*

Conc. Vaticanum (Sess. 3, c. 4) declarat rectam rationem fidei fundamenta demonstrare. Anno 1855, S. Congreg. Indicis, approbante Pio IX, D. Bonnetty sequentes propositiones subscribendas proposuit :

1° Ratiocinatio Dei existentiam, animae spiritualitatem, hominis libertatem, cum certitudine probare potest ; — 2° *Fides posterior est ratione,* proindeque ad probandam existentiam Dei contra atheos, ad probandam animae rationalis spiritualitatem et libertatem contra naturalismi et fatalismi sectatores allegari convenienter non potest ; — 3° *Rationis usus fidem praecedit,* et ad eam, ope revelationis et gratiae, conducit.

Difficultates.

1. Protestantes in eo errant, quod rationem individualem infallibilem proclamant et omnia rationis examini subjicere volunt. R. d. eo sensu quod criterium revela-

tionis et verae interpretationis scripturae in sensu privato immediate reponunt, c. ; — eo sensu, quod jus vindicant nihil admittendi quod non sit justificatum directe in se vel indirecte in attestante, n. — 2. Ad dirimendas lites semper confugitur ad auctoritatem generis humani, vel saltem ad judicium majoritatis. — 3. Singuli in judicando praejudiciis obediunt ; quare singulis fidere non licet, etc. — 4. Homines, quo prudentiores sunt, eo magis de valore suae rationis individualis diffidunt. — 5. Propositio quae evidens habebatur statim fit dubia, si homines ei contradicant ; e contra, confirmatur si homines ei consentiant. — 6. Ille ut insanus existimatur, qui judicat aliter ac sensus hominum communis.

Sommaire.— De tout temps, à cause que des affirmations diamétralement opposées prétendaient s'autoriser de l'évidence, il y eut des esprits qui se refusèrent à tenir l'évidence pour une garantie de vérité. L'évidence, pensaient-ils, est illusoire ; l'erreur peut se présenter sous les espèces du vrai, un peu comme l'esprit de ténèbres peut se transfigurer en ange de lumière. Un moment vint où cette doctrine de défiance parut une arme utile à l'apologétique. Aux « esprits forts », aux hommes du XVIII^e^ siècle, amis de Voltaire et de l'Encyclopédie, qui en appelaient aux lumières *de la raison pour renverser la religion et les dogmes, des chrétiens médiocrement philosophes opposèrent la radicale incapacité de l'esprit humain en matière de savoir. La lumière qui doit guider les générations a été allumée par Dieu dans l'humanité prise collectivement — à peu près comme, dans un certain système, l'autorité politique. Si l'on veut être sûr d'avoir la vérité, que l'on s'adresse donc, non pas au sens privé, mais à la tradition, au sentiment commun de l'humanité, expression de la raison générale.*

Le V^te^ de Bonald et la plupart de ses disciples crurent trouver pour le traditionalisme une base solide en le fondant sur une théorie métaphysique du langage. D'après cette théorie, la pensée est postérieure à la parole, et, d'autre part, la parole, œuvre d'intelligence, n'a pu être inventée sans la pensée. Ainsi n'ayant pu être inventée par l'homme, la parole a dû lui être révélée par Dieu, et avec elle les vérités capitales d'où dépendent la religion, l'ordre moral et social.

Ces doctrines, qui ont tant fait couler d'encre vers le milieu du XIX^e^ siècle, n'ont plus aujourd'hui qu'une intérêt historique. L'appel à l'autorité extérieure, même du grand nombre, est, en général, pour nos contemporains, ce qu'il était pour saint Thomas, c'est-a-dire le dernier des arguments. L'autorité, comme telle, fût-ce celle de Dieu, n'éclaire

pas : elle affirme, elle produit la foi, non la science. Encore, cette foi n'est-elle une source d'information valable que lorsque l'esprit a pu contrôler l'autorité des témoignages. Ce contrôle, évidemment, est affaire d'intelligence personnelle, encore qu'il puisse être aidé par l'action des maîtres. En définitive, c'est donc la lumière que Dieu a mise en chacun de nous qui juge en dernier ressort : elle est assurée de bien juger si elle ne cède qu'à l'évidence — directe, *dans les jugements de science ;* indirecte, *dans les jugements de foi.*

THESIS XVIII[a]

Certitudinis utilitas, sive individualis, sive socialis, statui nequit tanquam ultimum objectivitatis criterium.

Bibliographia

A. **Fontes :** Charles Sanders Peirce, *Illustrations of the logic of Science*, I part : *The logic of Science* (*Popular Science Monthly*, nov. 1877) ; II part : *How to make our ideas clear* (*Ib.*, jan. 1878). Cf. trad. dans *Revue philosophique*, déc. 1878, jan. 1879 ; art. *Pragmatism* dans le Dictionnaire Baldwin.

William James (1842-1910), *The Will to believe* (1897, 2 éd. 1905) ; *Pragmatism* (1907), trad. franç. Flammarion 1911 ; *The meaning of Truth* (1909) ; *A pluralistic Universe* (1909) — trad. franç., Ib., 1910, portant pour titre : *La Philosophie de l'Expérience.*

F. C. S. Schiller, *Axioms as Postulates*, dans le recueil *Personal Idealism* de H. Sturt (1902) ; *Humanism* (1903) ; *Studies in Humanism* (1907) — trad. Jamkelevitch (Alcan 1909).

John Dewey, *Studies in logical theory* (1903, 2 éd. 1909).

Henri Bergson, *Essai sur les données immédiates de la conscience* (1889) ; — *Matière et Mémoire* (1897) ; — *Introduction à la métaphysique* (*Rev. de Mét.-Mor.*, jan. 1903) ; — *L'Évolution Créatrice* (1907, 7 éd. 1911).

Ed. Le Roy, *Science et Philosophie* (*Rev. de Mét.-Mor.*, juil. sept. nov. 1899, jan. 1900) ; — *Un positivisme nouveau* (*ib.*, mars 1901) ; *Sur quelques objections adressées à la nouvelle philosophie* (*ib.*, mai, juil. 1901) ; — *Sur la logique de l'invention* (*ib.*, mars 1905) ; — *Comment se pose le problème de Dieu* (*ib.*, mars, mai 1907) ; — *La science positive et les philosophies de la liberté* (*Bibl. du Congrès de Phil.*, t. I, Colin 1900) ; — *Essai sur la notion de miracle* (*Ann. de phil. chrét.*, oct. nov. déc. 1906) ; — *De la valeur objective des lois physiques* (*Bull. de la soc. fr. de phil.* 28 mars 1901) ; — *Idéalisme et positivisme* (*ib.*, 25 févr. 1904) ; — *Qu'est-ce qu'un dogme ?* (*Quinzaine*, 16 avril 1905) ; — *Dogme et critique* (Bloud, 3 éd. 1907).

J. Wilbois, *La Méthode des sciences physiques* (*Rev. de Mét.-Mor.*, sept. 1899, mai 1900); — *L'esprit positif* (*ib.*, mars 1901, jan., mai 1902); — *La pensée catholique en France au commencement du XX^e siècle* (*ib.*, mai 1907); — *Sur un argument tiré du déterminisme physique en faveur de la liberté humaine* (*Bibl. du Congrès de Phil.*, t. III).

G. Papini, *Il Crepuscolo dei Filosofi* (Milan 1906); — articles du *Leonardo* (Florence), la *Voce*, l'*Anima*.

A. J. Balfour, *A Defence of philosophic doubt*, being an essay on the foundations of belief (1879); — *The foundations of belief*, being notes introductory to the study of theology (1895); — trad. fr. G. Art (Montgredien 1896) avec préface de F. Brunetière.

F. Brunetière, *Après une visite au Vatican* (ou *La Science et la Religion*, éd. Didot); *Les bases de la croyance*, dans *Questions actuelles* (Perrin); — *Le besoin de croire*, dans *Discours de Combat*, 1re série (ibid); — *Les raisons actuelles de croire* dans *Discours de Combat*, nouvelle série; — *Sur les chemins de la croyance : 1re Étape. L'utilisation du Positivisme* (Perrin 1905).

P. Bourget, *Bonald* [2] (Bloud 1905), *Introduction*; — *Œuvres complètes, Romans*, t. I (Plon 1900), Préface.

W. H. Mallock, *Religion as a Credible Doctrine* (1903); — *Veil of the Temple* (1904); — *Reconstruction of Belief* (1905).

Joh. Joergensen, *Le Néant et la Vie* (trad. Pierre d'Armailhacq, Perrin 1898).

B. Auctores. — Marcel Hébert, *Le Pragmatisme* (Nourry 1908); — de Tonquédec, *La Notion de vérité dans la « philosophie nouvelle »*; — A. Leclère, *Pragmatisme, Modernisme, Protestantisme* (Bloud 1909); — Paul Charles, *Le Pragmatisme de l'école française* (*Rev. de phil.*, 1910, I, pp. 393 sqq.); — Leslie J. Walker, *Theories of Knowledge* (Londres 1910); Id., *L'Évolutionnisme dans la théorie de la connaissance et de la vérité* (*Rev. de phil.*, 1911, II, pp. 417 sqq.); — Blanche, O. P., *Un essai de synthèse pragmatiste : l'humanisme* (*Rev. des Sc. phil. et théol.*, juil. 1907); — Id., *La Notion de vérité dans le Pragmatisme* (*Rev. de phil.*, juil. 1909); — E. Baron, *Théorie de la connaissance dans le Pragmatisme, Notes et Documents* (*R. de phil.*, juin 1909); — Parodi, *Le Pragmatisme d'après MM. W. James et Schiller* (*Rev. de Mét.-Mor.*, jan. 1908, pp. 93-113); — Lalande, *Pragmatisme, Humanisme et Vérité* (*Rev. philosophique*, janv. 1908, pp. 1-26); — *L'idée de vérité d'après W. James et ses adversaires* (*ib.*, janv. 1911); — Chide, *Pragmatisme et Intellectualisme* (*ib.*, avril 1908, pp. 367-388); — Berthelot, *Sur le pragmatisme de Nietzsche* (*Rev. de Mét.-Mor.*, sept. 1909); — A. Fouillée, *La pensée et les nouvelles écoles anti-intellectualistes* (Alcan 1911), etc.; — Voir aussi les *Bulletins d'Epistémologie* de L. Noël, dans la *Revue néo-scolastique* depuis 1907, et ceux du P.

Blanche dans la *Rev. des Sc. phil. et théol.*, depuis la première année. Sur le pragmatisme social cf. C[al] Mercier, *Crit. gén.*, pp. 171-177 ; 189-192 ; — J. Rey, *La Philosophie de M. Balfour* (Lethielleux 1897) ; — sur la viabilité des doctrines, cf. E. Naville, *Les philosophies négatives* (Alcan 1900) ; *Les philosophies affirmatives* (1909).

Praenotanda

I. **Notiones nominales.** — Rejecta evidentia objecti, auctores de quibus in thesi, aliud genus criterii veritatis reponunt in *utilitate*. Syntheses judiciales ex motivis psychologicis fiunt (cf. Th. XI) ; sed dici possunt verae si *utiles* fuerint. Hinc *norma generalis* est : *illud est verum quod homini ad vivendum utile est.*

Utilitas potest spectari *in se*, in sua *extensione*, in sua *relatione cum veritate :*

1° Utilitas *in se : a*) est terminus relativus : sc. aliquid dicitur utile relate ad finem aliquem assequendum ; — *b*) Finis de quo agitur hic est vita humana perfecta, in tota sua integritate sumpta. — *c*) Inter ea quae homini ad perfecte vivendum utilia sunt, adnumerari debent certitudines quaedam, seu firmae persuasiones ordinis sive idealis sive realis seu existentialis. — *d*) Hujusmodi utilitas non est statuenda *a priori*, sed *a posteriori*, sc. ex felici *successu*, ex *experientia vitali* (= *le critère du succès, de l'expérience vitale*).

2° Utilitas, spectata sua *extensione*, est duplex : *a*) *individualis*, si ad bonum alicujus individui confert ; — *b*) *socialis*, si prosperitatem publicam procurat. Ex. gr. *Divortium* potest esse utile alicui et nocivum societati.

3° Utilitas, spectata sua *relatione cum veritate*, potest accipi *duplici sensu : a*) ita ut ipsa sit veritas, quae idcirco non esset sita in conformitate quadam inter judicia et res, sed inter judicia et vitam humanam ; — *b*) ita ut ipsa non sit veritas, sed criterium seu signum justificativum veritatis, i. e. conformitatis inter judicia et res. Quo in casu, duplex manet hypothesis : sc. conformitas cum re vel manet in se ignota, vel potest in se cognosci.

Praeterea, utilitas spectata ut criterium veritatis, *a*) vel intelligitur criterium *universale*, tale scilicet quod debeat ad singula judicia extendi, ita ut nullum possit jure dici objectivum nisi post compertam ejus utilitatem ; — *b*) vel intelligitur criterium *partiale*, ad judicia quaedam certi generis restrictum, vg. ad doctrinas generales quae in mores humanos redundantiam habent, eo quod in eis implicatur negatio vel affirmatio Dei aut vitae futurae : ita, ex. gr. Atheismus, Materialismus, Positivismus, Determinismus, Agnosticismus, etc. (1).

II. Notiones historicae.

A. ***Brevis conspectus historicus.*** — Pragmatismus, licet « proteiformis » sit et non obstantibus discrepantiis sat magnis, ad tres quasi scholas reduci potest quae sunt :

1. *Pragmatismus* « *humanisticus* » : Peirce, James, Schiller, Dewey ; conjungitur cum schola gallica, orta ex Bergson (= directio *psychologica*) et Boutroux (= directio *critica* — Poincaré, Milhaud, Duhem) mediante Le Roy (fusio utriusque directionis = « philosophia nova ») et Wilbois, quibus accedit schola florentina cum Papini.

2. *Pragmatismus socialis :* Balfour, Brunetière, Hurrell Mallock, Bourget, Bordeaux, qui doctrinas « traditionales » ob bonos earum fructus defendunt ; his accedunt C. Maurras cum nonnullis scriptoribus in periodico l'*Action française* (2).

3. *Pragmatismus moralis* vel *sentimentalis :* multi poetae *idealismo morali* addicti — Chateaubriand, Joergensen, Huysmans (3), etc., etc.

---

(1) Ces doctrines qui impliquent une interprétation, une conception du monde sont ce que les Allemands nomment *Weltanschauung.*

(2) Cf. Pedro Descoqs, *A travers l'œuvre de M. Maurras* (Beauchesne 1911).

(3) Dans *En route, La Cathédrale, l'Oblat* (Stock, nombreuses éditions).

B. *Evolutio historica.* — Pauca tantum referre licet :

I. **Pragmatismus « humanisticus ».**

Pater pragmatismi nominari solet Ch. Sanders PEIRCE, americanus medicus. Hic in art. « De ratione claras ideas nobis efficiendi » (1878) *methodum* proponit quo finis imponatur controversiis infinitis quibus mens humana in scientia adipiscenda continuo retardatur. Principium ejus est : « Ut statuatur *sensus* alicujus propositionis (et proinde veritas ejus aut falsitas) attendendum est ad habitus quos in nobis inducit ; et quid significet habitus (quid valeat) ex modo pendet quo nos ad agendum ducit (1). » Vox « *pragmatismus* » qua saepe saepius usus erat Peirce ad doctrinam suam designandam non invenitur ab eo scripta ante annum 1902 in *Dictionario Baldwin*, sub voce *Pragmatism.*

Principium a C. PEIRCE statutum, licet initio vix attentionem moverit, post aliquot annos denuo promulgatum est a W. JAMES (1842-1910) ab eoque magis enucleate descriptum. Hic 1° jam in primis suis elucubrationibus hanc thesim crebro defendit : *functiones omnes in homine ad*

(1) « La marque essentielle de la croyance (i. e. certitude) est l'établissement d'une habitude, et les diverses espèces de croyances se distinguent par les divers modes d'action qu'elles produisent. Si les croyances ne diffèrent point sous ce rapport, si elles mettent fin au même doute en créant la même règle d'action, de simples différences dans la façon de les percevoir ne suffisent pas pour en faire des croyances différentes, pas plus que jouer un air avec différentes clefs n'est jouer des airs différents... Pour développer le sens d'une pensée, il faut donc simplement déterminer quelles habitudes elle produit, car le sens d'une chose consiste simplement dans les habitudes qu'elle implique. Ce qu'est une habitude dépend de la façon dont elle peut nous faire agir... » *Rev. phil.*, 1879, I, p. 46-47. — Si l'on applique cette *méthode*, la métaphysique est appelée à disparaître. « Metaphysics has hitherto been a piece of amusement for idle minds, a sort of game at chess ; and the *ratio essendi* of Pragmatism is to make a clean sweep of most of the propositions of ontology, nearly all of which are senseless rubbish, where words are defined by words and so on without ever reaching any real concept. » *The Monist*, Apr. 1905, p. 171.

actionem seu praxim ordinatas esse (1). — 2° Hanc doctrinam teleologicam ad *religionem* applicat : valor sc. religionis cujusvis ex ejus utilitate pro hominis vita desumendus est (2). — 3° Ejusdem doctrinae confirmationem reperit : *a*) in eo quod, *de facto*, functio cognitiva nos nihil certi revelat — siquidem homines ratione sua utentes et ad evidentiam appellantes (in re metaphysica) in contradictiones incidunt ; — *b*) in eo quod, *de jure*, functio cognitiva (per *conceptus*) nihil certi nobis revelare potest. In hac condemnatione conceptus (et proinde *rationalismi*) consentit W. James cum H. Bergson (3).

---

(1) « It is far too little recognized how entirely the intellect is built up of practical interests. The theory of evolution is beginning to do very good service by its reduction of all mentality to the type of reflex action... The germinal question concerning things brought for the first time before consciousness is not the theoretic : « What is that » but the practical « Who goes there » « What is to be done... » Any question is full of meaning to which contrary answers lead to contrary behavior. The results of the action corroborate or refute the idea from which it flowed. » *Sentiment of Rationality* (1880), pp. 84, 105. Cité par L. Noël dans un remarquable article de la *Rev. néo-scol.*, 1911, p. 45.

(2) Cf. *The varieties of religious experience*. Gifford Lectures 1901-1902 (London 1902 ; — trad. Abauzit, chez Alcan). « Pour juger les croyances religieuses, il fallait demander à quoi elles peuvent servir. Or, elles servent à assainir notre cœur et notre esprit et, par suite, à améliorer le rendement de notre activité, à nous donner une énergie plus grande, une meilleure stabilité. Et James citait les formules catégoriques de Leuba et de Bender : il ne faut pas dire que l'on connaît Dieu, il faut dire que l'on s'en sert. Le but de la religion n'est pas Dieu, la question religieuse n'a pas en lui son centre, elle a son centre dans l'homme et dans ses besoins, et Dieu leur est subordonné. Qu'il existe ou qu'il n'existe pas, chose peu importante, si d'y croire nous fait du bien.James ne se ralliait pas à ces formules, il ne faisait que les proposer comme une illustration accentuée de sa thèse, afin d'établir que la religion, tout en pouvant être autre chose aussi, était en tout cas une des fonctions biologiques les plus importantes de l'espèce humaine (cf. *Varieties*, 20e éd., p. 506-507). » L. Noël, *art. cit.*, pp. 43-44.

(3) Cf. *A pluralistic Universe*, lec.VI; — Cf. *Rev. de phil.*, déc. 1910, *La théorie des concepts chez M. Bergson et M. James*, pp. 578-598.

Haec cum ita sint, Pragmatismus non methodus tantum sed et doctrina est de cognitione vera : *Ea cognitio est vera quae nos ad practice agendum ducit ; non ea quae nos aliquid doceat de rebus prouti sunt in re.* Ex dictis elucet pragmatismum ex doctrinis biologicis ortum esse, potius quam ex praeoccupationibus moralibus (1).

F. C. S. Schiller (*Corpus Christi College*, Oxford) principium a Peirce inductum ita extendit ut exinde integram philosophiam constituat, cui nomen « Humanismus » imposuit. « *Humanismus* in eo consistit quod homo hoc conscius fiat : problema philosophicum entibus *humanis* proponi, sc. entibus *humanis* explicandum esse complexum experientiae *humanae*, idque viribus mentis *humanae* (2). » 1° Schiller characterem teleologicum functionis cognitivae defendit, sicut James (*Humanism ; Studies in Humanism ; The Humanism of Protagoras*, in *Mind*, Apr. 1911). Relatio inter speculationem et praxim potest excogitari quadruplex : *a*) Ratio practica est forma inferior et derivata rationis speculativae (hanc sententiam tribuit Schiller *Platoni*) ; — *b*) Ratio speculativa et ratio practica sunt mutuo irreductibiles ; sed speculativa praestat (ita *Aristoteles*) ; — *c*) Prima ad altera nequit reduci ; sed practica praestat (ita *Kant*) ; — *d*) Ratio speculativa est forma inferior et derivata rationis practicae (ita *pragmatismus*

(1) Cf. L. Noël, *art. cit.*, p. 46. « Le pragmatisme n'est point un expédient suggéré à James par ses préoccupations morales et religieuses. Il découle tout naturellement de sa conception téléologique de la pensée, et celle-ci, à son tour, n'est qu'un corollaire des idées biologiques dans lesquelles il a été formé. On la trouvera maintes fois exprimée dans ses ouvrages de psychologie. »

(2) *Studies in Humanism*, p. 5, note. — « M. Schiller semble n'attacher que peu d'importance à la distinction entre *Pragmatisme* et *Humanisme*. Il la maintient néanmoins et remarque que l'Humanisme est plus large, que sa méthode s'applique à tout : éthique, esthétique, métaphysique, théologie, vie pratique — de telle sorte que le Pragmatisme (de Pierce) serait l'Humanisme restreint à la théorie de la connaissance (épistémologie) ». M. Hébert, *Le Pragmatisme*, p. 39, note 1.

humanisticus). Hinc *illud est verum quod utilitatem practicam affert ;* porro utilitati actionis humanae respondet veritas humana, et sic homo fit mensura rerum omnium — quod est principium PROTAGORAE. — 2° Hanc doctrinam confirmat Schiller : *a*) *condemnatione veritatis « intellectualis »*, utpote quae, praeterquam quod contradictionibus scatet, impar est ad explicandum α) discrimen inter propositiones « veritatem vindicantes » et propositiones « veritatem possidentes » ; — β) factum erroris, in quem incidunt aliquae propositiones et non aliae (sc. secundum Schiller discrimen istud non aliunde oritur quam ex consectariis propositionum) (1) ; — *b*) *analysi psychologica cognitionis*, ex qua elucet hominem in judiciis proferendis duci motivis affectivis proindeque utilitate sua biologica (2).

Hinc *verum est illud quod consectariis suis utilitatem* (3)

(1) « Tout jugement vrai ou faux *relève* (is relevant) d'une intention. Si je flâne dans un bois sans vouloir atteindre un point déterminé, je ne puis me tromper de chemin ; l'erreur de route ne devient possible que si j'ai l'intention de me rendre à un endroit voulu, et il en est de même de la vérité. L'erreur n'est jamais admise comme telle, elle se présente avec la prétention d'être vérité ; elle est *truth-claim*. Elle devient erreur, « quand elle est réfutée soit par la protestation des autres, soit par la logique des événements, à savoir quand elle conduit à des conséquences qui détruisent son droit à être vraie — Truth claims which have worked badly are those condemned as « errors » ; those which have worked well are those accepted as « truths ». (*Error*, Discours prononcé au Congrès de philosophie de Bologne, 1911). DE WULF, *Rev. néo-scol.*, 1911, pp. 266-267.

(2) « Purpose, interest, desire, emotion, satisfaction, are more essential to thinking than steam is to a steam engine... Without these psychological conditions, thinking disappears, and with it presumably Logic. » *The rationalistic conception of Truth* (*Proceedings of the Aristotelian Society*, 1909, p. 83).

(3) « La relation avec l'*utilité* de celui qui juge est donc le critère pragmatiste de la distinction du vrai et du faux. Toutefois cette distinction ne devient « effective » que si aux vues de l'individu on substitue la satisfaction qu'un jugement donne à la collectivité — it could not obtain currency as effectively true, unless it somehow afforded satisfaction socially (*Error*, p. 10). » DE WULF, *art. cit.*, p. 267.

suam pro hominis vita vel individuali vel sociali comprobavit. Porro, mutata utilitate, mutatur veritas (1).

Similiter J. Dewey, cum aliis magistris urbis Chicago, essentiam practicam cognitionis defendit. Cum cognitione connectitur aliqua expectatio seu anticipatio ; cui si satisfiat, cognitio tanquam vera innotescit (2).

Philosophia nova ab Ed. Le Roy condita capita doctrinae continet quae arte cohaerent cum thesibus anglo-americanis. Idque gloriatur W. James (3).

Critica scientifica, ex una parte, ad hanc conclusionem devenerat : leges scientiae sunt contingentes, pro commoditate confectae, arbitrariae, symbolicae (4). Ex altera parte, secundum H. Bergson, cognitio humana, vi fundamentalis et creatricis evolutionis, tota quanta, ad fines practicos continuo tendit. Quod satis evincitur ex eo quod conceptus nobis tradit objecta discreta et separata in

(1) « Truth and Error... are continuous, as history shows. Either may develop out of the other, and both are rooted in the same problems of knowing, which are ultimately problems of living. The « truths » of one generation become the « errors » of the next, when it has achieved more valuable and efficient modes of interpreting and manipulating the apparent « facts », which the new « truths » are continuously transforming. And conversely, what is now scouted as « error » may hereafter become the fruitful parent of a long progeny of « truths ». *Error*, p. 11.

(2) Cf. L. Noël, *Rev. néo.-scol.*, 1907, pp. 235-237.

(3) « Bergson en France et ses disciples les physiciens Wilbois et Le Roy sont de francs humanistes. Le professeur Milhaud paraît l'être aussi, et il ne s'en faut que d'un cheveu que le grand Poincaré en soit. En Allemagne, le nom de Simmel s'offre comme celui d'un humaniste tout à fait radical. Mach et son école, Hertz et Ostwald doivent être classés parmi les humanistes. » *Humanism and Truth* (*Mind*, 1904, p. 462).

(4) Cf. É. Boutroux, *De la contingence des lois de la nature* (Alcan 1874, 2 éd., 1898) ; *De l'idée de loi naturelle dans la science et la philosophie contemporaine* (Alcan 1895) ; — G. Milhaud, *Essai sur les conditions et les limites de la certitude logique* (Alcan 1894) ; — P. Duhem, *La théorie physique, son objet et sa structure* (Rivière 1906) ; — H. Poincaré, *La Science et l'Hypothèse* (Flammarion 1907) ; *La Valeur de la Science* (ib. 1909).

realitate continua, objecta statica et fixa in realitate jugiter fluente et dynamica. Non igitur cognitione conceptuali docemur quid res sint, sed qua ratione actio nostra rebus sit adaptanda (1). E contra, si quis realitatem ipsam attingere velit, ei confugiendum est ad *intuitionem*, qua homo sympathice in res seipsum quasi introducit.

Ed. Le Roy utramque directionem in unam philoso-

(1) « Qu'il s'agisse de mouvement qualitatif ou de mouvement évolutif ou de mouvement extensif, l'esprit s'arrange pour prendre des vues stables sur l'instabilité. » *L'Évolution créatrice*, p. 328. « Ce qui nous intéresse c'est le dessin immobile du mouvement plutôt que le mouvement lui-même ; c'est de savoir où le mobile va, où il est à un moment quelconque de son trajet. » p. 327. « L'intelligence ne représente à l'activité que des buts à atteindre, c'est-à-dire des points de repos. Et d'un but atteint à un autre but atteint, d'un repos à un repos, notre activité se transporte par une série de bonds, pendant lesquels notre conscience se détourne le plus possible du mouvement s'accomplissant pour ne regarder que l'image anticipée du mouvement accompli... Si la matière nous apparaissait comme un perpétuel écoulement, à aucune de nos actions nous n'assignerions un terme ; nous sentirions chacune d'elles se dissoudre au fur et à mesure de son accomplissement et nous n'anticiperions pas sur un avenir toujours fuyant. Pour que notre activité saute d'un acte à un acte il faut que la matière passe d'un état à un état ; car c'est seulement dans un état du monde matériel que l'action peut insérer un résultat et par conséquent s'accomplir. » p. 324. « Sur le caractère pratique de cette opération, il n'y a pas de doute possible. Chacun de nos actes vise une certaine insertion de notre volonté dans la réalité. C'est entre notre corps et les autres corps un arrangement comparable à celui des morceaux de verre qui composent une figure kaléidoscopique. Notre activité va d'un arrangement à un arrangement, imprimant chaque fois au kaléidoscope, sans doute, une nouvelle secousse, mais ne s'intéressant pas à la secousse et ne voyant que la nouvelle figure... Le caractère cinématographique de notre connaissance des choses tient au caractère kaléidoscopique de notre adaptation à elles. » p. 331. « En agissant de la sorte, l'intelligence ne prétend pas reconstituer le mouvement tel qu'il est, elle le remplace simplement par un équivalent pratique. Ce sont les philosophes qui se trompent quand ils transportent dans le domaine de la spéculation, une méthode de penser qui est faite pour l'action. » p. 169. Cf. Paul Charles, *Le pragmatisme de l'école française* (*Rev. de phil.*, 1910, I, pp. 393 sqq).

phiam (= *la nouvelle philosophie*) composuit : in principiis et legibus scientificis nihil videt aliud quam formulas symbolicas ordinis practici (1) ; sed, ex altera parte, extollit cum H. Bergson *intuitionem* philosophicam, qua immediate apprehendi potest realitas fluens, in « contentione vitali » (*élan vital*) posita, vel potius in motu *sui generis* qui simul est cogitatio et actio (= *la Pensée-Action*).

Ista realitas fluens non contemplatione reflexiva, non conceptibus neque discursu attingitur, sed *inventione* (1) quadam, quae tamen non fit a nobis sine virtutibus moralibus. Quare scientiae particulares ad philosophiam ducunt, per quam aditus patet ad religionem. Illud est *verum* quod intuitio *invenit*, non contemplando sed vivendo, quod proinde vivitur ; *falsum*, e contra, quod non vivitur, quod contentione vitali expellitur (2). Ex hac notione veritatis

---

(1) Les lois scientifiques « sont invérifiables, à prendre les choses en toute rigueur, d'abord parce qu'elles sont l'outil avec lequel nous effectuons, dans la continuité du donné primitif, le morcelage indispensable sans lequel notre pensée demeure impuissante et enveloppée, ensuite parce qu'elles constituent le critère même auquel on juge les appareils et les méthodes qu'il faudrait utiliser pour les soumettre à un examen dont la précision soit susceptible de dépasser toute limite assignable. » *Un positivisme nouveau* (*R. de Mét.-Mor.*, p. 140). « Les faits scientifiques sont vraiment faits par le savant qui les constate, bien loin de s'imposer à lui du dehors. » (*Bull. de la soc. fr. de phil.*, 28 mars 1901.)

« On ne connaît vraiment que ce que l'on invente, on ne sait que dans la mesure où l'on est capable de trouver : ainsi il faut entrer dans la partie obscure du savoir pour en bien saisir même les parties claires. » (*R. de Mét.-Mor.*, 1901, p. 304.)

(2) « Vivre une vérité consiste à en faire un objet de vie intérieure auquel on croit, dont on se nourrit, que l'on pratique et que l'on aime au point d'unifier en lui toute son âme : *est vrai* définitivement ce qui résiste à l'épreuve d'une telle vie » (*ib.*, p. 327).

« Au fond, le seul critère, c'est la vie. Est évident d'abord tout ce qui est vécu à chaque instant par nous : images, affections, sentiments, idées ou actes, pris en eux-mêmes et en tant que faits. Est ensuite évident par le progrès de la pensée, tout ce qui... résiste à l'épreuve de la pratique, peut être assimilé par nous, converti en notre substance, intégré à notre moi, organisé avec l'ensemble de notre vie.

manifesta patet affinitas « philosophiae novae » cum pragmatismo anglo-americano. Nam dignoscitur tandem veritas *successu* seu *experientia vitali*.

Eamdem theoriam extendit E. Le Roy ad dogmata revelata; et sic theologiam instauravit quam Ecclesia romana declaravit non posse conciliari cum doctrina orthodoxa.

Pro G. Papini, pragmatismus est doctrina ita dilatabilis ut in eo cohabitare possint nominalismus, positivismus, kantianismus, fideismus, voluntarismus, etc. Id solum requiritur ut omnis philosophia spectetur sub *specie actionis*, quae ad finem quam maxime sublimem tendere debet. Propterea appellata est haec doctrina a W. James « theoria mesaulae » — *corridor-theory* (1).

II. Pragmatismus Socialis.

J. A. Balfour (*The foundations of belief*, 1895) sequentia docet : 1. Scientiae nihil certi dicendum habent de rebus quibus homo maxime indiget ad vivendum. Sive interrogatur phaenomenismus G. Berkeley et D. Hume, sive interrogatur transcendentalismus a Kant, Green, Caird propugnatus, aut philosophia scotica, aut « naturalismus » (positivismus) J. Stuart Mill, H. Spencer, Th. Huxley, liquido constat ex his doctrinis nihil evinci posse. — 2.

Ainsi l'évidence appartient à ce qui se montre capable de durée. Rien n'est évident de soi, mais tout peut le devenir... » (*ib.*, p. 317). — « Est donc vrai tout ce qui arrive à se réaliser — tout ce qui réussit, dans la mesure même où il réussit, — tout ce qui sert, aussi longtemps qu'il sert — tout ce qui est susceptible d'être pratiqué, vécu, tant qu'il l'est. » J. de Tonquédec, *op. cit.*, p. 8.

(1) « Sur le couloir d'un hôtel s'ouvrent plusieurs chambres dont les habitants se livrent à des occupations très diverses : ici, un religieux prie ; là, un chimiste préparant un explosif ; ailleurs, un libre-penseur composant un traité d'athéisme ou un musicien exécutant le prélude de *Parsifal*. Tous ces voyageurs se servent du corridor pour sortir de chez eux, pour y rentrer, communiquer entre eux et avec le monde extérieur ; il leur est indispensable. Tel est le Pragmatisme considéré comme méthode. » L. Maisonneuve, *Le pragmatisme* (*Bull. de litt. ecclés.*, 1911, p. 252).

Approbandus est igitur scepticismus ille secundum quem deficit nobis evidentia ; sed totis viribus repudiandus alius scepticismus secundum quem defectui evidentiae adjungitur defectus certitudinis. — 3. Ut scepticismus ille repudietur, confugiendum est ad motiva extra-intellectualia (*non rational causes*), sc. ad exigentias vitae practicae et moralis, sine quibus non potest ulla societas aut natio consistere. — 4. Complexus motivorum extra-intellectualium dici potest *auctoritas*, quatenus potissimum desumuntur ex familia, ex traditione gentis, ex consuetudine, etc. Atque huic auctoritati, quanquam justificatione intellectuali caret, credendum est ob necessitatem socialiter vivendi.

Thesis A. Balfour multum placuit Fo Brunetière, qui cum in praefatione quam praefixit versioni gallicae operis ejus, tum alibi (*Sur les chemins de la Croyance*) eamdem proclamat atque defendit. 1. Nulla jam spes in scientia aut in systematibus philosophicis reponenda est (1). — 2. Attamen non vivit homo absque ulla certitudine, et proinde, deficiente scientia, adeundum est ad fidem (2). — 3. Legi-

(1) « En fait, les sciences physiques ou naturelles nous avaient promis de supprimer « le mystère ». Or, non seulement elles ne l'ont pas supprimé, mais nous voyons clairement aujourd'hui qu'elles ne l'éclairciront jamais. Elles sont impuissantes, je ne dis pas à résoudre, mais à poser convenablement les seules questions qui importent : ce sont celles qui touchent à l'origine de l'homme, à la loi de sa conduite, et à sa destinée future. L'inconnaissable nous entoure, il nous enveloppe, il nous étreint, et nous ne pouvons tirer des lois de la physique ou des résultats de la physiologie aucun moyen d'en rien connaître. » *Après une visite au Vatican* (1894) dans *Questions actuelles*, p. 7. — « Toute science, quand on l'approfondit, n'est en somme qu'un système de « rapports », et ces « rapports », en un certain sens, ne sont eux-mêmes que des signes... Ce qu'expriment ces signes nous ne le savons pas plus que nous ne savons ce qu'expriment les caractères d'une langue inconnue. » *Sur les chemins de la croyance* pp. 142, 154. — Cf. *Les bases de la croyance*, *Préface*, pp. IX, XXX, XXXVII.

(2) « On n'a pas jusqu'ici triomphé du besoin de croire, on n'en triomphera pas, parce qu'il est le fondement ou, si vous l'aimez mieux, la condition de toute morale, de toute science et de toute action. » *Le besoin de croire* dans *Discours de combat*, 1re série, p. 296.

tima auctoritas, cujus erit fidem praescribere, ea est quae meliores fructus in ordine sociali produxit, sc. Ecclesia catholica (1). — 4. Huic igitur auctoritati credendum est, non praecise quia evangelium veritatis promulgat (de hoc puncto siletur), sed quia principia quaedam prosperitatis socialis secum affert (2).

De W. H. Mallock nihil fere dicendum est : nempe doctrina ejus valde affinis est doctrinae A. Balfour, cum in parte sua negativa, tum in parte positiva.

Scripta P. Bourget experimentalem quamdam apologeticam constituunt, in qua haec thesis factis illustratur : « *Qui infelices sunt, ii doctrinas falsas vivunt* (3). » Methodus

---

(1) « Le besoin de croire implique nécessairement la constitution d'une autorité qui fixe la croyance, ou plutôt qui la maintienne inaltérée, et qui la ramène aussi souvent qu'il le faut, à son principe. » « Humainement parlant, il s'est trouvé dans le christianisme une vertu sociale et civilisatrice, qui ne se retrouve dans aucune autre religion. Il n'y a pas dans l'histoire de commune mesure. Ce qu'il a fait, aucune autre religion ne l'a fait. Il est l'unique. » (*Ib.*, pp. 334-335).

(2) « Capable de construire de savants et quelquefois admirables systèmes, capable aussi, sur toutes les questions, et même sur celles qui nous intéressent, de nous fournir deux ou trois réponses, la philosophie, réduite à ses seules ressources, ne l'est ni de déterminer notre choix entre ces réponses, ni surtout de nous démontrer qu'il y en ait une de préférable aux autres. Cela la passe et la dépasse ! Elle a besoin d'un secours étranger. Il nous faut faire intervenir des considérations d'un autre ordre. Nous avons besoin d'une « autorité qui décide ». Le temps nous presse, la nécessité d'agir, la perplexité de savoir comment nous agirons. Je me décide pour celle des trois hypothèses relatives à l'immortalité de l'âme qui me paraît, sinon la plus rationnelle ou la plus vraisemblable — nous ne sommes plus à l'école ni dans le cabinet ! — mais pour celle qui répond le mieux au vœu de la nature humaine, aux exigences de l'action sociale, et qui se réclame en outre ou qui s'appuie de l'autorité de la révélation. » *Les raisons actuelles de croire*, dans *Discours de combat*, nouvelle série, p. 22.

(3) « La vie est l'épreuve de la pensée. Le malheur démontre l'idée fausse comme la maladie la mauvaise hygiène. » *L'Étape*, p. 51. — Cf. *Préface* aux *Œuvres complètes. Romans*, t. I (Plon 1900). Junius

in ejus scriptis tacite contenta in hoc fere consistit : Ne disputetur de aliqua doctrina, num vera sit an falsa ; rationes abstractas homines nostri temporis non capiunt ; aspicienda sunt *facta*. Alii vitam suam doctrinae, de qua quaeritur, conformant ; alii vero contrariae. Qui dictae doctrinae conformiter vivunt, ii maxima fruuntur morum puritate, animi serenitate ; apud eos familiae unitae sunt, ex eisque exsurgit gens fortis et prospera. Qui dictam doctrinam vita sua respuunt, ii torquentur anxietatibus, apud eos oriuntur familiarum dissensiones, vitia aliaque mala pullulant quibus impeditur prosperitas nationis. Inde conclusio : « Qui habet oculos videndi videat. » « Ex fructibus cognoscetis eos. »

III. Pragmatismus moralis.

J. Joergensen (*Le Néant et la Vie*), legibus *biologicis* innixus, criterium veritatis reponit in eo quod hominem beatum facit, ei pacem internam et gaudia conscientiae infundendo ; quidquid, e contra, animo angustias et remorsus injicit, illud nequit esse verum (1).

---

parle de même : « La vie n'a qu'un procédé, toujours le même, pour nous corriger de nos erreurs de pensée ; elle nous laisse les appliquer, et puis, les conséquences nous en devenant insupportables, il nous faut, bon gré, mal gré, y renoncer. » *Billets de Junius*, 1908-1909, p. 2, et *passim*.

(1) « Je commencerai donc, sans plus, par cette déclaration surprenante « que je suis devenu chrétien précisément parce que j'étais Darwiniste » ou mieux : « C'est une conclusion darwiniste qui m'a fait adopter la vérité du Christianisme. » Comment cela ? dites-vous. — Voici :

La vérité se définit : la foi qui nous fait vivre. La Vérité, c'est concevoir la nature des choses de façon que notre vie s'adapte à leur milieu. La Vérité n'est pas lettre morte, une théorie qui pourrait être telle ou autrement, c'est plutôt un fait vivant, car elle est le résultat de l'accommodation de notre esprit à la réalité. » *Op. cit.*, p. 6. « La Vérité doit, par essence, conduire au bonheur, et le Mensonge au malheur et à la ruine. C'est un axiome inébranlable en biologie. — Une conception adéquate de l'univers est indispensable pour bien agir, et, inversement, la fausse conception du monde doit vicier nos actions. » p. 32.

Nota. — 1. Secundum Pragmatismum ultima ratio cur aliqua doctrina tenenda sit ut vera est utilitas ejus ; hinc pragmatismus est species quaedam *voluntarismi* : siquidem appetere utilitatem, seu bonum utile, non intellectus sed voluntatis est.

2. Cum Pragmatismo, de quo in thesi, minime confundenda est « *Philosophia Actionis* », quam M. Blondel exposuit cum alibi tum praecipue in opere : l'*Action* (Alcan 1893). In hac philosophia, cui suo modo adhaerent, L. Laberthonnière aliique scriptores periodici *Annales de philosophie chrétienne*, docetur intellectum, in certitudinibus fidei et generatim in judiciis ordinis realis, non sibi sufficere. Quapropter cum intellectu ad cognitionem necesse est cooperentur omnes hominis vires ; seu, ut aiebat Plato , « *eundum est ad veritatem cum anima tota.* » Quae sane doctrina bonum sensum accipere potest ; conditiones determinat quibus positis activitas intellectualis efficax esse possit ; sed, ut clarum est, hanc ipsam activitatem nullatenus negat. Hinc, si quando appellatur haec doctrina *pragmatismus, voluntarismus, dogmatismus moralis*, etc. — ut reipsa accidit — non licet oblivisci quid his vocibus subjaceat. De *Philosophia Actionis* Criteriologiae non est tractandum, saltem non directe.

III. Delimitatio thesis.

1. *Negamus : a*) veritatem propositionis constitui ejus utilitate ; — *b*) criterium adaequatum veritatis doctrinae cujuslibet in bonis ejus effectibus reperiri.

2. *Concedimus : a*) ex effectibus desumi posse praesumptionem aliquam, imo criterium quoddam, sed confirmativum doctrinae cujus veritas aliunde constat ; — *b*) Affirmamus ultimam justificationem doctrinae reponendam esse in rationibus ordinis intellectualis (1).

DEMONSTRATIO

Claritatis gratia, demonstratio thesis in duas partes dividetur, quarum *prima* de *pragmatismo* « *humanistico* », *altera* de *pragmatismo sociali* aget.

---

(1) « Seule la démonstration qui fait saisir la raison intrinsèque, immédiate d'une doctrine est rigoureusement scientifique. » Cardinal Mercier, *Crit. gén.*, p. 199.

I^a PARS : De pragmatismo « humanistico ».

Pragmatismus « humanisticus » duplici parte essentiali constat, sc. demolitione aliqua (*pars negativa*), deinde constructione (*pars positiva*). Atqui neque *prima* neque *secunda* probari potest. Ergo.

MINOR : *I^a pars.* — Nequit probari ***pars negativa.***

Alii demolitionem Kantianam intellectualismi accipiunt, sive ut *rem juris*, sive saltem ut *rem facti*. Alii, hac Kantiana demolitione despecta vel parum considerata, novam ei substituunt, sc. criticam scientiae (ejus principiorum vel formularum vel methodorum), criticam conceptuum, et denique teleologiam cognitionis — quae, quatenus negativa, statuit functionem cognitivam in homine eo *tantum* tendere ut nos in agendo dirigat.

Atqui : 1° *Criticismus Kantianus* nequaquam accipiendus est, ut supra rationibus negativis et positivis demonstratum est ; — 2° objectiones contra *conceptum* vel contra *scientificos processus* ostendunt solummodo cognitionem nostram imperfectam et inadaequatam esse ; non autem ea nihil nos doceri de rebus in se ; — 3° cognitionem nostram esse « *tendentialem* » nemo negat : sc. nobis a natura data est cognitio ad bonum nostrum, ut provideamus vitae humanae necessariis. Sed *a*) inter necessaria vitae humanae connumeranda est copia quaedam *scientiae speculativae* : nam *appetitus sciendi* apud omnes homines reperitur, et quidem sciendi *quid res sint*, et non tantum quid inserviant ; — *b*) eatenus, mediante cognitione, providere possumus vitae necessariis quatenus cognitione docemur *quid res sint*, saltem partialiter et inadaequate. Imo in hoc differt homo ab animantibus brutis, quae solo instinctu ducuntur.

MINOR : *II^a pars* — Nequit probari ***pars positiva.***

1° Stante intellectualismo, constructio pragmatica corruere debet, siquidem non potest stare *nisi* supra intellectualismi ruinas. — 2° Praeterea, etiam in se consideratus,

pragmatismus humanisticus est *doctrina vaga et obscura* (1). Non satis elucet quid sit *utilitas* vel *experientia vitalis ?* quid *consectaria* doctrinae, quid consectaria *practica ?* Quandoque aliqua doctrina non potest mente recipi seu non potest vivi, quia non cohaeret cum alia jam recepta : numquid incompatibilitas doctrinae est consectarium *practicum ?* Sed tunc tota vita intellectualis potest esse res practica. *Successus* intellectualis est defectus contradictionis ; hic autem defectus quandoque plane innotescit,

(1) Selon M. A. O. Lovejoy, le pragmatisme est une « entité protéenne » dont il découvre *treize* formes. Les voici résumées par le P. Blanche (*Rev. des Sc. phil. et théol.*, 1909, p. 97) : « Le principe de la nouvelle épistémologie s'énonce ordinairement ainsi : « On juge d'une proposition d'après ses conséquences. » Cette simple formule peut donner naissance à cinq pragmatismes, car elle comporte cinq interprétations : I. Le *sens* d'une proposition, qu'elle soit ou non considérée comme vraie, réside dans les conséquences qu'elle *annonce*. II. Le *sens* d'une proposition réside dans les conséquences qui découlent de son *acceptation*. III. La *vérité* d'une proposition consiste dans les expériences qui vérifient cette proposition. IV. La *vérité* d'une proposition consiste dans sa ressemblance avec les jugements dont les *prédictions* se sont déjà réalisées. V. La *vérité* d'une proposition consiste dans sa ressemblance avec les jugements dont l'*acceptation* a produit des effets réels. Après avoir montré que la théorie nº III, développée dans le sens de la métaphysique bergsonienne du devenir réel, constitue un VIe pragmatisme, M. Lovejoy croit pouvoir distinguer six nouvelles formes dans les doctrines qui font de la satisfaction le critérium de la vérité. Ce critérium est, en effet, soit la satisfaction en général considérée comme émotion (VII), soit la plus grande somme de satisfaction (VIII), soit enfin la satisfaction intellectuelle la plus complète (IX). En outre on peut étendre ce critérium à toute espèce de vérités, même aux premiers principes et les considérer comme de simples postulats (X), ou, tout en affirmant le rôle indispensable des postulats, admettre au-dessus d'eux quelques vérités nécessaires (XI), ou encore, à côté et au-dessus des postulats des sciences et du sens commun, assigner une place aux postulats moraux, esthétiques et religieux (XII). Le XIIIe et dernier pragmatisme consiste à voir dans la relation d'une idée à un dessein un élément essentiel de la signification de l'idée.» Cf. *Journal of Philosophy, Psychology, and scientific Methods*, 1909, pp. 5-12 ; 29-39. — Voir également Parodi, *Rev. de Mét.-Mor.*, an. 1908.

quandoque non satis, vel nullo modo. Inde oriuntur varii gradus *satisfactionis intellectualis* ; et scientia consistit in eo quod ita conjungantur variae notiones in judiciis ut exinde oriatur pro homine satisfactio plena, quoad fieri potest ; — 3° Nulla est relatio necessaria inter *successum* alicujus doctrinae et *veritatem ejus*, vg. rotatio solis circa terram magnum olim successum nacta est : num propterea rotatio solis fuit veritas temporis acti ? — Eadem ratione, etiamsi atheismus aut idealismus evaderent doctrinae communes, non ideo fierent verae. Et, e converso, si aliqua doctrina pugnat cum « mentalitate » alicujus hominis, ita ut in eam ingredi nequeat, id falsitatem doctrinae nondum ostendit. Quaerendum igitur erit *criterium genuini successus*, quod tandem aliquando debebit esse ordinis intellectualis (1), non ordinis mere psychologici.

IIa PARS : De pragmatismo sociali.

Pragmatismus *socialis*, sicut humanisticus, constat parte *destructiva* et *constructiva* (idem dicatur de pragmatismo *morali*). Atqui neque *prima* neque *secunda* probari potest. Ergo.

Minor : *Ia pars.* — Nequit probari *pars negativa*.

Proclamant pragmatici sociales, vel ut *rem juris* vel saltem ut *rem facti*, cognitionem scientificam (sensu spenceriano) aut absolute incertam esse — et in hac parte cumulant testimonia virorum qui criticam scientiae instituunt — aut certe « mutam » esse relate ad eas quaestiones (sc. morales et religiosas) quas hominis maxime interest scire.

Atqui hujusmodi anti-intellectualismus vel agnosticismus metaphysicus nequaquam audiendus est : mens enim humana cognitiones objectivas potest sibi comparare. Cf. supra Th. XIII, XIV, XV. Scientia valet in *suo* ordine ;

(1) Cf. de Tonquédec, *La Notion de Vérité*...., pp. 135-146 ; — L. Noël, *William James*, *Rev. néo-scol*, 1911, pp. 48-50.

neque excludenda est metaphysica : potest scilicet ratio humana ex realitatibus physicis, modo vulgari vel scientifico determinatis, ope primorum principiorum, assurgere ad eas realitates suprasensibiles, quas homo, ut homo, aliquo modo cognoscere debet ut vitae suae integrali consulat.

MINOR : *II^a pars.* — Nequit probari ***pars positiva.***

1° Eatenus esset pragmatismus socialis « tabula salutis » quatenus deficeret intellectualismus.

2° Etiam in se spectatus, pragmatismus socialis pluribus peccat. Nam neque in utilitate *individuali* neque in utilitate *sociali* potest jure reponi criterium veritatis :

A. ***Non in utilitate individuali*** (interna simul sumpta cum externa) : — 1. Utilitas individualis *non est criterium universale :* nam multa sunt judicia quorum influxus sive bonus sive malus detegi nequit.

Si dico : *ignis non urit, super aquas ambulare licet,* ex eventu infelici statim apparebit error, et proinde veritas sententiae oppositae. Sed si dico : *terra stat, movetur sol, Socrates nunquam vixit neque Homerus,* ex quanam experientia vitali poterit successus patere? — Quodsi objicitur : viri scientifici vel eruditi experientur falsitatem horum judiciorum eo quod ea aegre ferunt, respondetur : ea aegre ferunt, quia *cognoscunt* eorum falsitatem ; ergo non experientia vitalis est criterium sed evidentia rei cognitae.

2. *Non est criterium infallibile :* — Scilicet in casibus in quibus apparet utilitas alicujus persuasionis, cum hac utilitate non est semper conjuncta veritas : *a.* Ex *illusionibus, superstitionibus,* etc. fluere possunt fructus salutis et sanctitatis, vg. innumeri peccatores ad Deum conversi sunt a S. Vincentio Ferrier, eo quod persuasum habebant eum esse Angelum Apocalypsis et finem mundi imminere. Ipse Vincentius hac in re errabat (1).

b. Plures homines cum iisdem persuasionibus possunt esse alii felices, alii infelices : ergo ex successu nihil sequitur.

---

(1) Cf. A. POULAIN, *Les grâces d'oraison* [6], p. 341.

Idem quoque homo, diversis temporibus, potest se habere diverso modo relate ad idem objectum (1).

c. Eidem homini possunt oppositae persuasiones aeque bene succedere sub diversis respectibus (2).

d. Existunt, de facto, heretici et schismatici quidam cum maxima animi tranquillitate viventes : hi in bona fide sunt, at nihilominus in errore.

B. ***Non in utilitate sociali.*** — Etenim utilitas socialis :

1. *Non est criterium universale : a*) Saepe difficile dici potest utrum hoc vel illud judicium effectus bonos aut malos habeat ; imo difficile quandoque scitur utrum effectus sit bonus an malus. — *b*) Multa sunt judicia quae in vitam socialem non agunt, quae igitur affirmari aut negari possunt quin ullum detrimentum exinde sequatur, vg. influxus lunae in vegetationem, in tempestatem, etc. — *c*) Aliquando aliqua persuasio *generalis* innotescit tanquam utilis, vg. persuasio de objectivitate mundi externi ; attamen eadem persuasio *in particulari*, vg. de existentia colorum, de rotatione solis, nihil jam utilitatis habet aut nocuitatis. — Hinc non sufficit criterium utilitatis.

2. *Etiam restrictum ad doctrinas generales, quae in mores humanos redundantiam habent, non est criterium infallibile aut exclusivum.*

a) *Non est infallibile.* — α) Potest fieri ut ex aliqua doctrina falsa oriantur multa bona pro aliqua natione, saltem ad tempus, vg. amor patriae potest foveri apud juvenes narrationibus falsis ; et amor Dei per conciones hereticas. Quare ex effectibus generalibus, saltem pro aliquo tempore,

(1) S. Ignatius de Loyola, *Regulae ad discretionem spirituum*, in *Exercitiis spiritualibus*.

(2) « Avec les divers penchants de mon âme, je ne puis me contenter d'une seule façon de penser. Comme artiste et comme poète, je suis polythéiste, comme naturaliste, au contraire, je suis panthéiste, et l'un aussi décidément que l'autre. Comme individu moral, ai-je besoin d'un Dieu unique pour ma personnalité? Je sais aussi où le trouver. » Goethe, *lettre à Jacobi*, dans E. Naville, *Les philosophies négatives*, p. 28.

nihil concludi potest. — Potest excogitari aliqua religio honesta, ex qua sequerentur optimi fructus, et quae nihilominus non esset vera. Religio vera ea est quam Deus vult. Attamen, negative, sc. si ex aliqua religione mali fructus pullulant, eo ipso est rejicienda. — β) Fieri potest ut non appareat cum certitudine quid sit utile an nocivum alicui societati : nimia prosperitas mores corrumpit sicut nimia paupertas. — γ) Saltem in multis casibus exspectandum esset per longum tempus, donec manifesti essent fructus alicujus doctrinae ; et praeterea, quoniam doctrinae valde complexae sunt, dici vix potest utrum omnes an aliquae partes ejus fuerint in praxim vitae deductae.

b) *Non est exclusivum nec sufficiens.* — α) Veritas quae criterio utilitatis ostendi dicitur vel potest comprobari rationibus ordinis intellectualis, vel non potest ; si 1^{m}, utilitas socialis non est criterium exclusivum ; si 2^{m}, veritas admitti nequit tanquam certa : nam, ut dictum est, inter utilitatem et veritatem non existit necessarius nexus. — β) Qui diceret : objectivitas doctrinae admitti debet practice ob ejus utilitatem, licet haec ratione justificari nequeat, ille dualismum in hominem induceret contra naturam ejus : homini enim naturale est ut vitam suam practice dirigat secundum lumen rationis.

Scholion : *De argumento « ex consectariis » apud Scholasticos.*

I. Distinguunt Scholastici inter consectaria speculativa et consectaria practica. Si ex praemissis consectaria speculative falsa fluunt, praemissae sunt falsae (saltem una) : falsum consequens, ergo et antecedens.

II. Homo reperire debet in praemissis speculativis et proinde in doctrina sua philosophica principia quibus se in vita agenda dirigere possit : omnis philosophia in Ethicam efflorescere debet. Hinc : — *a*) Si in aliqua doctrina nulla sunt principia directiva (vg. Evolutionismus, Atheismus, etc), haec doctrina est incompleta et falsa ; — *b*) Si hujus-

modi principia non possunt in vitae praxim deduci, aut quia eorum usus repugnat naturae morali hominis, aut quia fructus infaustos (homicidia, furta, etc.) producit, ea doctrina ex qua talia principia desumuntur est falsa, quia non est conformis ordini essentiali rerum.

III. Fructus, sive boni sive mali, *per se* sunt tantummodo praesumptio aliqua pro vel contra veritatem doctrinae, vel confirmatio ejus practica. Quapropter tales sunt ut nos ad reflectendum incitent ; reflexione instituta, innotescere debet utrum doctrina conformis sit cum fine hominis et cum ordine ex essentiis rerum exsurgente : tunc est vera, secus est falsa. Ergo fructus boni aut mali sunt indicium quoddam, sed non ultimum criterium.

IV. Demonstrationem ex perversis consectariis Scholastici adhibere solent tanquam indirectam ; ita vg. scepticismum, determinismum, atheismum, etc., ex consectariis eorum condemnant, sed hoc argumento non contenti falsitatem ipsam doctrinae perversae ex internis rationibus semper ostendere conantur. Hinc argumentum ex consectariis semper secundarium et confirmativum est. Attamen, ut secundarium, magnam vim habet ad homines convincendos ideoque negligendum non est (1).

---

(1) « ... Lorsqu'on a démontré que la religion chrétienne (est) beaucoup mieux adaptée que tout autre système philosophique ou religieux aux besoins de l'humanité, l'on n'a pas encore prouvé qu'elle est vraie, l'on a seulement montré qu'il est fort désirable qu'elle le soit. C'est peut-être ce qu'oublient trop quelquefois, sinon en théorie, du moins en pratique, ceux qui s'efforcent de prouver le christianisme uniquement par des raisons subjectives ou sociales. Ces arguments sont excellents pour disposer les âmes en faveur de la religion chrétienne, ils ne suffisent pas de soi à en prouver la vérité, mais seulement la convenance. Il est vrai cependant que certaines âmes pourront être amenées à croire par ces seules raisons, mais l'on ne peut ériger ces cas particuliers en règle générale. » H. Petitot, *Pascal, sa vie religieuse et son Apologie du christianisme* (Beauchesne 1910), p. 227. — « A la preuve des témoignages et des miracles peut encore se joindre une preuve confirmatoire, déduite de ce que la doctrine catholique est jugée particulièrement apte à satisfaire les besoins et

V. Hinc *Pragmatismus* — sive anglo-americanus, sive anglo-gallicus — approbari potest, non in quantum negat existere veritatem intellectualem, sed quatenus potest esse criterium aliquod hujus veritatis, non quidem unicum et universale, sed secundarium et confirmativum.

Difficultates

1. Utilitas est id quo veritas judicii ab ejus falsitate distinguitur. — 2. Veritas judicii est conformitas cum re; sed haec conformitas est ipsa utilitas judicii. — 3. Conformitas judicii cum re nequit cognosci nisi *verificatione ;* verificatio autem consistit in eo quod judicium inservit ad aliquid (seu est utile). R. Nisi verificatione intellectuali vel experimentali, c. ; experimentali tantum, n. — 4. Haec propositio : « existit terra ad plagam occidentalem Europae » non fuit cognita tanquam vera ante verificationem ejus ; sed verificatio in eo constitit quod de facto utilis fuit ad detegendam Americam. R. Nego : veritas antecedit verificationem tanquam conditio sine qua non ; ipsa vero, in exemplo allato, tota fuit in correspondentia inter *persuasionem de existentia Americae* et *existentiam ipsam Americae.*

Sommaire. — A. **Le pragmatisme humaniste.** — *Ni James, ni Schiller, ni Bergson, ni Le Roy n'ont définitivement ruiné la conception traditionnelle de la vérité « correspondance avec les choses. » La connaissance a été mise au service de l'homme :* ut eum juvet in prosecutione sui finis. *La connaissance a un but utilitaire. Mais « le* service *que l'on*

---

les aspirations de l'homme, soit au point de vue individuel, soit au point de vue social. Relativement à la valeur de cette preuve nous ferons observer qu'ici, comme dans la démonstration de la religion chrétienne, elle est d'une application difficile et d'une importance plutôt secondaire, et qu'en pratique, elle doit principalement servir à écarter les objections des adversaires, et à préparer surtout les esprits cultivés à l'acceptation des arguments positifs empruntés au témoignage et aux miracles. » P. Dublanchy, in *Dict. de théol. cath.*, art. *Église*, col. 2115.

demande à une idée pour l'admettre au rang des vérités est bel et bien d'ordre intellectuel. » « *La vérité réside, en fin de compte, dans l'accord de la connaissance avec les choses. Cet accord ne peut nous apparaître que par la cohérence de la connaissance avec elle-même dans les vues diverses qu'elle prend des choses. Mais pour une part au moins de nos connaissances, celles qui touchent à l'immense domaine de « l'expérience possible », la cohérence complète n'est jamais obtenue puisque le donné qu'elle organise ne sera jamais épuisé... Il y a donc du provisoire dans nos idées, elles valent pour autant qu'elles s'accordent avec d'autres idées, avec notre expérience à tous ses degrés, ou encore avec ces intuitions obscures de faits mal définis, mais non moins existants pour cela, que donne parfois le sentiment* (1). »

Si W. James n'avait voulu que cela, le pragmatisme serait admissible. Mais tel qu'il se présente, comme négation de la vertu révélatrice de l'idée, il a contre lui l'évidence, qui est pour l'homme le premier besoin et la norme essentielle de tout jugement vrai.

B. **Le pragmatisme social.** — *Rien de mieux que de regarder aux conséquences morales et sociales d'une doctrine. Il y a là, incontestablement, un argument de grande valeur, mais qui, cependant, ne saurait suffire.* « *Vous me montrez par l'histoire que les croyances et les institutions chrétiennes sont éminemment bienfaisantes : elles sont donc* utiles. *S'ensuit-il que je* doive *les accepter et y conformer ma vie ? Le bien, le meilleur n'est pas toujours un* devoir. *Je vous demande donc de me faire voir que la morale sociale, telle que l'entend et la pratique le christianisme, est obligatoire ; que je* dois *y sacrifier ma morale utilitaire si je m'appelle Hobbes, Bentham, Hume, Durkheim, Lévy-Bruhl, la loi du plus fort si j'ai adopté les théories brutales de Nietzsche. Pour me le montrer, vous invoquerez vraisemblablement des* raisons, *vous chercherez au devoir moral un fondement* rationnel.

La civilisation est la marche progressive de l'humanité vers un terme : quel est ce terme ; quel est le but de la vie ?

Vous êtes optimiste : la société selon vous, en obéissant aux lois internes qui la travaillent, va infailliblement au bien ; la vérité est l'expression de ces lois de la vie des sociétés. Mais je suis pessimiste, avec Schopenhauer, avec Nietzsche, je crois que la société est mal organisée, que le sage doit être rebelle à son action, qu'en définitive c'est folie de sacrifier un plaisir personnel, certain, à un intérêt social éloigné, problématique.

Qui jugera entre ces deux conceptions ? Apparemment votre raison, la mienne. Quoi qu'on en ait dit, le dernier mot de la critique appartient donc toujours à la raison individuelle. » Cardinal Mercier, *Crit. gén.*, p. 192.

---

(1) L. Noël, *Rev. néo-scol.*, 1911, p. 49.

THESIS XIX[a]

Criterium ultimum veritatis, etiam religiosae, reponi nequit in fide aliqua caeca, quae sit vel instinctiva, vel sentimentalis, vel moralis.

Auctores

Encycl. *Pascendi*, I[a] p., § 2 ; — J. Lebreton, l'*Encycl.* Pascendi *et la théologie moderniste ;* — P. Baudin, *La philosophie de la foi chez Newman* (Montligeon 1906) ; — Cl. Piat, *La Croyance en Dieu* (Alcan 1907), pp. 230-258 ; — Id., *Insuffisance des philosophies de l'intuition* (Plon 1908) ; — Aug. Valensin, *Le Criticisme Kantien*, l. cit., ; — Donat, *Critica*, pp. 142-150 (ubi multa testimonia recentia citantur) ; — St. Harent, *Expérience et Foi*, *Études*, 1907, IV, pp. 221 sqq. ; — C[lis] Mercier, *Crit. gén.*, pp. 157-171 ; 179-189 ; — Mgr Chollet, *art. cit.*, § IV, n. 3 ; — H. Pinard, *l'Expérience religieuse* in *Dict. d'Alès ;* — J. V. Bainvel, *Foi, Fidéisme, ib.;* — etc.

Praenotanda

I. Notiones nominales. — Theoriae, de quibus agit thesis, vocari solent : *fideismus*, *voluntarismus* (1), *dogmatismus moralis*, etc. : in hoc conveniunt omnes quod motivum ultimum affirmandi realitates quasdam (vg. Deum, animae libertatem et immortalitatem, mundum externum, etc.) statuunt esse aliquid extra-intellectuale, sed subjecto judicanti internum (*fides*, *voluntas*, *sensus obligationis*). Cum motivum affirmandi sit subjecto *immanens*, methodus, qua ejusmodi motiva exquiruntur, vocatur « methodus immanentiae », quae potest esse vel *exclusiva* vel *auxiliaris*.

Motivum generale quo inducimur ad persuasiones quasdam retinendas, quamvis justificatione intellectuali carentes,

(1) « Le mot *volontarisme* est de provenance Kantienne, mais on est convenu d'englober sous la dénomination de « volontarisme », le sentimentalisme, le pragmatisme et toutes les théories qui, sous couleur d'instaurer une « philosophie de la vie », placent le motif dernier de *toutes* ou de *certaines* certitudes dans quelque disposition affective du moi, ou une poussée instinctive de l'âme à croire, n'ayant rien de commun avec le froid raisonnement. » M. de Wulf, *Rev. néo-scol.*, 1909, p. 113.

varia nomina accipit, vg. vocatur *impulsus vitalis*, *experientia cordis*, *motus affectivus*, etc. ; sed communiter appellatur « *fides* » (1). Hujusmodi fides tantum valet quantum scientia, sed pertinet ad ordinem prorsus diversum. — In thesi inquiritur utrum admitti possit secundus iste fons affirmationis.

II. **Notiones historicae.** — Qui criterium extra-intellectuale propugnant non omnes idem docent. Diversae sententiae hac de re ad tres reduci possunt : fides *instinctiva*, fides *sentimentalis*, fides *moralis*.

1° ***Fides instinctiva.***

Thomas Reid (1710-1796), dux scholae scoticae (Shaftesbury, Hutcheson, Adam Smith, Dugald-Stewart), ut contra D. Hume judicia scientiae tueretur, haec docuit : *a*) Natura ipsa ferimur ad determinata judicia efformanda ; hoc est factum, licet explicatio psychologica facti possit occulta manere ; — *b*) Hisce judiciis formandis praeest instinctus aliquis *sui generis*, apud omnes homines existens, qui etiam « sensus communis » appellatur ; — *c*) Hic instinctus est infallibilis : est enim vox naturae vel auctoris naturae.

Nota. — De mente Th. Reid disputare licet. In libro : *Recherches sur l'entendement humain d'après les principes du sens commun* (1763) « sensus communis » idem videtur esse quod « instinctus caecus » ; sed in opere : *Essai sur les facultés intellectuelles* (1785), instinctus definitur « complexus principiorum quae lumen proprium secum portant » (c. 4). Attamen non clarum est quid sit « *lumen* » istud principiorum. Th. Jouffroy, qui opera Th. Reid in gallicum sermonem vertit, *fidem caecam* instituit pro fundamento vitae cognoscitivae (2).

---

(1) En français : *cœur, sentiment, foi religieuse, croyance, expérience intime* ou *vitale ;* en allemand : *Gemüt, Gefühl, inneres Erleben, religiöser Glauben, Werturteil*, etc.

(2) « Le principe de toute certitude et de toute croyance est d'abord un acte de foi aveugle en la véracité naturelle de nos facultés. » *Cours de droit naturel*, t. I, l. 9. — Cf. C^{al} Mercier, *op. cit.*, p. 167 sq.

Cum Th. Reid sentiunt, inter alios, MANSEL, HAMILTON, etc. ; etiam J. BALMÈS, licet instinctus dicatur ab eo « intellectualis » (1).

Haec fides vocatur *instinctiva*, quia est vis interna nos impellens ad ea tenenda quae sunt ad vivendum necessaria ; vocatur *caeca*, quia nulla ei praelucet ratio ordinis intellectualis.

2° ***Fides sentimentalis*** (= *sentimentalismus*).

Fred. JACOBI (1743-1819), pater philosophiae sentimentalis, jam ante Kantianam *Criticam rationis purae*, clarius vero postea, docuit demonstratione intellectuali mentem logica necessitate ad atheismum spinozanum duci. Quod ut avertatur, triplex admittenda est facultas : ratio, intellectus, sensus. *Ratio* realitates suprasensibiles ; *sensus* realitates sensibiles attingit ; *intellectus* autem nullam realitatem attingit, sed solummodo ordinat atque componit conceptus vel notiones.

Ratio est sensus quidam spiritualis, quo sentimus Deum esse, nos esse libero arbitrio praeditos, legem moralem existere, etc., eodem fere modo quo sensibus carnalibus sentimus mundum existere, corporibus constitui, etc. — Hic sensus spiritualis vocari potest *fides* (= *Geistesglaube*, *Geistesgefühl*), et fundamentum est omnis certitudinis circa res in se. Quae fides est *caeca*, eo sensu quod hujusmodi apprehensio realitatum suprasensibilium nec potest nec debet mente justificari ; eademque *instinctiva* est, a voluntate sc. libera independens nosque ad vivendum adjuvans (2).

Ad Jacobi aliquatenus accedunt FRIES (+ 1843) et hodierni ejus discipuli (Leonardus NELSON, etc.). FRIES admittit cum Kant formas *a priori ;* sed eas methodo psychologica demonstrat ; rationem tenet in sensu Jacobi, sc. *fidem ;* et insuper « suspicionem » aliquam (germ. *Ahnung*) : « Scimus, inquit, phaenomena, credimus essen-

(1) Voir aussi *Revue du clergé français*. 1er oct. 1903, pp. 316 sqq.
(2) Cf. L. LÉVY-BRUHL, *La Philosophie de Jacobi* (Alcan 1894).

tias rerum, suspicamur essentias in phaenomenis. » Ad eamdem directionem tendunt SIEBECK, KÜLPE, J. KÖSTLIN, etc.

3° ***Fides moralis*** (= *dogmatismus moralis*).

A. — E. KANT (cf. supra TH. XII) in *Critica rationis purae* et in *Critica rationis practicae* consecrationem quasi philosophicam impertivit distinctioni nunc vulgatae inter certitudinem (*scientificam*) de rebus empiricis (sc. *apparentibus*) et certitudinem (*moralem*) de rebus in se (sc. *non apparentibus*). Attamen distinctionem hanc non iisdem argumentis fulcit Kant quibus Jacobi. Demonstratio Kantiana sic potest summatim describi :

1. Scientia eatenus valet quatenus ad ordinem phaenomenalem (sc. ad intuitiones sensibilitatis conceptibus seu categoriis intellectus compactas) restringitur. At, in ordine morum, existit lex moralis (= *imperium categoricum*), quae seipsam hac formula promulgat : « Ita age ut actio tua possit esse exemplar quod quivis homo sequi possit in iisdem adjunctis. »

2. In hoc imperio, utpote categorico seu absoluto, implicite contenta est *obligatio :* nam homo est ens sensibile cupidus felicitatis. Proindeque supponitur in homine *libertas*, seu facultas sese determinandi, nullo habito respectu ad sensibilitatem. Utraque, sc. obligatio et libertas, necessario nobis imponitur ; sic autem constituitur *lex agendi*, cui nemo se subducere potest quin sibi, in foro interno, vilis fiat. Exinde quoque sequitur conditiones imponi (= postulata) sine quibus exsecutio legis moralis evaderet impossibilis. Postulatur nempe *bonum supremum* (quod sit scopus ejus) ; deinde *conjunctio virtutis cum felicitate* (secus contradictio regnaret inter legem moralem et tendentias sensibiles) ; insuper *animae immortalitas* (nam bonum intentum, utpote infinitum, nequit obtineri nisi progressivis haustibus) ; tandem *Deus* (qui boni supremi obtentionem procuret).

3. Praedicta postulata sunt *credita :* nimirum imposita sunt lege morali, atque ideo ab actu voluntario pendent.

Ita se res habet : legi morali obtemperare debeo ; hoc autem nequit fieri nisi tria pro certo teneam (sc. *libertatem arbitrii*, *animae vitam futuram*, *existentiam Dei*). Ea igitur admitto, seu voluntate amplector. — Hinc fides moralis Kantiana non est instinctivum quid, quemadmodum apud Jacobi ; sed est actus bonae voluntatis judicio alicui adhaerentis, quod lege morali postulatur.

4. Hujusmodi adhaesio talem firmitatem habere potest quae superet firmitatem scientiae ; attamen cognitioni nihil prorsus addit, i.e. existentia Dei, animae futura vita et libertas, semper manebunt extra fines scientiae.

B. — *Post Kant*, omnes fere philosophi qui Scholasticis infensi sunt, concessa parte destructiva *Criticae*, dogmatismum quemdam moralem, maxime in rebus ad religionem spectantibus, defendunt. *Fides* quam inducunt dicitur vel *sensus* quidam *sui generis* (moralis, religiosus, etc.) vel *actus voluntatis moralis*. Omnibus vero hoc commune dogma est quod hujusmodi fides sit *caeca*, seu intellectuali justificatione carens.

Dogmatismum moralem variis modis profitentur :

1° *Protestantes theologi multi*, cum ducibus Fred. D. E. Schleiermacher (1768-1834) et A. Ritschl (1822-1889). Hi ad voluntarismum potius inclinantur ; dum, e contra Aug. Sabatier [1] (1839-1901), in Gallia, intuitionismum propugnat, sicut « *modernistae* » quos describit Encycl. *Pascendi*. Facta, seu, ut aiunt, phaenomena religiosa, multi cum W. James [2] eadem fide interna explicare conantur; imo dogmata ipsa et symbola fidei christianae hac methodo interpretantur A. Harnack [3] et alii.

2° *Apologetae quidam catholici*. — Omissis G. Tyrrell et A. Loisy qui modernismo imbuti, Ecclesiam catholicam

(1) *Esquisse d'une philosophie de la religion d'après la psychologie et l'histoire* (Fischbacher 1897), pp. 376-380.

(2) Cf. *L'expérience religieuse* (trad. Abauzit, Alcan 1906).

(3) *Lehrbuch der Dogmengeschichte* ³ (1894-1897) ; — *Das Wesen des Christentums* (1900).

dereliquerunt, nonnulli reperiuntur viri catholici qui, vi intellectiva nimium contempta, ad internum quemdam motum appellant ut possint veritates religiosae, non obstante earum inintelligibilitate, a viris aetatis nostrae accipi. Huic motui seu fidei via paranda est dispositionibus subjectivis ; dogmata vero, quae hoc modo ex subconscientia emergunt, nihil docent, sed vim mere practicam habent. Ita Ed. Le Roy, etc. Haec doctrina condamnata est in Encycl. *Pascendi*.

Nota. Ab his prorsus distant ii apologetae qui docent argumenta fidei extrinseca non posse capi nisi ab eo in quo bona voluntas resideat. Ita, ut videtur, Blondel (1), Laberthonnière (2), etc. Caeterum, in hac re, distinguere oportet methodum, et rationes quibus defenditur methodus ; deinde semper mente tenendum est methodum immanentiae non esse doctrinam seu philosophiam immanentiae (3).

---

(1) *L'Action* (1893) ; — *Lettre sur les exigences de la pensée contemporaine en matière d'apologélique* (*Ann. de phil. chrét.*, 1896).

(2) *Essais de philosophie religieuse* (1905) : « Nous agissons en pensant et nous pensons en agissant. La pensée vient de la vie, et, bonne ou mauvaise, retourne à la vie pour la promouvoir dans un sens ou dans l'autre. Celui qui agit mal, pense mal, et pensant mal il agit mal encore. De même en est-il de celui qui agissant bien pense bien... » « Et si la bonne volonté, à cause des nécessités inhérentes à l'épreuve morale que nous avons à subir, n'est pas du premier coup une condition suffisante de la connaissance adéquate de l'être, néanmoins elle en est la condition essentielle et absolument requise. Sans elle, l'âme est dans les ténèbres ; avec elle, c'est la lumière qui rayonne du dedans. *Qui facit veritatem venit ad lucem.* » pp. 54-56.

(3) Chez les philosophes issus de Kant, l'objet de foi se forme dans la conscience : les *éléments présents* sont suggérés par des mouvements conscients (besoins, aspirations, mélancolie, nostalgie du divin, élans vers les sommets, l'*excelsius*, le « toujours plus grand, toujours plus beau ») et la croyance à la réalité de ces éléments représentés, c'est-à-dire l'attribution de l'*être* à ces éléments, vient aussi du dedans : la science le sait, et c'est pourquoi l'affirmation de cette réalité n'a aucune valeur de science. Mais la *foi* « transcende » la science ; elle atteint (i. e. affirme) avec certitude, avec une conviction inébranlable, une réalité que la science n'atteint pas. C'est une seconde source d'affirmation : là où la science ignore, la foi affirme ; là où la science laisse la page en blanc, n'ayant rien à dire, la foi écrit ses dogmes.

3° *Philosophi voluntaristae*, secundum quos intellectus humanus de rebus metaphysicis nihil potest assequi aliud quam cognitionem conjecturalem aut probabilem. Cor autem altius penetrat : et, sub motu cordis vel voluntatis, firmissime tenetur et proclamatur veritas. Tria igitur, in hac sententia, requiruntur ad fidem : *intellectus*, cui sua *affectus*, *voluntas* dubium excludens. Ita RENOUVIER, LEQUIER, PAYOT, aliique multi [1].

III. **Delimitatio thesis.** — 1. Non negamus magnas imo maximas esse partes voluntatis et elementorum ordinis affectivi in certitudinibus cum praeparandis tum producendis. Sed 2. negamus omnino factum ipsum certitudinis alicujus, quae oritur absque lumine intellectuali, sc. absque evidentia (directa vel indirecta) et quae firmissime tenetur ob rationes internas extra-intellectuales, posse haberi tanquam criterium veritatis. Et proinde negamus fideismo interno, voluntarismo, dogmatismo morali Kantiano locum legitimum esse in Criteriologia.

NOTA. Quantum distet fides, quam impugnat thesis, a fide quam praescribit Ecclesia catholica, nemo est qui non videat. Fides namque catholica est adhaesio intellectualis alicui propositioni praestita ob testimonium fide dignum. Talis fides non est (saltem *a*) aliquid nos vere docet de re in se : — *b*) justificationem intellectualem accipere potest, siquidem ultimo fundatur in aliqua evidentia immediata : — *c*) actum quo voluntas imperat assensum praebitori cognito intellectualis (cf. TH. XV).

DEMONSTRATIO

Fideismus (vel quocumque nomine appelletur doctrina quae criterium veritatis reponit in elemento aliquo subjectivo ordinis extra-intellectualis) duplici parte constat, sicut doctrinae in TH. XVII et XVIII refutatae, altera sc. *negativa*, altera vero *positiva*. Atqui neutra potest jure probari. Ergo.

(1) Cf. C. MERCIER, *Crit. gén.*, pp. 168 (7).

MINOR : *I^a pars.* — *Nequit probari pars negativa.*

Fideistae, voluntaristae, dogmatistae morales existimant imparem esse intellectum ut ordinem phaenomenalem (subjectivum) praetergrediatur, vel saltem ut egressum ex ordine subjectivo speculative justificet. Idque ex eo concludi putant quod 1° principium causalitatis extra conscientiae fines non liceat extendere ; — 2° quod necessitas et universalitas scientiae, vel nullo modo, vel formis *a priori* duntaxat explicari possit.

Atqui : — 1° principium causalitatis valorem absolutum habet, et proinde de omni ordine validum est, etiam de ordine extra-phaenomenali seu extra-subjectivo ; — 2° Vitari potest non tantum empirismus D. Hume, verum etiam rationalismus *a priori* G. Leibniz, quin incidendum sit in Criticismum Kantianum : i. e. explicari potest necessitas et universalitas judiciorum scientiae et simul eorum objectivitas. Cf. TH. XIII, XIV.

MINOR : *II^a pars.* — *Nequit probari pars positiva.*

Rejecta evidentia objecti, statuunt fideistae tanquam ultimum motivum asserendi *realitates in se* fidem aliquam caecam, quae est vel facultas sui generis (« ratio » pro Jacobi), vel instinctus (Reid), vel imperium categoricum (Kant) in quo tria « postulata » tanquam credenda involvuntur. Atqui hujusmodi fides caeca nequaquam quadrat cum natura intellectuali hominis. Ergo.

Minor probatur :

I. *Analysi cognitionis intellectualis.* — Homo ita est natura constitutus ut in affirmando duci velit solo objecto se manifestante (*in se* vel *in attestante*), sc. connexione manifesta subjecti cum praedicato. Homo judicans est homo videns et id quod videt exprimens. Ut analysi psychologica constat, ubi homo reflexione philosophica utens nexum inter terminos nullo modo videt, certitudinem suam statim cohibet et in statum dubii relabitur. Qui non videns nihilominus affirmat, ille temerarius reputatur, utpote irrationaliter seu contra naturam suam agens. Quod si magistro credit, fidei suae rationem manifestam possidere debet.

Ex. gr., supponatur judicium : *anima est immortalis.* Hoc judicium non habetur ut certum nisi *rationes* innotescant, quae ita sese excipiunt : anima est immortalis, *quia* est spiritus ; spiritus est, *quia* elicit actiones quae abstrahunt a materia ; elicit actiones quae abstrahunt a materia *quia* formas apprehendit absque singularitate, figura, quantitate determinata, etc. Si intellectus has *rationes* capit, easque claras autumat, assensum suum statim praestat ; secus, dubius haeret.

II. *Factis historicis.* — 1. Kant gloriatus est quod *postulatis rationis practicae* veritates morales firmiter stabilierit easque contra impugnationes rationis purae protexerit. Jamvero historia constat hasce veritates continuo impugnari ab hominibus qui nomen philosophorum habent.

2. Historia ostendit homines *rationi purae* potius obedientes esse quam *rationi practicae :* quo satis evincitur non posse homines aliunde quam in principiis *cognitis* vitae suae normam desumere. Dualismus, quem excogitavit Kant nemini confert eam satisfactionem intellectualem quam homines appetunt.

3. Religio in dictaminibus rationis practicae radicata, si qua existit, nihil aliud est quam nebulosa religiositas. « Hinc ejusmodi fides et religio forte ab hominibus tenerae indolis, vividae phantasiae et confusae mentis aliquamdiu sustentari potest, sed *non constanter*, cum intellectus mox illusiones perspiciat, multo minus ab hominibus jejunae indolis et clarae mentis (1). »

Scholion I^m^ : *Cur fides sentimentalis tantopere placeat.*

I. **Fides sentimentalis in genere** ideo placet hominibus nostri temporis : 1. quia hominis dignitatem tueri videtur, cum januam apertam religioni relinquat ; — 2. religio quae sic instituitur nemini potest esse molesta ; — 3. cum motus religiosi diversi sint pro diversis vel animis vel populis vel

(1) J. Donat, *Critica*, p. 148.

temporibus, diversitas religionis est omnino approbanda : omnis sc. religio est bona.

II. **Fides religiosa kantiana** his commodis superaddit explicationem religionis historicae per symbolismum. Operis E. KANT : *Religio intra limites nudae rationis* haec sunt praecipua capita : 1. *Religio quaevis* eatenus valet quatenus necessitatibus vitae moralis subservit ; eo tendere debet ut sensibilitatem submittat imperio rationis practicae seu legi morali. — 2. *Religio naturalis* nihil addit legi morali ; efficit solummodo ut dictamina moralia aestimentur tanquam divina. — 3. *Religio positiva* est complexus symbolorum quibus explicatur conflictus inter sensibilitatem et rationem practicam. Ex. gr., Christianismus tria magna *dogmata* continet cum aliquo *cultu*. Jamvero *peccatum originale* (1m dogma) est symbolum naturae ad malum inclinatae ; *redemptio per incarnationem Filii Dei* (2m dogma) est symbolum legis moralis : « *Filius Dei* » est idealis perfectio in observanda lege morali, quae, eo quod mente concipitur, in singulis « *caro* » fit ; *Ecclesia* (3m dogma) est coetus hominum conformiter ad legem moralem viventium. *Cultus* autem verus in virtute sola consistit. Caerimoniae cultuales fovendae sunt tanquam festa moralia aut symbola. Si adhibentur ad *gratiam* comparandam, ex oritur *magia, superstitio ;* ob eamdem rationem repudianda est *oratio impetratoria*, etc.

Ut ex dictis elucet, religio kantiana vix quidquam reale significat.

Scholion IIm : *Quid veri doctrinis Sentimentalium subjaceat.*

I. Magnus est influxus voluntatis (sc. affectivae partis in genere) in assensus nostros, isque legitimus. Cf. TH. III et XV. Verum est etiam eundum esse ad veritatem « cum anima sua tota » ; et ob actionem veritati conformatam infundi nova lumina : qui nunquam peccat contra lumen, is illuminationes ulteriores accipit (1).

(1) Cfr. CAI MERCIER, *op. cit.*, pp. 155, 177 sq.

II. Longe distat assensus « *notionalis* », quo tenemus Deum esse ob argumenta logice disposita, ab assensu « *reali* », quo facimus Deum quasi realiter nobis praesentem, ejus legem semper prae oculis habentes, eumque tanquam patrem considerantes. At, hujusmodi assensus realis, qui profecto ex bona voluntate procedit, nihil per se valeret nisi praecognitus esset Deus ut realiter existens (1).

III. Magnum quoque viget discrimen inter credere Deum *mente* et credere Deum *voluntate*, seu *credere in Deum*. Credere in Deum est *confidere in Deum*, seque suamque vitam totam in eum dirigere : qui actus essentialiter voluntarius est (2).

IV. Quod ad *experientiam vitalem* spectat, haec concedi possunt : — 1. Experimur quandoque vividissime proprium nostrum « nihilum », et rerum humanarum instabilitatem ; hoc autem nondum est apprehensio Dei, sed aliquid quod ad Deum cognoscendum ducit ; — 2. Felicitatem plenam appetimus, sc. objectum maxime bonum, maxime pulchrum, etc. Hac etiam via ad Deum trahimur ; — 3. Consideratio Dei ejusque perfectionum potest miros effectus excitare : reverentiae, amoris, devotionis, etc. ; sed tales affectus Deum jam cognitum praesupponunt, modo saltem confuso. Quodsi qui, e contra, Deum sibi incognitum putant, ii sensu doloris, desiderii, etc. nonnunquam moventur. Hoc etiam factum dici potest *apprehensio Dei*, *praesentia Dei*, eo sensu quod his motibus ad Deum quasi naturaliter impellimur.

Difficultates.

1. Notio fidei, quam thesis rejicit, est valde affinis notioni catholicae. Nam, secundum catholicos, fides est virtus quae infunditur in baptismo ; jamvero, talis fides nequit esse adhaesio intellectualis. — 2. Persuasiones religiosae

(1) Cf. Cl. Piat, *La croyance en Dieu*, 2e p., c. I, II, III.

(2) Cf. Laberthonnière, *op. cit.*, p. 76.

nequeunt ratione justificari : *a*) non a *rudibus, pueris*, etc. : reipsa credunt rudes ob motiva insufficientia ; — *b*) non a *cultis :* experientia constat homines maxime cultos, scrutantes fidei suae fundamenta, fidem perdidisse. — 3. Reipsa, viri culti, qui fidem servant, eam ex « generositate » retinent, et proinde ob motiva extra-intellectualia. — 4. In rebus fidei, ultima ratio movens est voluntas : « Homo credit *quia vult* » (S. Th.). Ergo ultimum motivum est ordinis affectivi. — 5. Distingui debent *motiva credibilitatis* et *motiva credendi ;* haec posteriora ex dispositionibus subjectivis proveniunt. — 6. Non desunt testimonia hominum confitentium se ad fidem adductos esse absque motivo cognito, sed motu quodam subito et irresistibili. cf. W. James, *L'Expérience religieuse*, passim. — 7. In thesi IV dictum est certitudines communes de Deo, etc. vi instinctiva oriri ; cur nunc idem negatur ?

Sommaire. — Rien ne saurait mieux résumer la présente thèse que le passage suivant du Cardinal Mercier :

« *Toutes les théories subjectivistes placent le* motif dernier *de la certitude ou, tout au moins, d'une partie des connaissances certaines dans une* di position affective *du sujet pensant. Ce sera, pour les uns, un impératif catégorique, la loi du devoir (Kant et les criticistes) ; pour les autres, une impulsion naturelle (le sens commun des Écossais), ou un sentiment spirituel (Geistesgefühl de Jacobi) ; pour d'autres encore, une croyance soit aveugle, irrésistible (Jouffroy), soit volontaire, libre (les néo-criticistes), ou bien une foi dictée par le besoin de trouver un objet aux aspirations les plus nobles de notre nature et un fondement à l'ordre social (Balfour, Brunetière, Mallock). Les représentants de ces différentes écoles suivent, on le voit, une même direction générale ; ils demandent non à l'*évidence objective, *mais à une disposition affective de l'âme, le dernier mot de la philosophie critique.*

Or, une disposition affective, quelle qu'elle soit, ne peut être le motif suprême de la certitude. En effet, cette disposition sera nécessairement ou aveugle ou éclairée. Si elle est aveugle, *il est impossible qu'elle suffise à un sujet doué du pouvoir de réfléchir. Sans doute, d'instinct, l'homme a confiance en ses tendances naturelles, et veut assurer la moralité, les conditions essentielles à la vie sociale et religieuse ; mais, capable de réflexion, il ne saurait se contenter d'une confiance instinctive ; il ne pourrait, en effet, dès qu'il est amené à se replier sur ses dispositions intérieures ne pas se demander pourquoi et comment elles sont, pourquoi et comment elles sont telles qu'elles sont. Supposé que ce replie-*

ment de l'âme sur elle-même ne mît pas au jour une raison plausible des lois irrésistibles de l'activité psychique, l'esprit humain n'échapperait pas, après réflexion, au doute universel du sceptique.

Si l'impulsion affective est éclairée, *en d'autres mots, si la raison la précède et la dirige, c'est qu'il y a à cette impulsion un motif d'ordre intellectuel, et sur ce motif s'appuiera alors, en dernière analyse, la certitude. — Donc le critère suprême de la certitude ne peut être purement subjectif ou psychologique. Un dogmatisme qui ne serait que subjectif serait en fait un scepticisme* (1). »

(1) *Crit. gén.*, p. 179 sq.

CAPUT V

PROBLEMA CRITERIOLOGICUM : VERITAS

Inter certitudines spontaneas, exploratum est eas esse *objectivas* quas, interveniente reflexione, constat in nobis formari sub influxu quodam extra-subjectivo, sc. sub actione objecti sese videndum praebentis. Quaerunt ulterius philosophi num ejusmodi certitudines sint etiam *verae*. Cum veritas vulgo intelligatur conformitas judicii cum rebus, inquiritur utrum existat talis conformitas, vel saltem utrum possit constare (Th. XX). Deinde, cum haec conformitas non sit absolute perfecta, dicendum erit num propterea veritas relativa sit et mutabilis (Th. XXI). Denique, quoniam crebro usu veniunt voces : veritas *metaphysica*, *physica*, *moralis*, explicandum erit quid his locutionibus subsit (Th. XXII).

THESIS XX[a]

Reflexione instituta, manifestum est in certitudine objectiva haberi conformitatem inter intellectum et res, atque ideo cum objectivitate conjungi veritatem.

Auctores

Praeter libros manuales, legi possunt : C[lis] Mercier, *Crit. gén.*, pp. 16-30 ; — Id., *Les Origines de la Psychologie contemporaine* [3] (1908), pp. 337-357 ; — Mgr. Sentroul, *L'Objet de la Métaphysique...* pp. 19-47 ; — Id., *La Vérité et le progrès du savoir* (*Rev. néo.-scol.*, 1911, pp. 212-230 ; 305-328) ; — A. D. Sertillanges, *Saint Thomas d'Aquin* (Alcan 1910), t. II, pp. 177 sqq. ; — Folghera, *Jugement et Vérité* (*Rev. Thomiste*, 1899, pp. 427, contra Mercier) ; — Mercier, *La notion de vérité* (*Rev. néo.-scol.*, 1899, contra Folghera) ; — Folghera, *La notion de la vérité* (*Rev. Thom.*, 1899, pp. 695 sqq.) ; — L. Roure, *Scolastiques et Modernistes* (*Études*, 1908, I, pp. 768 sqq).

Praenotanda

I. Scopus thesis.— E. Kant objectivitatem scientiae concedit *a*) eo sensu quod objectum (*phaenomenon*) functionibus mentalibus constructum eodem modo se habeat pro omnibus hominibus, *b*) eo sensu quod cognitioni humanae aliquid respondet extra subjectum, sc. *res in se* (*noumenon*), quae in judiciis formandis, materiam praestando, influat. Sed pro Kantio, res in se ad cognitionem refertur tanquam *causa excitans* tantum ; pro Scholasticis, e contra, ut vidimus, inter res in se et cognitionem intercedit relatio conformitatis, sc. cognitio, qua talis, non est mere factum internum sub excitatione rei in se productum, sed est repraesentatio rei in se. Hoc igitur non est denuo probandum, sed explicandum, quo clarius pateat objectivitatem certitudinis non re distingui ab ejus veritate.

II. Notiones nominales de veritate.

1° ***Definitio veritatis in genere.*** — Tria ab hominibus solent dici vera : *res* (*verus* panis, *verus* amicus, etc.) ; — *cognitiones* (vg. propositio : *extitit Napoleo* est *vera*) ; — *locutio*, seu complexus signorum. Sepositis elementis quibus differt veritas in hoc triplici casu, id commune manet atque ideo essentiale est quod veritas conformitatem quamdam importat rei cum aliquo intellectu.

Conformitas rei cum typo suo ideali in Deo (vel in mente humana, si agitur de se artificiosa) dicitur veritas *ontologica*. Conformitas judicii cum rebus, seu « *adaequatio intellectus et rei* » vocatur veritas *logica*, cui opponitur falsitas logica seu *error*. Tandem conformitas locutionis cum interna sententia loquentis vocatur veritas *moralis* ; rectius dicitur veracitas, eique opponitur *mendacium* (1).

2° ***Definitio veritatis logicae.*** — **A. Notio generalis.** — Veritas logica est *convenientia*, *conformitas*, *adaequatio* inter judicium mentis et rem judicio expressam. De qua notione tria sunt tenenda :

(1) Cf. S. Th. I. q. 14 a. 4 ad 3.

1. Convenientia de qua agitur non est convenientia secundum naturam physicam ; sed est convenientia quaedam *sui generis*, quae *intentionalis* vel *repraesentativa* dici solet (1).

2. Haec conformitas non talis est quae exhibeat omnes et singulas notas quibus res in se constituitur ; sufficit ut nota quae judicio exprimitur, sit in re. Ex hoc defectu concludi potest falsitas cognitionis nostrae *negativa* quidem, non vero *positiva* (2).

3. In judicio asseritur vel negatur identitas subjecti et praedicati ; quae identitas intelligenda est *objectiva*, ut aiunt, non *formalis*, i. e. eadem est res sub notione subjecti et sub notione praedicati sed aliter expressa. Ex. gr. *homo* est *animal rationale* = id quod est homo (*subjectum*) est etiam id quod est animal rationale (*praedicatum*), sed differt respectus (*ratio formalis*).

4. Uno verbo, conformitas de qua agitur *consistit in eo « quod intellectus dicit esse quod est vel non esse quod non est* (3).»

B. **Notio magis definita.** — Quid sit *adaequatio* notum est ; sed quaeritur quid sint termini *intellectus* et *res :*

I. ***Intellectus*** intelligitur « componens » aut « dividens », i. e. *judicans*. Nam neque in sensatione neque in simplici apprehensione latere potest sive veritas sive falsitas : ratio est quia in hujusmodi operationibus non dicitur aliquid de aliquo (4). Quod si nihilominus veritas simplici apprehen-

(1) Cf. Roure, *art. cit.*, p. 782.

(2) « L'intelligence n'atteint pas tout le vrai (ontologique) ; il reste toujours du vrai débordant sa prise ; mais ce qu'elle en saisit, elle le fait objet de connaissance sans le déformer. » *Ib.*, p. 291.

(3) S. Th., *C. Gent.* I, 5. — « Non exigitur ad veritatem intellectus, ut ipsum intelligere adaequetur rei, cum res interdum sit materialis, intelligere vero immateriale : sed illud quod intellectus intelligendo dicit et cognoscit, oportet esse rei aequatum, sc. *ut ita in re sit sicut intellectus dicit.* » *Ib.*, I, 59.

(4) Cf. S. Th., *de Ver.*, 1.10. « L'opération de l'esprit où se trouve la vérité ou l'erreur n'est point passivité mais action. Ainsi, de nos erreurs une puissance purement passive, comme le sens, ou même comme l'intellect simplement informé par le sens, ne saurait être tenue responsable. » Sertillanges, *l. cit.*

sioni tribuatur, id intelligendum est cum adverbio explicante : *dispositive, inchoative,* etc.

II. ***Res*** duplici sensu accipi potest :

Primo : « **res** » intelligitur (in actu exercito) *res in se,* quae est aut *possibilis,* aut *realiter existens* vel in me (*facta interna*) vel extra me (*facta externa*). Vg. in judicio *sol ardet* tribuo praedicatum *ardens* non conceptui solis quem mente gero, sed *soli in se,* i. e. in rerum natura existenti. — Ut cognoscatur conformitas haec mentis cum rebus in se, sufficit conscientia directa vel concomitans, qua homo, dum judicat (in actu exercito), conscius est se in judicio ferendo conformari realitati objectivae (1).

Secundo : « **res** » intelligitur non directe res in se, sed *res menti objecta,* quae quasi media poni debet inter judicium et rem in se. Nimirum, ut analysi cognitionis patet, non potest mens de re in se judicium ferre, nisi res in se sit menti praesens. Porro res in se fit menti praesens, primo sub conceptu aliquo vago, deinde sub conceptibus aliis quibus comprehensio rei constat. Inter hosce conceptus ejusdem rei apprehendit mens relationem vel identitatis vel diversitatis; qua visa, affirmat aut negat conceptuum identificationem. Judicium est *verum, si pronuntiat identicum esse id quod est identicum ; secus, est falsum.*(Relatio convenientiae inter duos conceptus objectivos dicitur technice *objectum formale judicii,* vel *verum ontologicum formaliter sumptum* (vel *verum objectivum*), vel tandem « *enuntiabile* (2). » Sed hoc parum refert).

---

(1) « Juger, c'est affirmer que le tout construit par l'esprit (synthèse du sujet et du prédicat) reproduit un tout indépendant de l'esprit (tout idéal ou tout réel). » FOLGHERA, *art. cit.*, p. 718.

(2) Il est regrettable que la terminologie ne soit pas encore fixée. Les formules de Mgr SENTROUL (*art. cit.* de la *Rev. néo.-scol.*) nous paraissent réaliser un appréciable progrès. Il définit la *vérité logique : la conformité d'un jugement avec une identité réelle* (p. 177), et le *jugement* lui-même : *une identification réelle* (p. 305). Il ajoute : « Nous voulons dire par là : le jugement (d'ordre idéal ou d'ordre existen-

Nos hunc secundum sensum, duce Cⁿ Mercier et cum discipulis ejus, omnino accipimus. Hinc *res*, cui judicium verum conformari dicitur, *est res menti praesens, prout in ea apparent notae quaedam objectivae inter quas intellectus enuntiare potest nexum quemdam logicum*. Quare VERITAS LOGICA recte definitur : *conformitas judicii cum aliqua identitate reali* (*vel objectiva*).

III. **Delimitatio thesis.** — Problema de *conformitate judicii* cum *re in se*, nullo interposito medio, est insolubile ; neque volumus illud sub hac forma solvere. Sub altera autem forma solvitur eadem analysi reflexiva qua supra probata est objectivitas judicii : eodem enim modo innotescit veritas et objectivitas.

---

tiel) déclare qu'une chose (intrinsèquement possible ou actuellement existante) et signifiée par le sujet (respectivement abstrait ou concret) est identique à la chose qui est signifiée par le prédicat. Soit, en exemple, un jugement d'ordre idéal. Dire : le triangle est une figure dans laquelle on peut toujours inscrire un cercle, c'est dire : soit un triangle réalisé dans le monde existant ; *ipso facto*, vous avez une figure non seulement triangulaire (comme disait déjà le sujet), mais encore douée de la propriété signalée par le prédicat. Soit un jugement d'ordre existentiel. Dire : ce cheval est vigoureux, c'est dire : il n'y a ici qu'un seul individu qui est à la fois ce cheval et cheval vigoureux. Ce n'est pas dire que, par conséquent, il ne pourrait s'empêcher ou cesser d'être vigoureux, c'est dire qu'il l'est. Quand il cessera de l'être, cet individu qui réalisera encore la notion de cheval, sera, cette fois, le même qui réalisera celle de vieux cheval. C'est en ce sens que le jugement est toujours une identification réelle. Nous préférons ce mot *réelle* au mot *objective* qui semble faire allusion à l'*objet formel* d'une connaissance, plutôt qu'à la réalité qu'elle signifie, et qui, en tout cas, semble plutôt restreint à l'identification propre aux jugements d'ordre idéal. » En note, le même auteur écrit : « Nous préférons aussi appeler les jugements qui ne sont pas d'ordre *idéal :* jugements d'ordre *existentiel*, plutôt que : d'ordre *réel*. Cette question de dénomination n'a pas d'ailleurs une importance capitale ; il suffit de s'entendre, comme suit : Tous les jugements sont des identifications *réelles ;* ils sont ou d'ordre *idéal* ou d'ordre *existentiel*. » pp. 305-306.

DEMONSTRATIO

Arg. Im (*generale*). — In certitudine objectiva (sc. in ea quae cunjuncta est cum evidentia objecti) intellectus judicans dicit esse id quod est vel non esse id quod non est ; aliis verbis, pronuntiat *rem quae subjecto exprimitur* esse identicam (vel non) cum *re quae praedicato exprimitur*. Atqui in hoc consistit veritas logica. Ergo in certitudine objectiva habetur veritas logica.

Major probata est in Th. XIII, XIV, XV. — Nempe homo, reflexione adhibita, conscius est a se tribui aut, e contra, renui praedicatum subjecto, prout praedicatum se videndum praebet tanquam connexum cum subjecto aut non — sive connexio haec patefiat *analysi*, sive *experientia*, sive *testimonio fide digno*. Aliis verbis : conscius est homo se, in judicando, ordini objectivo conformari, ita quidem ut nihil dicat nisi id quod est, sive ubi pronuntiat synthesim terminorum, sive ubi ipsorum realitatem asserit. — Ex. gr., quando judico : *corvus est niger*, mens mea cognoscit praedicato *niger* exhiberi eamdem rem quae subjecto *corvus* exhibetur.

Porro in judicio sic producto *implicite* apprehenditur et *exercite* affirmatur conformitas judicii cum re (cum identitate reali), in qua consistit veritas logica.

Nota. Veritas logica *explicite* cognoscitur et *signate* affirmatur quando haec ipsa conformitas est id de quo judicium fertur, vg. si dico : « cognitio mea est conformis rei cognitae. »

Arg. IIm (*magis explicitum*). — In certitudine objectiva habetur conformitas judicii, non immediate cum re in se, sed *proxime cum identitate reali duorum conceptuum sub quibus haec res se menti objicit*, et *ultimo cum re in se*, ubi judicium est ordinis existentialis. Atqui in hoc consistit veritas logica. Ergo.

Major : *Ia pars — proxime cum identitate reali...* — Hoc probatur ut supra in *Arg. I* : sc. mens pronuntiat relationem identitatis vel diversitatis praedicati cum subjecto secun-

dum exigentias subjecti *mentis praesentis*. Et in hoc immediate innotescit veritas judiciorum ordinis *idealis*.

Major : *II^a pars — ultimo cum re in se, ubi judicium est ordinis existentialis.* — Ut manifesta sit veritas judiciorum ordinis existentialis (in quibus asseritur cum *objectivitas synthesis* inter terminos tum *realitas concreta terminorum*), ostendi debet subjectum, cui praedicata tribuuntur,constitui aliqua realitate extra mentem existente ; et tunc praedicata, utpote cum subjecto identica, eamdem realitatem habebunt ac subjectum. Jamvero dictum est in Th. XIV qua ratione demonstretur realitas concreta subjecti.

Ex. gr. : judicium « *Hoc quod video est homo* » est verum si mens apprehendit 1. identitatem rei subjecto expressae (*hoc* (ens) *quod video*) cum re praedicato expressa (*homo*), 2. realitatem extra-mentalem subjecti (*hoc* (ens) *quod video*). In judiciis igitur ordinis existentialis conjunguntur subjectum et praedicatum in unitate ejusdem substrati, et sub ductu hujusce unitatis sese manifestantis. Cfr. Th. XIV.

Ergo, in certitudine objectiva, ut optime dicit Mgr Sentroul, semper habetur *conformitas judicii cum aliqua identitate reali*, sed haec potest esse tum ordinis *idealis* tum ordinis *existentialis*.

Arg. III^m (*negativum*). — Ratio difformitatis, si qua esset, proveniret vel ex eo quod res non attingitur tota, vel ex eo quod formis subjectivis indueretur. A. Neutra ratio valet. E.

Minor : *I^a pars* — Non valet *prima*. — Exinde sequitur difformitas negativa judicii, non positiva : sc. mens non dicit ea omnia quae in re insunt, sed id quod dicit de re existit in re.

Minor : *II^a pars* — Non valet *secunda*. — *a*) *Categoriae Kantianae* adinventae sunt ad scientiae necessitatem et universalitatem tuendam. Atqui ad scientiam tuendam adsunt alii modi qui magis quadrant cum factis indubiis ; *b*) *Formae sensibiles* (qualitates variae, spatium, tempus) *a priori*, si quae essent, ad sensationem pertinent, in qua nulla est veritas aut falsitas. Reflexione autem instituta et adducto principio causalitatis, certo concluditur his formis

fundamentum et causam proportionatam extra subjectum existere ; — *c*) Causalitas mentalis, quae in formandis conceptibus eisque conjungendis locum habet, non consistit in realitate effingenda, sed in ea inadaequatis conceptibus apprehendenda, qui conceptus secundum exigentias ontologicas ita inter se coordinantur ut possit rei definitio demum obtineri. Cfr. TH. XIV.

Corollarium

Ergo in judicio vero apprehenditur *res uti est in se*, non quidem absque ulla relatione cum subjecto cognoscente (qui sensus plane incongruus est), sed ut habens in se ea praedicata quae ei judicio tribuuntur.

Difficultates.

1. Statuta definitio veritatis non convenit cognitioni divinae. — 2. Dantur propositiones negativae verae ; nulla igitur est res cui intellectus adaequatur. (Resp. REMER, *op. cit.*, p. 138). — 3. Si veritas innotescit quando intellectus scit se judicare conformiter ad ordinem objectivum, sequitur in solo judicio reflexo dari veritatem. (Resp. *ib.*, p. 142). — 4. Sensus conformantur rebus extra existentibus ; nec tamen eas exhibent sicuti sunt. E. *a pari* intellectus. — 5. « On définit ordinairement la vérité : la conformité d'une idée à son objet. Par objet on entend une chose en soi, extérieure et hétérogène à la pensée, ou une essence intelligible. Si l'objet est une chose en soi, il reste à comprendre comment deux choses hétérogènes, une idée et une chose en soi, peuvent être semblables et conformes l'une à l'autre. » V. BROCHARD, *De l'erreur*, p. 97. cf. Resp. S. Th., *C. Gent.* I, 59. n. 6. — « De plus il est impossible de vérifier cette conformité. Comme l'objet n'existe pour nous que s'il est représenté dans la pensée, ce n'est jamais à l'objet lui-même, c'est à une représentation, une idée de l'objet que l'on compare l'idée dont on dit qu'elle est vraie ». ID., *ib.*

Sommaire. — « *On appelle vérité, dit M.* Dunan, *la conformité de nos jugements avec la réalité des choses. L'erreur est le contraire de la vérité* (1). » *Un jugement vrai signifie pour moi, comme pour le commun des mortels, que la* chose en soi *est ce que le jugement la dit être. Dans* « le soleil est brillant », *j'affirme que l'attribut* brillant *appartient non pas à mon concept mental, mais au* soleil en soi *hors de mon concept. Pour connaître pratiquement la vérité d'un jugement, il suffit que j'aie conscience de juger en me conformant au donné objectif.*

Ce n'est que par l'analyse, et donc par la réflexion, que l'on arrive à définir le mode *en même temps que la genèse de cette conformité du jugement avec la réalité des choses. Et l'on est ainsi amené à admettre un intermédiaire psychologique entre la synthèse mentale effectuée dans le jugement et la chose hors du jugement. La chose en soi, pour que je puisse porter sur elle un jugement quelconque doit être présente à mon esprit ; ne pouvant venir elle-même en moi; elle y vient par un substitut représentatif qui me la fait connaître. J'en prends d'abord une première vue, un premier concept. De la même chose il me faut un second concept soutenant un rapport d'appartenance avec le premier. L'esprit percevant ce rapport, voyant deux « indivisibles » convenir l'un à l'autre, prononce l'identification de l'identité. Le jugement est vrai s'il déclare identique ce qui est identique ; il est faux s'il déclare identique ce qui ne l'est pas. Le rapport entre deux idées d'une même chose constitue ce que l'on nomme l'*énonciable. *Prononcer en conformité avec l'énonciable, c'est dire* vrai ; *et se rendre compte de cela, c'est* connaître la vérité. *L'*énonciable mental *est l'intermédiaire psychologique obligé entre la chose en soi et la vérité logique qui est dans le jugement.*

Cette notion de la vérité logique, si souvent défendue par l'École de Louvain, est la seule qui cadre avec les thèses jusqu'ici exposées.

THESIS XXI[a]

Admitti nequit doctrina statuens veritatem non esse absolutam sed essentialiter relativam.

Auctores

Donat, *Critica*, pp. 56-61 ; — Mgr Sentroul, *La vérité et le progrès du savoir* (*Rev. néo-scol.*, 1911) ; — J. de Tonquédec, *La notion de vérité dans la « philosophie nouvelle » ;* — Leslie Walker, *L'Évolutionisme dans la théorie de la connaissance et de la vérité* (*Rev. de Phil.*, oct. 1911, pp. 417 sqq) ; — Dr Grasset, *Les limites de la*

(1) *Essais de philosophie générale*, p. 339.

Biologie » (Alcan 1906) ; — L. de Grandmaison, *L'élasticité des formules dogmatiques* (*Études*, 1898, III, pp. 341 sqq ; 478 sqq) ; — A. Gardeil, *La relativité des formules dogmatiques* (*Rev. Thom.*, 1903, pp. 633 sqq ; 1904, pp. 48 sqq) ; — M. de la Taille, *Quelques précisions sur la révélation et le dogme dans leurs rapports avec le progrès* (*Études*, 1904, IV, pp. 506 sqq) ; — Mgr Mignot, *L'Évolutionnisme religieux*, (dans l'*Église et la Critique*, Gabalda 1910, pp. 1-89) ; — Portalié, *L'Évolutionnisme religieux condamné par l'Église* (*Études*, 1907, III, pp. 393 sqq) ; etc.

I. Status quaestionis. — « Veritas » hic intelligitur vel propositio aliqua singularis vel complexus propositionum de aliquo ordine rerum (physico, metaphysico, ethico, religioso), quatenus conformitatem habent cum rebus. Quaeritur utrum hujusmodi veritas sit absoluta an relativa.

a) Veritas dicitur *absoluta*, si praedicato et subjecto iisdem manentibus, nexus inter utrumque ita fixus est ut non pendeat a personarum vel temporum adjunctis.

b) Veritas dicitur *relativa*, si praefatus nexus mutabilis est pro conditione personarum, temporum, regionum, etc.

II. Status sententiarum. — Doctrina statuens veritatem esse relativam (= Relativismus) nunc late dominatur (1) ; diversas tamen formas accipit, quae aliae ab aliis defenduntur.

1. ***Relativismus Agnosticus*** : Nihil cognitione attingitur nisi *relativum quid* : sc. objecta cognita sunt vel apparentiae vel effectus quae relationem habent cum aliqua re absoluta, ita tamen ut haec res absoluta (seu, ut aiunt *Absolutum*) prorsus incognita lateat. Ita *Positivistae* : Comte, Taine, Littré ; Angli : Hamilton, J. Stuart Mill, Herbert Spencer, Huxley, etc., etc.

2. ***Relativismus Kantianus*** : Objectum cognitum est essentialiter relativum, seu pendens in sua intima consti-

(1) « La marque la plus générale où je reconnais l'esprit nouveau c'est cette opinion partout répandue que la vérité a un caractère essentiellement relatif. » E. Caro, *L'Idée de Dieu*, p. 10.

tutione a formis subjectivis (1). Quare res non exhibetur ullo modo ut est in se, sed prout formis a priori constituitur. Hujusmodi formae seu leges mentis, docente Kantio, eaedem sunt pro omnibus hominibus atque hoc sensu objectum cognitum valorem universalem habet, saltem intra fines generis humani. Sed alia esset veritas, si aliae essent formae subjectivae.

3. ***Relativismus subjectivus :*** Veritas est relativa eo sensu quod a singulis subjectis pendet. « Homo est mensura omnium rerum » (*Protagoras — Schiller*), ita quidem ut non tantum habeatur veritas humana specifica, sed etiam individualis. Propositiones sunt verae pro eo qui eas affirmat, non pro aliis : nihil est verum in se, sed solummodo relate ad certum hominem. Ita, post J.-J. Rousseau (2), *Schola eclectica* in Gallia : V. Cousin (3), E. Saisset, P. Janet, J. Simon (4), etc. et « *psychologistae* » hodierni omnes, qui ad relativismum explicandum causas ordinis affectivi adducunt.

4. ***Relativismus evolutivus :*** (vel ***Evolutionismus doctrinalis***) *:* Veritas non est aliquid « factum », « fixum », sed continuo *fit* seu evolvitur ; idque non solum quia thesaurus veritatum crescit, aut quia paulatim corriguntur errores — quod nemo negat ; sed quia revera diversas, imo contra-

(1) « Le subjectivisme idéaliste de Kant est plus justement appelé relativisme. *Le monde extérieur existe, mais nous ne le connaissons qu'en fonction de nous-mêmes.* Telle serait assez justement, à notre avis, la formule brève du subjectivisme relativiste et, à sa façon, idéaliste. » Mgr Sentroul, *Rev. Thomiste*, 1907, p. 497.

(2) « Mes opinions les plus vraies sont peut être autant de mensonges, je puis être dans l'erreur : c'est la vérité pour moi. » *Émile* (éd. d'Amsterdam), t. III, p. 128.

(3) « L'erreur est la loi de notre nature, nous y sommes condamnés, et dans toutes nos idées il y a toujours une large part à faire à l'erreur. » *Études sur Pascal*, p. 28.

(4) « ... Rien n'est plus légitime que la résistance devant une vérité d'évidence et de démonstration. » *Rev. des Deux Mondes*, 15 août 1864, p. 959.

dictorias, formas induit, licet semper maneat vera pro singulis temporibus et personis.

Attamen ne nimia esset absurditas talis doctrinae, factum est ut Relativismus evolutivus ad res religiosas fere restringeretur. Haec, inter alia, statuuntur : — 1° Religio Christi et religio Mahometi, sapientia Epicuri et sapientia Martyrum nequeunt esse simul verae eodem tempore et in eadem regione ; eae sc. persuasiones duntaxat rectae sunt quae statui evolutionis generis humani, vel digniori ejus parti, respondeant ; idcirco variis saeculis adaptanda est veritas et quae cum ea conjuncta est religio. — 2° Evolutio veritatis, praesertim moralis et religiosae subditur legibus quibusdam internis (quae nondum distincte determinatae sunt, cum ante anglum Myers et americanum W. James phaenomena « subconscientiae » vix ulli examini subjecta fuerint) et legibus contagionis spiritualis : sc. hinc inde nascuntur « *heroes spiritus*, » vel *prophetae*, in quibus vita interior admodum activa, imo creatrix est et quorum munus « providentiale » est persuasiones generis humani formare et ad altiorem gradum promovere.

Hic *evolutionismus religiosus*, a Modernistis propugnatus (Sabatier, Tyrrell, Loisy (1), Le Roy, etc.), damnatus

(1) « Si l'on suppose que la vérité, en tant qu'accessible à l'intelligence humaine, est quelque chose d'absolu, que la révélation a eu ce caractère, et que le dogme y participe ; que ce n'est pas seulement l'objet de la connaissance qui est éternel et immuable en soi, mais la forme que cette connaissance a prise dans l'histoire humaine, les assertions du petit livre sont plus que téméraires, elles sont absurdes et impies. » A. Loisy, *Autour d'un petit livre*, p. 190. — Parlant de l'Encycl. *Pascendi* dans le *Hibbert Journal* (oct. 1908), F. C. Schiller dit qu'il y a dans le mouvement moderniste autre chose qu'un désir de plus grande liberté intellectuelle. Il y faut voir, dit-il, la lutte entre deux conceptions de la vérité. S'il existe une vérité absolue, une papauté infaillible est nécessaire, et, ce qu'on peut lui reprocher, c'est de restreindre son infaillibilité aux choses de la foi et des mœurs et de ne pas intervenir en philosophie et en histoire. Le Modernisme, c'est au contraire l'affirmation que la vérité absolue n'existe pas, et que, partant, il ne peut pas y avoir de dogmes qu'on puisse imposer comme absolument et définitivement vrais.

est Encycl. *Pascendi* et decreto *Lamentabili* (3 julii 1907) : « *Veritas non est immutabilis plus quam ipse homo, quippe quae cum ipso, in ipso et per ipsum evolvitur* » (Prop. 58).

Nota. Inter eos qui mutabilitatem veritatis proclamant, multi appellant praesertim ad perfectibilitatem hominis, qui, quo magis progreditur, eo melius res intelligit. Nihilominus non desunt qui ulterius procedentes, explicite asserant propositiones oppositas posse pro variis temporibus veras esse. Vide plura testimonia Germanorum apud Donat, *l. cit.*

Scholastici cum S. Thoma semper docuerunt existere veritatem absolutam et non tantum relativam.

III. **Delimitatio thesis.** — A. ***Veritas relativa.*** — Veritas multiplici sensu dici potest *relativa* : — 1. Cognitio eo perfectior est quo cognoscens magis perfectus est : sic, cognitio divina vel angelica praestat cognitioni humanae. — 2. Adaequatio seu conformitas cum rebus semper crescere potest, eo sensu quod intellectus plures notas subjecti apprehendit, earum valorem intimius penetrat, eas magis methodice et aptioribus formulis exprimit, etc. — 3. Nonnullae veritates aliquid relativi essentialiter continent : vg. qui doctus est inter ignaros fit ignarus inter doctiores ; leges vel institutiones humanae possunt esse utiles in aliqua regione vel aetate, et nocivae extra hanc regionem vel aetatem, quia mutata sunt rerum adjuncta. — 4. Veritas, licet absoluta sit, eo sensu relativa est quod influxum practicum exercet, qui varius est pro diversis temporibus. — 5. Imo veritas potest locum cedere falsitati, ubi sc. res quacum habebatur adaequatio desinit esse in quod est : vg. « *Petrus currit* » fit propositio falsa quando Petrus currens quiescit (1).

B. ***Veritas absoluta.*** — Thesis nostra haec docet : Veritas est *absoluta*, i. e. fieri nequit ut proposito aliqua, terminis iisdem manentibus, sit modo vera et modo falsa : vg. fieri nequit ut *theismus* sit hac aetate verus et alia aetate falsus. Aliis verbis, dantur praedicata quae subjecto conveniunt

(1) S. Th., *de Ver.* 1, 6.

absolute ; quare judicia quibus haec praedicata tribuuntur subjecto sunt *absolute vera ;* secus sunt *absolute falsa.*

DEMONSTRATIO

ASSERTIO Ia : Veritas nequit esse diversa pro diversis hominibus.

Probatur. Veritas logica tunc tantum existit quando synthesis mentalis inter subjectum et praedicatum, quae judicio fit, determinatur in intellectu ab eadem synthesi objectiva, a mente independente : sic enim habetur conformitas inter judicium et rem (cf. Th. XX). Atqui veritas quae ita obtinetur est absoluta. Ergo.

Minor : — Potest quidem accidere ut synthesis subjecti et praedicati objective existens, vel nullo modo, vel certe insufficienti modo innotescat intellectui ; sed nequit haec synthesis, *dum actu plane innotescit*, intellectum determinare *ad assensum affirmativum vel negativum pro diversis subjectis humanis.*

Etenim, ut ex principio rationis sufficientis luculenter constat, si haec synthesis existit et se manifestat, determinabitur necessario, et proinde pro omnibus hominibus, assensus *positivus ;* e contra, si haec synthesis non existit, et si haec non-existientia menti explorata est, determinabitur necessario assensus *negativus.* Si, synthesi sese manifestante, oriretur assensus negativus (vel vice versa), tunc haberetur aliquis effectus sine ratione sufficienti.

Nequit igitur veritas esse diversa pro diversis hominibus (1).

(1) « Considerandum est quod veritas ex diversitate personarum non variatur, unde cum aliquis veritatem loquitur, vinci non potest, cum quocumque disputet. » S. Th., *in Job, c.* XIII, *lect.* 2. — « Ce qui caractérise essentiellement la connaissance scientifique, c'est l'*impersonnalité*, ou, pour employer le langage classique, l'*objectivité*. Ces deux termes se complètent. Leur seule étymologie suffirait à définir la Science. Il n'y a Science que dans une conformité de

ASSERTIO II[a]: Veritas nequit esse diversa pro diversis temporibus.

PROBATUR. Veritas logica tunc tantum habetur quando judicium fertur secundum exigentias ontologicas subjecti. Atqui exigentiae subjecti sunt vel *absolutae*, et ideo immutabiles, vel *hypotheticae*, et ideo per se quidem mutabiles, ita tamen ut constet (1) has exigentias necessario conjunctas esse cum aliqua determinata conditione et (2) hanc conditionem esse hic et nunc adimpletam. Porro, *in priori casu*, judicium erit verum *absolute*, ideoque pro omnibus omnino temporibus ; *in secundo casu*, judicium erit verum *hypothetice*, ideoque pro omnibus temporibus in quibus adimpleta fuerit conditio.

EXPLICATUR :

1. *In judiciis ordinis idealis* (sive metaphysicis, sive mathematicis, sive physicis), praedicatum exigitur a natura ipsa subjecti, vg. *princip:a metaphysica :* idem nequit simul esse idem et non idem ; quidquid contingenter existit postulat causam, etc. ; — *leges mathematicae :* aequalia, aequalibus demptis, manent aequalia ; numerus cujus ultima nota est 0 vel 5, divisibilis est in quinque, etc. ; *leges physicae :* corpora cadunt versus centrum terrae cum velocitate crescente pro tempore ab inchoato casu elapso, etc. — Scientia *facta* eo differt a scientia *in fieri* quod propositiones continet, quarum valor est universalis, omnia pervadens tempora omnesque gradus civilisationis.

2. *In judiciis ordinis concreti* (vg. haec aqua est calida, coelum est serenum, etc.) praedicatum exigitur a subjecto *ex necessitate facti*, quae est aut facti *interni* aut facti

---

la pensée à l'objet, si exacte, si stricte, que cette pensée devienne identique dans tout esprit une fois mis en présence de cet objet, à travers et malgré toutes les différences de capacité et de goûts individuels. Le principe des vases communicants est le même pour un candidat au baccalauréat et pour un physicien de l'Institut. Le plus illustre des géomètres ne démontre pas l'égalité des triangles autrement qu'un élève de quatrième... » P. BOURGET, *Préface* aux *Limites de la Biologie* du D[r] GRASSET, p. IV.

externi, et quidem vel *praesentis* vel *praeteriti*. Ex. gr. *extitisse Socratem* erit semper verum ; nunc *aquam hanc esse calidam* est necessario verum, si talia sunt adjuncta ut calor in aqua sit sola ratio sufficiens impressionis caloris quam experior ubi manum in aquam immergo. Hujusmodi nexus inter impressionem subjectivam caloris et realitatem objectivam caloris idem in omni loco et tempore manebit.

Scholion I^{m} : *De Evolutione mentis humanae.*

Aliqua evolutio accidentalis concedi potest : — 1. Homines nostri temporis generatim *plura* cognoscunt, *melius* (i. e. vel facilius vel magis methodice in discendo) procedunt, etc. quam homines antiqui; — 2. *Aptius* (i. e. clarius et distinctius) et res exprimunt et sententias suas describunt quam antiquitus : sc. perficitur paulatim lingua et complexus signorum quibus homo sensa sua aliis manifestat; — 3. Novi aspectus rerum et uberior experientia, sive scientifica, sive historica, sive geographica, mentem apertiorem fecerunt eamque ad magis accuratam rerum aestimationem adduxerunt.

At, his concessis, manet mens essentialiter eadem quoad leges quibus in cogitando dirigitur : prima principia eadem sunt nunc quae fuerunt tempore Homeri ; idem est modus ratiocinandi, deducendi, inducendi, etc. Studia linguistica item ostendunt eadem esse elementa essentialia in omnibus linguis.

Scholion II^{m} : *De legibus physicis.*

Leges physicae vel sunt « modus constans quo corpora se gerunt in natura rerum », vel sunt « formulae quibus modus agendi vel se habendi rerum exprimitur ». Leges physicae posteriori sensu intellectae dicuntur etiam *leges scientiae*. Hujusmodi formulae continent vel *facta observata* compendiose expressa, vel *hypotheses* ad facta explicanda inductas.

Jamvero — l. *formula* respondet non realitati absolutae sed relativae, i.e. observatis factis ; observatio vero factorum fere semper inadaequata est, cum pendeat proxime ab instrumentis adhibitis et ultimo ab ipsa structura hominis ; — 2. *hypothesis* explicativa eatenus valet quatenus quadrat cum factis observatis, sed, ut dictum est, facta observata realitatem absolute sumptam non revelant.

Quare *leges scientiae* toto coelo distant a *legibus mathematicis* quae valorem absolutum habent (1).

Difficultates.

1. Evidentia est res relativa ; ergo et ipsa veritas. — 2. Id quod est mihi evidens mihi est verum ; sed fieri potest ut idem aliis hominibus innotescat ut falsum. — 3. Cognitio nostra est relativa, eo sensu quod eadem subjecta accipiunt diversa praedicata pro diversa conditione ejus qui judicat (2). — 4. S. Jacobus dicit : « Lingua est universitas malorum », Lacordaire vero : « La langue est le plus grand don que Dieu ait fait à l'homme, celui qui ressemble le plus au pouvoir créateur du Tout-puissant. » E. veritas est relativa. — 5. Pro incredulo panis post consecrationem manet panis ; pro catholico jam non est panis. — 6. Haec propositio : « Ecclesia habet jus comburendi haereticos » medio aevo fuit vera ; nunc autem est falsa. — 7. Item propositio : « Unus de Trinitate passus est » diversis temporibus fuit rejecta tanquam falsa et probata tanquam vera. — 8. Forma monarchica olim habita est ut omnium perfectissima ; nunc vero, cum animorum evolutione, praefertur generatim forma

(1) Cf. X, *Les Lois de la Science* (*Correspondant*, 25 sept. 1906, pp. 1041 sqq). — On lira avec fruit sur ces questions les articles de R. Marchal, *Symbolisme et liberté dans la science* (*Rev. de Phil.*, avril, mai, nov. 1911).

(2) « Pensez-vous que les vers de Catulle ou de Sapho rient à un vieillard avaricieux et rechigné, comme à un jeune homme vigoureux et ardent ? » Montaigne, *Essais*, l. II, c. 12.

democratica. — 9. Secundum proverbium, « de gustibus et coloribus non est disputandum », i. e. veritas est relativa.

Sommaire. — D'après Descartes, la vérité est ce que Dieu la fait ; si, de fait, la somme de 2 + 3 est égale à 5, la raison en est que Dieu l'a ainsi choisi. Cependant Descartes est intellectualiste. C'est que pour lui, l'esprit juge d'après les idées claires qui représentent les essences ; et ce sont ces essences qui dépendent de la volonté divine.

D'après un bon nombre de philosophes modernes, la vérité est relative à l'homme. Elle est ce que nous la faisons, et nous la faisons d'après nos facultés, nos inclinations, nos goûts, nos passions bonnes ou mauvaises. De plus cette vérité indéfiniment plastique évolue comme l'homme lui-même évolue. Même avec des formules identiques, nous ne pensons pas comme nos ancêtres ; et nos arrière-petits-neveux, non plus, ne penseront pas comme nous : le monde tourne, les goûts changent, tout change.

Cette théorie de la vérité relative et, comme dit M. Schiller, *« protagoréenne », se heurte à quelques faits d'évidence palpable. A la base de nos connaissances, il y a des vérités-principes, dont on ne voit pas à quelles époques elles ont changé. M.* Lévy-Bruhl (Les fonctions mentales dans les sociétés inférieures) *n'a point, quoi qu'il pense, montré que le principe de contradiction est inconnu des primitifs. Dans les premiers principes,* tout *esprit qui voit, et donc comprend, le sujet,* doit *voir également l'attribut que ce sujet ou comprend immédiatement, ou implique, ou exige. S'il s'agit des jugements d'ordre réel, il est des cas où tout homme, à quelque race qu'il appartienne, portera le même jugement, par exemple : la terre existe, il y a des plantes, des animaux, etc.*

Et maintenant, que le monde tourne, soit. Nous élargissons nos horizons ; nos explications des choses sont plus exactes, nous avons plus de données, de meilleures méthodes ; nous sommes plus savants et moins affirmatifs. L'expérience nous a rendus sages. Certaines mesures utiles jadis ne le sont plus ; elles sont usées, ou les circonstances ne sont pas les mêmes. Nous revenons sur nos idées premières : ce qui ne veut pas dire que la vérité se modifie avec nous. Ce qui est vrai une fois pour telles circonstances l'est toujours pour telles circonstances. S'il est utile au salut des âmes que l'Église puisse brûler les hérétiques, l'Église peut brûler les hérétiques. Cette proposition est toujours vraie ; mais elle est hypothétique.

THESIS XXII[a]

Spectato motivo proximo, triplex dici potest certitudo objectiva (I) ; sed spectato motivo adaequato, unica datur certitudo, sc. metaphysica, quae est tum absoluta tum hypothetica (II).

Auctores

1° Triplicem certitudinem tenent, inter alios innumeros : Tongiorgi, *Inst. phil.*, t. I, p. 407 ; — Schiffini, *Princ. phil.* ³, t. I, p. 175 ; — Remer, *Summa Prael.*, t. I, p. 158 ; — T. Pesch, *Inst. logic.*, t. II. p. 410 ; — Donat, *Critica*, p. 73 ; etc.

2° Unicam certitudinem tenent : Palmieri, *Critica*, Th. IX, p. 150 (nemo melius rem tractavit) ; — Van der Aa, *Logica* ³ (Louvain 1888), p. 46 ; — Lahousse, *Praelectiones Logicae et Ontologiae* ³ (Louvain 1898), pp. 127-135.

3° Mediam viam tenet : C. Frick, *Critica* ², pp. 147 sqq.

Praenotanda

I. **Status Quaestionis.** — 1. Inter certitudines spontaneas, de quibus quaesitum est utrum objectivae essent necne, aliae post peractam reflexionem evanescunt ; aliae vero perseverant. Quaeritur utrum certitudines perseverantes ad unam speciem pertineant, an plures species sint admittendae.

2. Non agitur de certitudine late dicta, seu *prudentiali*, quam sensu aequivoco *moralem* saepe appellant ; ea namque est *summa probabilitas* quae, mediantibus principiis reflexis, nobis ad prudenter agendum sufficit.

3. Agitur de certitudine stricte tali proindeque objectiva, seu de ea quae evidentia objecti determinatur et quae idcirco cum veritate necessario conjuncta est. — Quaeritur num hujusmodi certitudo dicenda sit triplex an unica, vel quo sensu triplex, quo sensu unica.

II. **Notiones praeviae.** — Tria praemitti debent :

1. ***De principio distinctionis.*** — Ratio distinguendi varias species certitudinum posset esse vel nexus inter certitudinem, seu propositionem certam, et rem assertam ; vel nexus inter subjectum et praedicatum propositionis certae. Sed *a*) certitudo, de qua inquirimus, utpote objectiva, i. e. ab objecto determinata, necessarium nexum habet cum objecto. Haec autem necessitas nexus semper eadem est : nam evidentia, qua talis, non differt. Ex hoc igitur capite desumi nequit ratio discrimen inter certitudines statuendi.

b) Nihil restat nisi ut principium distinctionis quaeratur in fundamento propter quod praedicatum convenit subjecto, seu in necessitate affirmandi alterum de altero. Si diversa sit haec necessitas, diversa pariter erit certitudo.

2. ***De triplici necessitate.*** — Jamvero, analysi facta certitudinum, triplex detegitur necessitas propositionis :

1ª. — Quandoque necessitas qua praedicatum convenit subjecto fundatur *in ipsis rerum essentiis*, a qua nulla dari potest exceptio, ne per divinam quidem omnipotentiam : vg. in circulo omnia puncta aequaliter distant a communi centro ; totum est majus sua parte. Tunc certitudo dicitur *metaphysica.*

2ª. — Quandoque necessitas qua praedicatum convenit subjecto fundatur *in legibus physicis* (sc. in modo constanti quo res agunt in mundo physico), a quibus nulla dari potest exceptio, nisi per miraculum a Deo patratum : vg. ignis urit lignum ; lapis sibi relictus cadit ; mortuus ad vitam non resurgit. Tunc certitudo dicitur *physica.*

3ª. — Quandoque necessitas convenientiae praedicati cum subjecto fundatur *in legibus psychologicis* (*moralibus*), i. e. in constanti modo agendi hominum, cui exceptio per libertatem humanam afferri potest, — raro tamen, quia talis exceptio pugnat cum inclinationibus naturae humanae : vg. parentes diligunt liberos suos ; nemo gratis mendax. Tunc certitudo dicitur *moralis.*

Nota. Triplici huic necessitati correspondet triplex impossibilitas, prout impossibile est praedicatum convenire subjecto ob essentiam subjecti, vel ob leges physicas aut morales.

3. ***De duplici necessitate metaphysica.*** — Ulteriori facta analysi, nova prodit distinctio :

1ª. — Quandoque necessitas convenientiae praedicati cum subjecto oritur *ex natura subjecti per se spectati*, i. e. abstractione facta a quacumque hypothesi : vg. totum est majus sua parte ; homo est animal rationale, etc. Certitudo metaphysica tunc dicitur *absoluta.*

2ª. — Quandoque necessitas convenientiae praedicati

cum subjecto non oritur ex natura subjecti per se spectati, sed *ex subjecto in determinatis adjunctis posito*, i. e. ex aliqua forma (dispositione, statu, etc.) quae contingenter subjecto inest : vg. Petrus movetur; haec aqua est calida, etc. Certitudo quae tunc habetur est metaphysica quidem, sed *hypothetica*. Nam *Petrum moveri* est metaphysice necessarium in hypothesi in qua currit ; item *aquam esse calidam* est metaphysice necessarium in ea hypothesi in qua thermometrum in ea immersum indicat 90° vel 100°.

Hinc in certitudine physica et morali, praedicatum convenit subjecto ob leges physicas aut morales, non autem ex natura ipsa subjecti. At, cum praefatae leges, quoad applicationem suam actualem, pendeant a multis conditionibus, inter quas recensendus est concursus liber Dei, et pro certitudine morali etiam libertas hominis, clarum est certitudinem sive physicam sive moralem esse per se hypotheticam tantum. Propterea nequit earum objectivitas certo constare nisi certo constiterit servatas esse vel fore conditiones aut physicas aut morales.

III. **Status sententiarum.** — Eminent sententiae sequentes :

1° Nonnulli Scholastici, triplicem certitudinem propugnantes, candide fatentur cum certitudine physica et morali posse revera, quamvis rarissime, conjungi errorem : vg. Tobias junior physice certus erat angelum Raphaelem esse hominem mortalem ; erravit materialiter, non formaliter ! — Haec sententia non est toleranda : notio certitudinis objectivae simul et erroneae est notio contradictoria. Certitudo Tobiae fuit spontanea, mere subjectiva, sc. falsa.

2° Alii concedunt certitudinem physicam et moralem ibi solum valere ubi constat excludi exceptionem legibus physicis et moralibus. At, inquiunt, ut constet exceptionem excludi, sufficit ut nulla innotescat ratio exceptionis vel suspicandi exceptionem. Tunc enim leges physicae et morales sunt firmae, atque idcirco jure sunt *fundamentum proximum* certitudinis. Cum autem principium distinguendae

certitudinis desumatur ex fundamento ejus *proximo*, triplex admitti debet certitudo essentialiter diversa : *metaphysica*, *physica*, *moralis*.

3° Alii, e contra, unicam certitudinem stricte talem agnoscunt, nempe *metaphysicam*. Quae vocantur physicae aut morales eatenus valent, quatenus in singulis casibus constat adimpletas esse conditiones ad actualitatem legis physicae aut moralis requisitas. Ut id constet, non sufficit ut nulla appareat ratio exceptionis — potest siquidem adesse quin appareat ; sed necesse est omnino ut evidenter innotescat exceptionem in certo casu penitus exclusam esse. Quod ibi dicendum est obtinere ubi exceptio, si qua esset, contradiceret alicui principio metaphysico (vg. principio causalitatis), vel alicui ex attributis divinis (vg. sapientiae, sanctitati, justitiae, etc.). Hoc si accidit, certitudo physica et moralis fiunt *reductive metaphysicae*, et ideo *stricte objectivae*, eo quod ultimo fundantur in principio metaphysice certo. — Ita P. Palmieri, *l. cit.*

4° Alii aliquid ex 2ª et 3ª sententia retinent : contendunt cum 2ª jure distingui triplicem certitudinem, *si spectetur motivum proximum certitudinis ;* cum 3ª vero contendunt objectivitatem certitudinis sive physicae sive moralis non constare nisi metaphysice certum sit (absolute aut hypothetice) nullam exceptionem fieri legibus physicis aut moralibus. — Haec sententia, quae vera nobis videtur, *quoad rem* non differt a sententia P. Palmieri.

IV. **Delimitatio thesis.** — *a*) Non loquimur de assensu quo constantia legis in genere affirmatur : haec enim potest esse essentialis (ad modum proprietatis) ; sed de assensu quo constantia legis in determinato casu asseritur : vg. *hic* ignis comburet *hoc* lignum ; *hic* defunctus non resurget ; *hic* lapis sibi relictus cadet.

b) Nec loquimur de propositione *conditionali* (vg. hic defunctus non resurget *nisi* miraculum fiat), sed de propositione *categorica* (hic defunctus non resurget).

DEMONSTRATIO

Ia PARS : Triplex dici potest certitudo.

Arg. Im (*positivum*). — Reipsa, ut experientia constat et propria et aliena, vix ullus homo timet, ex. gr., ne calamus quo utitur fiat subito serpens, ne cibus quem masticat dentibus in lapidem transformetur ; nemo dubitat quin lignum superpositum igni comburatur, quin id quod oculis videt sit revera id quod videt (quercus, bos, homo, etc.) ; nemo dubitat quin vir, cujus mors ab omnibus diariis publicis divulgatur, sit vere mortuus, etc. Nempe supradictis assensibus continetur certitudo stricte talis, non probabilitas quantumvis magna.

Atqui motivum *proximum* (non adaequatum, quandoquidem agitur ex hypothesi de certitudine stricte objectiva), cur in his aliisque casibus homines assensum certum praestent, desumitur ex constantia legum sive physicarum sive moralium. Ergo, spectato motivo proximo, praeter certitudinem *metaphysicam*, admitti potest certitudo *physica* et certitudo *moralis*.

Arg. IIm (*negativum*). — Ideo rejicienda esset triplex certitudo, quia reflexione instituta in assensus supra statutos, motivum earum proprium tolleretur et aliud ei substitueretur. Atqui hoc obtinere non constat. Ergo.

Minor : — Etenim, etiam postquam certitudo physica et moralis factae sunt *reductive metaphysicae*, motivum earum *proprium* (*proximum*) est ipsa et sola lex, sc. necessitas rei aut physica aut moralis. Principium metaphysicum quod invocatur efficit quidem ut constet hic et nunc permanentia legis ; sed non est aliud quam conditio requisita ut motivum sive physicum sive morale vim suam exercere possit. Cfr. Frick, *op. cit.*, n. 229, 2.

IIa PARS : Sola certitudo metaphysica est proprie objectiva.

Arg. — Certitudo proprie objectiva ea est quacum repugnat simpliciter conjungi errorem. Atqui cum sola cer-

titudine metaphysica repugnat simpliciter conjungi errorem (sive ea certitudo sit absoluta sive hypothetica). Ergo.

MAJOR : — Certitudo proprie objectiva ea est quae conjungitur cum evidentia objecti ; evidentia autem objecti est criterium veritatis.

MINOR, utpote propositio exclusiva, duas partes complectitur :

I^a p. : Certitudo metaphysica tollit possibilitatem errandi.

Certitudo metaphysica habetur quando praedicatum in judicio convenit subjecto, vel ex ejus essentia absolute spectata, vel ex aliqua forma hic et nunc subjecto inhaerente. Atqui, in priori casu, error seu possibilitas errandi excluditur *absolute*, in secundo excluditur *hypothetice*. Ergo.

II^a p. : Aliae certitudines non tollunt possibilitatem errandi.

Certitudo physica et moralis non excludunt possibilitatem errandi, nisi constet servatas vel servandas esse conditiones, ex quibus pendet constantia legis physicae aut moralis. Atqui *a*) id simpliciter constare nequit ex principio ordinis physici vel moralis (nam constantia legum in utroque ordine est *essentialiter* contingens), sed solummodo ex principio metaphysico, cui ipse Deus se subducere nequit — *b*) adducto principio metaphysico, certitudo sive physica sive moralis fit metaphysica hypothetice, sc. in hypothesi legis servatae, repugnat omnino possibilitas errandi. Ergo.

Corollaria

I. Ex thesi elucet solam metaphysicam certitudinem omnibus numeris perfectam esse, siquidem sola possidet motivum stricte et immediate sufficiens objectivitatis. Caeterae fundantur *proxime* quidem in constantia legis physicae vel moralis in genere, sed *ultimo* in principio metaphysico, quo innotescit has leges in determinatis adjunctis servari.

II. Hinc solvitur quoque quaestio utrum tres existant certitudines specie differentes, an una quae se habeat ad alias velut analogum princeps.

1° *Spectato fundamento proximo*, nihil vetat quominus tres dicantur species certitudinis ; nam necessitas connexionis praedicati cum subjecto essentialiter differt in certitudine metaphysica, physica, morali.

2° *Spectato fundamento adaequato* (qui aspectus quaestionis in Criteriologia praevalere debet), una tantum est certitudo, nempe metaphysica. Caeterae cum ea analogiam habent, eo sensu quod sicut certitudo metaphysica excludit errorem *in omni ordine* et proinde *absolute*, ita physica et moralis excludunt errorem *in suo ordine* (physico aut morali) et proinde *secundum quid*. Cf. C. Frick, *l. cit.*, n. 232.

Scholion I^m^ : *De reductione certitudinum.*

1° Certitudo *physica* de factis contingentibus *immediatis* fit metaphysica per connexionem facti cum aliqua conditione certo posita : vg. me existere, me dolere non est necessarium in se, sed posito facto conscientiae, sc. data intuitione, fieri nequit, ex essentia intuitionis, ut non existam, ut non doleam, etc. — Certitudo physica de factis *mediatis* fit per connexionem facti cum aliquo statu subjectivo immediate dato.

2° Certitudo *moralis* fit metaphysica quando objectum, quamvis assensum non cogat, eo modo apparet (in se aut in attestante) ut habeatur nexus necessarius inter hujusmodi manifestationem objecti et realitatem ipsam objecti. Ex eo autem quod error evidenter appareat exclusus, non statim sequitur certitudinem a nobis elici absque imperio voluntatis. Nam *a*) fieri potest ut evidentia exclusi erroris sit imperfecta, sc. talis ut dubium imprudens relinquat ; — *b*) etiam hac perfecta evidentia admissa, res testimonio tradita non fit in se visa, et proinde per se non cogit assensum ; — *c*) Attamen fieri potest ut assensus nequeat cohiberi, vg. ubi agitur de existentia Napoleonis, Americae, etc. Verum coactio non ex re ipsa provenit, sed ex eo quod voluntas in renuendo assensu nihil boni reperit (1).

(1) Ne pas confondre la *certitude morale*, dont il est ici question, et qui n'est pleinement garantie qu'à la condition d'être fortifiée par

Scholion II[m] : *De gradibus in certitudine subjectiva.*

Cum homines in assensu praestando generatim sistant in motivo *proximo*, certitudo subjectiva (quoad elementum positivum) majorem aut minorem firmitatem habet pro varia firmitate motivi proximi, i. e. pro varia necessitate connexionis praedicati cum subjecto. Adverte tamen hoc dici *caeteris paribus*. Caetera autem non semper paria sunt : fieri namque potest ut veritas moralis vividius convincat quam metaphysica. Certitudo vero mathematica, ob claritatem sui objecti, ob auxilium imaginationis et silentium passionum, quae veritatibus mathematicis non multum vexantur, inter certitudines metaphysicas primum locum occupat.

Difficultates.

1. Certitudines specie differunt quarum motivum specie differt. A. In certitudine metaphysica, physica et morali motivum specie differt. — R. d. maj. certitudines subjectivae, tr ; objectivae, sd. quorum motivum adaequatum.... c ; inadaequatum, n. — 2. Certum est, ex sensu communi, litteris casu projectis non effici Iliadem : at haec certitudo non potest dici metaphysica (1). R. Certum est certitudine morali i. e. *prudentiali* (sc. est maxime probabile), c ; certitudine stricte tali, n. — 3. Illud est certum quod talibus motivis firmatur ut oppositum sit *improbabile*, licet maneat *absolute possibile*. R. Hoc est certum certitudine *prudentiali*, c ; stricte tali, n. — 4. Sententia quam thesis defendit habet contra se omnes scholasticos : nam omnes Scholastici tenent tres dari certitudines. R. d. tres certitudines materialiter sumptas, seu tres ordines rerum, c ; formaliter

---

un motif d'ordre métaphysique, avec cette autre sorte de certitude que l'on appelle morale, parce qu'elle inclut un element volontaire, qui lui confère une valeur morale. Cette dernière, malgre son nom de *certitude morale*, peut être une certitude strictement metaphysique et absolue.

(1) Cf. Balmès, *Phil. fond.*, l. I, c. 32.

sumptas, seu ut judicia certa objective fundata, sd. spectato motivo *proximo*, tr. ; spectato motivo *adaequato*, n. « Scholastici enim tenent solam evidentiam objectivam esse ultimum motivum cujuslibet judicii certi ; jamvero evidentia stat in eo quod res apparet esse certo modo nec aliter esse posse, proindeque oppositum esse impossibile. Igitur dicendum est, scholasticorum judicio, actum non esse certum, nisi quando res apparet sic esse neque aliter esse posse. » Ita P. LAHOUSSE (1). Caeterum, si objectio historice staret, respondendum esset : « *Amicus Plato, sed magis amica veritas.* »

Sommaire.— L'on peut, si l'on y tient, compter trois sortes de certitudes (notez qu'il s'agit de certitudes contrôlées, fondées sur l'évidence, donc de certitudes objectives), parce que les motifs immédiats qui nous font attribuer les prédicats aux sujets sont pris de trois ordres différents (ordre des essences, des propriétés naturelles, des inclinations psychologiques).

*Mais ces motifs n'ont pas la même valeur critériologique. Critériologiquement parlant, il n'y a qu'*une *certitude : celle qui exclut l'erreur purement et simplement. La certitude dite* physique, *de soi, n'exclut l'erreur que dans l'ordre physique (si les lois physiques restent ce qu'elles sont), la certitude dite* morale, *de soi, ne l'exclut que dans l'ordre moral (si cet homme agit suivant la manière dont les hommes agissent généralement). Quand je demande si une chose est certaine, je demande si elle l'est purement et simplement, et non point si elle l'est dans tel ou tel ordre, vg. cette flamme chauffe-t-elle ? le soleil se lèvera-t-il demain ? etc. Toute réponse qui n'est pas catégorique reste dans les limites du probable. Et il n'y a que la certitude métaphysique qui permette une réponse catégorique.*

Exemple : Pour être assuré que le défunt porté actuellement au cimetière ne va pas ressusciter, il ne peut être suffisant d'invoquer la loi physique d'après laquelle les morts ne ressuscitent pas, *puisque cette loi n'est pas absolue et qu'elle peut subir des exceptions ; il faut encore qu'il soit avéré que, dans le cas présent, cette loi ne subira pas d'exception. De même, je ne suis pas sûr que* ce *morceau de phosphore va fondre à 45°, si je ne puis tabler et sur l'existence de la loi qui fixe à 45° le point de fusion du phosphore et sur l'assurance qu'il ne sera pas* hic et nunc *touché à cette loi.*

Comment savoir qu'il ne sera pas fait d'exception à la loi? — D'abord, souvent et même les trois quarts du temps, je n'en sais rien ; j'ai seule-

(1) *L. cit.*, p. 135.

ment une immense probabilité, une probabilité qu'on est convenu d'appeler certitude morale, *parce qu'elle permet aux hommes d'agir prudemment et donc moralement, parce qu'elle leur permet, par exemple, de confier un mort aux pompes funèbres, sans qu'il en rejaillisse sur eux aucune faute, grave ou légère. Pourtant, il est des cas où j'ai plus que celà, où j'ai une certitude stricte que la loi sera respectée. C'est lorsqu'une infraction à cette loi serait en contradiction flagrante avec un principe métaphysique absolu (comme est le principe de causalité ou de raison suffisante), ou avec quelqu'un des attributs de Dieu. Si, par exemple, Napoléon n'avait pas existé, les témoignages qui attestent son existence seraient des effets sans cause, car la raison suffisante n'en peut être que l'existence en chair et en os de Napoléon. Les faits sur lesquels repose la religion chrétienne sont, pour la même raison, métaphysiquement certains (avènement du Christ, son enseignement, sa mort, sa résurrection, etc.).*

— Mais, objecte-t-on, vous nous mesurez singulièrement la certitude.

— Je ne la mesure pas ; elle m'est mesurée, je la prends telle qu'elle est. Au surplus, n'ai-je pas, avec cela, tout ce qu'il faut pour résoudre les problèmes essentiels ?

CAPUT VI

DE CERTITUDINE ERRONEA

Certitudines, quas in statu cognitionis spontaneae possidemus (cf. C. I^{m}), possunt esse tum verae tum erroneae, i. e. tum conformes rebus tum difformes a rebus (cf. C. II^{m}). Inter utrasque nullum apparet prima fronte discrimen psychologicum, quo possint verae a falsis dignosci : eadem est enim firmitas adhaesionis in utroque casu. Ad detegendum discrimen, adhibenda est reflexio in judicium cum certitudine prolatum ; qua adhibita riteque peracta, vel manifestum est motivum adhaesionis firmae esse ipsam evidentiam objecti, vel id manifestum non est. Si primum accidit, certitudo est objectiva et vera ; si secundum, objectivitas non constat. Quod si assensus nihilominus praestetur, certitudo potest esse erronea ; et, si erronea non est, id mere fortuito contingit. Accidere quoque potest ut non-objectivitas certitudinis spontaneae reflectenti se prodat ; tunc deponitur certitudo, et mens aut incidit in dubium vel opinionem, aut ad certitudinem oppositam transit.

Caput praesens considerari potest ut consectarium ex thesibus antecedentibus immediate illatum, vel potius ut harum thesium expressio negativa ; hinc nihil novi docebit.

THESIS XXIII^{a}

Reflexione instituta, constat in certitudine erronea nullam haberi evidentiam objecti, neque directam, neque indirectam.

Auctores

Blanche. O. P., *Sur l'usage de l'évidence comme suprême critérium* (*Rev. Thomiste*, déc. 1903, pp. 507-520) ; — G. F. Stout, *Error*,

in opere *Personal Idealism* (ed. H. Sturt, London 1902), pp. 2-46 ; — P. Gény, *La nouvelle Critériologie* (*Études*, 20 janv. 1911) ; — V. Brochard, *de l'Erreur* ² (Alcan 1897) ; — É. Rabier, *Logique*, pp. 348 sqq. ; — Cᵃˡ Mercier, *Logique* ⁴, pp. 400 sqq. ; *Crit. gén.*, p. 247 sq. ; — Palmieri, *Critica*, th. xxiii , p. 118.

Praenotanda

I. **Definitio erroris.** — Error opponitur veritati : sicut veritas est conformitas positiva intellectus judicantis cum re (eo sensu qui definitus est), ita error est difformitas positiva intellectus et rei. Ibi error committitur ubi subjecto tribuitur praedicatum quod ei non convenit, vel subjecto denegatur praedicatum quod ei convenit.

Hinc : — *a*) error, sicut veritas, in solo judicio latere potest : sc. in apprehensione, sive sensibili (sensatio) sive intellectuali (idea vel conceptus), non potest ullus error irrepere, quia id quod mere apprehenditur non est *praedicatum*, i. e. ulli subjecto attributum. — *b*) error, non secus ac veritas, potest esse tum *ordinis idealis*, tum *ordinis realis*, prout subjecto (abstracto aut concreto) tribuitur aut praedicatum quod ei non convenit, aut actualitas existentiae quam non habet.

II. **Elementa essentialia erroris.** — Ad errorem tria sunt elementa necessaria : 1. *Judicium*, sc. subjectum, praedicatum et synthesis mentalis utriusque ; — 2. *Firmitas judicii*, qua scilicet affirmatur vel negatur sine formidine errandi ; — 3. *Difformitas positiva* judicii firmiter prolati cum re. — Si duo priora elementa adsint, praeter tertium, error dicitur *formalis ;* si secundum desit, error dicitur *materialis :* vg. in judicio opinativo, cum pronuntietur synthesis judicialis absque firmitate, si error adsit, falsitas erit materialis, non formalis.

Nota. — Error tunc etiam dicitur *materialis*, quando errans in hujusmodi conditione est ut (ob defectum facultatis suae) nequeat distinguere inter *rem ut est in se* et *rem ut apparet*. Quod accidit in amentibus et infantibus, qui rebus prout apparent tribuunt realitatem in se, nullo facto discrimine inter *apparentiam rei* et *realitatem*

rei apparentis (= *Realismus naturalis et maxime ingenuus*), vg. pro infantibus sol *est* bipedalis, baculus in aqua semimersus *est* fractus, etc. Hinc error *formalis* supponit in errante facultatem satis evolutam et expeditam ad agendum conformiter suae naturae.

III. **Difformitas judicii erronei.** — In judicio, in quo latere potest error, distinguendum est *objectum materiale*, sc. subjectum judicii prouti est in se, cum omnibus notis quae ei insunt, — et *objectum formale*, sc. idem subjectum, prout se manifestat sub aliqua nota determinata : vg. in judicio : *Filius Dei est creatura*, objectum *materiale* est *Filius Dei*, spectatus ut est in se, sc. *Deus, creator*, etc. ; objectum *formale* est idem *Filius* prout in eo apparet *natura humana*. Si judicium fertur conformiter objecto formali, verum est ; secus est falsum (1).

IV. **Adversarii.** — Adversantur thesi omnes philosophi qui rejiciunt evidentiam tanquam criterium veritatis : 1° *Probabilistae* (vg. RABIER, BROCHARD, aliique) qui docent cum evidentia posse conjungi errorem : dantur enim — inquiunt — evidentiae fucatae atque mendaces. Attamen, stante evidentia, saltem in quibusdam adjunctis, habetur praesumptio aliqua veritatis, seu probabilitas, quae hominibus ad agendum sufficit ; — 2° *Psychologistae* (cf. TH. XI) qui docent evidentiam esse factum ordinis psychologici judiciis quibusdam accedens, quod generatim connexionem naturalem habet cum vitae commodis aut necessariis ; — 3° *Fideistae, traditionalistae, sentimentalistae*, etc. qui evidentiam objecti respuentes, tanquam per se fallacem, ad aliud criterium appelant, sc. ad fidem *externam* (seu revelationem), ad traditionem, ad sensum communem, ad fidem *internam* (sc. motum *sui generis*, instinctivum, voluntarium, affectivum, etc.).

Pro his omnibus, judicium evidens potest esse erroneum. Porro hujusmodi assertum thesis praesens rejicit.

(1) Cf. DONAT, *Critica*, pp. 33 sq.

DEMONSTRATIO

Arg. : Judicia certa, in quibus habetur evidentia objecti (directa aut indirecta), sunt tum judicia scientiae, tum judicia fidei. Atqui in nullo ex his judiciis irrepere potest error. Ergo in nullo judicio, in quo habetur evidentia objecti (directa aut indirecta) potest inveniri error ; — et proinde, ubi error ibi nulla est evidentia objecti.

MAJOR. Cfr. TH. XIII, XIV, XV.

MINOR. Cfr. eaedem theses quae breviter hic recoli possunt.

I. De judiciis scientiae. — Haec sunt duplicis generis :

A. ***Ordinis idealis.*** — In judiciis ordinis idealis evidentia objecti in eo sita est quod praedicatum se videndum praebet (immediate vel mediate) tanquam necessario inclusum in subjecto, ita quidem ut praedicatum et subjectum sint eadem res menti praesens, licet sub diverso respectu. Nimirum judicia evidentia ordinis idealis sunt principia per se nota, vel judicia quae in principia per se nota resolvi possunt et quae ultimo fundantur in principio identitatis : A = A. Atqui in hoc casu nunquam potest esse error, seu necessario habetur conformitas judicii cum rebus ; — et proinde, ubi est error, ibi nunquam potest esse evidentia objecti. Cf. S. TH., *de Ver.*, 1, 12.

B. ***Ordinis realis.*** — In judiciis ordinis realis evidentia objecti in eo consistit quod *a*) praedicatum innotescit immediate tanquam materialiter contentum in datis sensuum ; et *b*) quod data sensuum innotescunt (immediate aut mediate) tanquam objectivitatem realem habentia. Atqui in hoc casu nunquam potest esse error, sed necessario existit conformitas judicii cum rebus ; — et proinde ubicumque est error, ibi nulla est evidentia objecti.

Exemplum. In judicio : « Baculus in aqua semimersus est fractus », duo sunt contenta 1) : baculus semimersus existit 2) est fractus. Porro praedicatum *fractus* non continetur evidenter in subjecto *baculus semimersus ;* nam

fractio realis baculi in aqua non est unica ratio sufficiens *apparentiae fractionis* quam oculis apprehendo. Quapropter judicium praefatum est erroneum, quia in eo affirmatur *aliquid quod non videtur ;* aliis verbis, quia non est innixum in evidentia objecti (1).

II. **De judiciis fidei.** — Haec etiam sunt duplicis generis :

A. *Fidei late dictae.* — In his judiciis evidentia objecti in eo consistit quod objectum videatur in se, et quidem cum ea perspicuitate quae tollat omne dubium prudens, sed non omne dubium imprudens.

B. *Fidei stricte dictae.* — Evidentia objecti tunc consistit in eo quod objectum innotescat in attestante tali modo ut inter testimonium et rem testimonio traditam intercedat nexus necessarius, et proinde omne dubium prudens sit exclusum.

Atqui neque in *primo* neque in *altero* casu potest esse error, sed habetur necessario conformitas judicii cum rebus ; — et proinde, ubicumque latet error ibi nulla est evidentia objecti. Cfr. Th. XV.

Difficultates.

1. In computationibus mathematicis saepe accidit ut habeatur evidentia rectitudinis in computando, cum tamen non sit. — 2. Aliqui philosophi evidentiam habent circa existentiam formalem colorum et aliarum qualitatum sensibilium. — 3. Olim, evidens erat omnibus solem rotare circa terram. — 4. Evidens pariter erat antipodes esse impossibiles. — 5. Pagano, qui inveniret hostiam consecratam in via publica, evidens esset hanc hostiam esse panem. — 6. Tobiae evidens fuit Raphaelem angelum esse hominem sicut caeteri mortales. Saepissime igitur accidit ut cum evidentia conjungatur error. — 7. Insuper, admissa thesi, mens humana dicenda esset per se infallibilis ; sed solus Deus est infallibilis.

---

(1) Cf. Blanche, *art. cit.*

Sommaire. — L'évidence et l'erreur ne vont pas ensemble : l'une exclut l'autre. Tout ce qui est évident est vrai ; tout ce qui est faux est inévident. Les faits d'expérience qui paraissent, au premier abord, démentir cette assertion appartiennent surtout à l'ordre de la perception sensible. Une page du P. Blanche *va nous expliquer ce qui est évident et ce qui n'est pas évident dans les erreurs des sens.*

« *L'enfant a jugé* « *voilà un bâton brisé* » *et il a jugé en ce sens uniquement parce qu'il a* vu. *Il semble donc impossible d'échapper à cette conclusion : c'est l'évidence qui est cause de l'erreur. Cependant, en y regardant de très près, la conclusion s'impose-t-elle avec tant de rigueur ? Qu'est-ce qui est faux, et qu'est-ce qui est évident dans l'affirmation de l'enfant ? Ce qui est faux, c'est que le bâton* soit *brisé ; ce qui est évident, c'est l'*apparence *du bâton brisé, c'est-à-dire la déviation des rayons lumineux, et cette apparence est* vraie. *Le sens de la vue a fidèlement reproduit l'ensemble des actions exercées sur lui par le bâton et le milieu ou ce bâton est placé ; l'évidence qui jaillit de cette sensation n'est donc pas trompeuse en elle-même. Bien plus, si la vue montrait à l'enfant le bâton resté droit dans l'eau, loin d'être un rapporteur fidèle, c'est alors qu'elle serait mensongère. Ainsi l'évidence ne porte pas sur une représentation fausse du phénomène, mais sur une représentation vraie ; par conséquent, même dans ce cas, l'évidence est la marque du vrai. Cependant, le jugement est faux. Mais pourquoi est-il faux ? Parce que l'intelligence ne* constate *pas seulement, elle* interprète, *et elle interprète mal les données sensibles. Au lieu de dire : ce bâton plongé dans l'eau* apparaît *brisé, ce qui serait un jugement vrai et parfaitement adapté à l'évidence présente, elle affirme : ce bâton* est *brisé. Le jugement qui, ainsi formulé, est faux, s'appuie-t-il sur une évidence ? Nullement, et il n'y a, en fait, aucun élément réel qui justifie directement une telle affirmation. Loin de reposer sur une* évidence, *cette affirmation ne repose que sur une* obscurité, *une* ignorance, *l'ignorance du pouvoir réfringent de l'eau. Donc, ce n'est pas ce qui se manifeste, ce n'est pas l'évidence qui cause ici l'erreur, au moins directement, elle vient, au contraire, de ce qui n'apparaît pas, de l'élément réel qui manque d'évidence. Avertissez l'enfant du phénomène de la réfraction, dites-lui que c'est l'eau qui donne cette apparence, et s'il n'est pas capable de rétablir la vérité, du moins suspendra-t-il son jugement et l'erreur sera évitée* (1). »

THESIS XXIV[a]

Nullus error est intellectui humano absolute necessarius (I) sed ejus causa semper in aliqua affectione magis minusve voluntaria residet (II).

(1) *Art. cit.*, p. 509-510.

Auctores

C. MERCIER, *Logique* ⁶, pp. 400-403; — St. HARENT, *Dict. de Théol. cath.*, art. *Croyance*; — B. LAHAYE, *Dict. des syn. de la langue française* ⁶, Introd., pp. LXXIII sqq; — PALMIERI, *Critica*, TH. XXIII, p. 218, — TONCIOROI, *Inst. phil.*, t. I, p. 709, — quibus addi possunt innumeri libri manuales.

Praenotanda

I. **Notiones.** — *a)* Error dicitur *absolute* necessarius, si nulla diligentia, nulla reflexione quantumvis protracta et methodica praecaveri potest. Talis igitur error proveniret ab ipsa mentis physica constitutione; quare dicitur etiam *physice* necessarius: — *b)* Error dicitur *moraliter* necessarius, si potest quidem praecaveri, sed cum tantis difficultatibus, ut reipsa, datis hominum moribus, non praecaveatur. Nimirum habet homo potentiam physicam vitandi errorem; sed ea, ob obstacula multiplicia quae superanda essent, aegre prorumpit in actum.

II. **Delimitatio thesis.** — Tria notari oportet:

1. Agitur de necessitate *physica* errandi: ultro concedimus errorem quandoque esse homini moraliter necessarium.

2. Agitur de *intellectu humano in statu suo normali constituto*. Quapropter a certitudine erronea de qua in thesi distinguenda est: *a) certitudo pathologica*, qua *insanientes* certum habent se esse vg. piscem, vel imperatorem Bythiniae, vel aliquem ex sanctis canonizatis, etc.; vel qua *hallucinantes* firmiter tenent se videre aut audire extra se aliquid quod nullo modo existit; — *b) certitudo infantilis*, quam infantes acquirunt ducti meris apparentiis vel inductione imperfecta. — In his aliisque casibus similibus, facultas reflectendi non est expedita ad agendum; et error, qui tunc committitur, est physice necessarius. Cum enim mens, reflexionis incapax, discernere nequeat inter *rem in se* (quae non videtur) et *apparentiam rei* (quae sola videtur), judicium ejus quasi fortuito profertur, et potest esse tum

verum tum falsum — idque ex eadem necessitate physica. Attamen error, qui in hujusmodi adjunctis vitari nequit, non solet dici *per se necessarius ;* nam necessarium non est facultati ut sit in tali statu in quo reflexio sit impedita : hic status contradicit naturae. Cfr. PALMIERI, *l. cit.*, p. 221.

3. Non agitur de certitudine erronea *prout est actus elicitus ab intellectu :* nam sic intellecta est actus physice necessarius, siquidem intellectus non est facultas libera ; sed de certitudine prout est determinata ab aliqua causa vel motivo. Actus scilicet intellectus participat libertatem vel necessitatem causae suae determinantis, sive haec causa sit objectum ipsum sive sit voluntas. — Thesis hoc asserit : *assensus in sua causa determinante necessarius nequit esse erroneus, et vice versa.*

DEMONSTRATIO

Ia PARS : Nullus error est absolute necessarius.

Arg. Im (*positivum*). — Ut ex analysi introspectiva notum est (cf. TH. III), assensus intellectualis necessario elicitur in quadruplici casu : 1° ubi asseritur realitas immediate apprehensa, sc. facta conscientiae : τὸ Ego videns, audiens, loquens, etc. ; — 2° ubi agitur de notionibus abstractis quarum identitas vel non-identitas immediate innotescit, i. e. de principiis per se notis, vg. *idem nequit simul esse idem et non idem, totum est majus sua parte*, etc. ; — 3° ubi agitur de conclusionibus, quae ex praemissis evidentibus manifesto fluunt, uti fit in syllogismo recto, in quo « positis duabus propositionibus *necesse est* tertiam poni ex eo ipso quod duae priores fuerunt positae » ; — 4° ubi agitur de re testimonio tradita, quando auctoritas testis tam perspicua est ut in denegando assensu voluntas nihil boni reperiat (1).

(1) Cette majeure est de saint Thomas ; d'après lui, en effet, les jugements nécessaires sont les suivants : 1. *Judicia sensitivae par-*

Atqui in his casibus assensus necessario elicitus est verus seu conformis rebus, ut patet ex justificatione instituta in thesibus XIII, XIV, XV. Ergo, cum assensus necessarii semper sint veri, immediata illatione sequitur assensus erroneos nunquam esse necessarios.

Arg. II^m (*negativum*). — Si quis attenderit ad varios modos quibus reipsa committitur error, is perspiciet errorem nunquam esse physice necessarium. Distinguamus judicia *concreta* et judicia *abstracta*.

A. *In judiciis concretis*, error potissimum committitur « 1° quia mens magis affirmat quam videt : ut cum duorum eumdem colorem habentium eadem affirmatur esse natura; — 2° vel quia proprietates, quae pertinent ad objectum *ut apparet*, referuntur ad objectum *ut est in se*, quando nulla datur ratio cur ita fiat. Etenim cum objectum non semper se habeat uti apparet, saepe fit ut idea objecti apparentis,

---

tis ; — 2. Prima principia per se nota ; — 3. Conclusiones quae resolvuntur in principia per se nota ; — 4. Assensus fidei coactae.

« Potest intellectus noster considerari *uno modo* secundum se : et sic determinatur ex praesentia intelligibilis... et hoc quidem contingit in his quae statim lumine intellectus agentis intelligibilia fiunt, sicut sunt *prima principia*... et similiter determinatur *judicium sensitivae partis* ex hoc quod sensibile subjacet sensui, quorum principalior et certior est visus ; et ideo praedicta cognitio intellectus vocatur *visio*.

Alio modo potest considerari intellectus noster secundum ordinem ad rationem, quae ad intellectum terminatur, dum *resolvendo conclusiones in principia per se nota earum certitudinem efficit*, et hic est assensus *scientiae*.

Tertio modo consideratur intellectus in ordine ad voluntatem quae quidem omnes vires animae ad actus suos movet ; et per hoc determinatur assensus *fidei* ». in *III Dist.* 23, q. 2. a. 2.

« Vident (daemones) multa manifesta indicia, ex quibus percipiunt doctrinam Ecclesiae ex Deo esse, quamvis ipsi res ipsas quas Ecclesia docet non videant, puta Deum esse trinum et unum, vel aliquod hujusmodi. » 2-2, q. 5, a. 2. « ... fides eorum est quodammodo *coacta* ex signorum evidentia » (*ad* 1) « ... *coguntur* ad credendum ex perspicacitate naturalis intellectus » (*ad* 2). Cf. *I Anal. Post.*, l. 19; I. q. 82, a. 2 ; 1-2 q. 17, a. 1 et 3 ad 1 ; q. 13, a. 1, etc.

relate ad objectum ut est in se évadat positive difformis. Id accideret vg. in eo qui judicaret ramum in aqua mersum *esse* fractum, licet verum omnino sit ramum fractum *apparere ;* — 3° vel quia mens aliquid de objecto negat hac una innixa ratione quod illud in eo non videat (1). »

B. ***In judiciis abstractis,*** error praecipue incurritur : 1° Quia habetur aliqua confusio (seu *inevidentia*) in *terminis*, vg. in numeris symbolicis, ut si dico $7 + 5 = 11$; vel in ideis compositis, ut « motus perpetuus » : nam concipitur quidem *motus* et deinde *perpetuus*, sed non concipitur *motus perpetuus*, quod est « pseudo-conceptus ». etc. — 2° quia confusio latet in *propositione*, vg. identitas subjecti et praedicati potest esse mere apparens, ut si dico : *In homine animalitas et rationalitas habent definitiones diversas.* Atqui, ubi definitiones sunt diversae, ibi realitates ipsae sunt diversae. — 3° Quia confusio vel ignorantia subjacet in *ratiocinio*, vg. propositio : *motus perpetuus est possibilis* non est immediate evidens; admittitur autem ob ratiocinium latens : « non video contradictionem inter *motum* et *perpetuum*. Ergo nulla est. » Item propositio : *Antipodes sunt impossibiles* involvit latentem ignorantiam de existentia attractionis terrestris, etc.

Atqui in his aliisque erroribus, judicium elicitur quidem ab intellectu, sed non ab intellectu vi necessaria moto. Etenim, ut pluries dictum est, tunc tantum intellectus necessario movetur ad judicandum cum evidenter *videt* rem ita esse sicut judicat ut aliter esse nequeat. Sed, ut patet, in his adjunctis, nullus subrepere potest error. Ergo.

IIa PARS : Causa errandi in voluntate ultimo residet.

Homo, ut quisque in seipso experiri potest, non est natura sua determinatus ad judicandum, siquidem modo judicat et modo non, modo affirmando et modo negando. Quare,

(1) Nicolaus Russo, S. J., *Summa Philosophica* (Boston 1885), p. 72.

ut judicet, et quidem hoc potiusquam alio modo, requiritur aliqua causa eum determinans (i. e. *motivum*). Porro causa determinans debet esse vel *objectiva*, sc. objectum evidens, vel *subjectiva* : non datur tertium. Sed judicium erroneum non determinatur objective : secus non esset erroneum. Restat igitur ut determinetur subjective.

Determinatio vero subjectiva provenire nequit ab intellectu : intellectus enim est facultas passiva, determinatione indigens, qua accepta, necessario agit ; ergo provenit a voluntate seu ab aliqua affectione magis minusve voluntaria. Aliis verbis, quaecumque excogitentur causae errandi ex parte intellectus (vg. confusio idearum, ignorantia latens, etc.), objectum judicii, seu nexus inter subjectum et praedicatum, nequaquam potest his causis fieri evidens, nec proinde potest intellectum ad judicium ferendum movere. Ex. gr. nexus inter *sol* et *rotans circa terram* numquam fiet evidens, atque ideo affirmari nequit nisi sub motione directa voluntatis (1).

Corollarium

Ergo nulli homini adulto, facultates expeditas habenti, deest possibilitas physica vitandi errorem. Nam homo semper potest reflectere, atque ita, si non explicite detegit falsitatem propositionis erroneae, poterit saltem ejus non evidentiam deprehendere, qua deprehensa, poterit assensum suum suspendere, et sic errorem vitare. Notandum est enim ad errorem vitandum sufficere ut assensus suspendatur.

Objici solet paganus qui hostiam consecratam casu perditam inveniret in via publica. Ea nimirum hostia inspecta atque gustata, cum certitudine reflexa pronuntiaret paganus : « Hoc est farina triticea cum aqua diluta et igne cocta, i. e. panis. » — Alii dicunt errorem in hoc casu esse plane necessarium ; nam impossibile est, non tantum moraliter

(1) Cfr. S. Th., 2-2, q. 1, a., 4 ; Palmieri, *l. cit.*, p. 220.

sed etiam physice, ut paganus quidquam suspicetur de miraculo consecrationis. Nihilominus iidem auctores thesim praesentem defendunt, dicendo hujusmodi errorem esse necessarium *non absolute* (sc. spectata natura humana), sed *hypothetice* (sc. spectatis adjunctis in quibus haec natura versatur). Alii vero dicunt errorem pagani non committi absque actione voluntatis, saltem spontanea et indeliberata. Nempe ad judicium ferendum paganus usus est inductione implicita : « Ubicumque habentur tales et tales apparentiae, ibi habetur substantia panis. » Jamvero conclusio inductionis per se est physice tantum certa ; certitudo autem physica, ut sit infallibilis adeoque stricte objectiva, reduci debet ad metaphysicam, quod fieri nequit nisi constet positive exclusio miraculi (cf. Th. XXII). Verum est difficilem esse pagano vel ipsam suspicionem miraculi possibilis ; et propterea error ejus est moraliter necessarius. Error duplici sensu dicitur *moraliter necessarius : a*) quatenus opponitur errori absolute necessario ; — *b*) quatenus homo hunc errorem sequi debet ad agendum moraliter. — De hac re legi potest Suarez, *Disp. Met.*, IX, s. 2. n. 8.

Scholion I^m : *De causis errandi.*

Causa ontologica erroris est limitatio et proinde defectibilitas mentis humanae ; causae psychologicae sunt aliae in intellectu, aliae in voluntate.

I. **In intellectu :** causa generalis errandi est confusio idearum (1), vel apparens similitudo idearum, quae adeo sub influxu voluntatis confunduntur ut una pro alia indebite substituatur (2). In multis erroribus, haec fucata similitudo vel confusio est *actualis ;* in aliis, est *habitualis* ex eaque errores continuo oriuntur. Ejus causa quaerenda est in

(1) Cf. É. Rabier, *Logique*, pp. 11 sqq.
(2) Cf. Palmieri, *l. cit.*, p. 219 ; Donat, *Critica*, p. 62 sq.

lusu imaginationis, in oblivione, in identitate vocabuli pro diversis ideis, sed ultimo in defectu attentionis. Defectum vero attentionis multae causae explicant, praecipue morales.

II. **In voluntate :** Saepe accidit ut voluntas praemature i. e. ante sufficientem reflexionem, intellectum moveat ad praestandum assensum. Statim ac apparet objectum sub specie boni, voluntas illud appetit ; ad hoc autem requiritur quidem aliqua species veri in objecto, sed talis quae, objecto attentius considerato, evanesceret. « Voluntas ad judicium imperandum *movetur : a) amore rei affirmandae*, quia receptis opinionibus, animi desideriis, contradicendi prurigini, etc., congruit ; *b) amore ipsius assensus*, ex impatientia, ex propositae quaestionis vilipensione, ex vanitate, qua quis diuturnam considerationem dedecere censet, ex necessitate certi consilii capiendi, etc (1). »

Nota : De « *idolis* » Baconianis. — Baco (*Novum Organum*, l. I, aphor. 39) errores hominum appellat « *idola* », vel quia sunt spectra mentem disturbantia, vel falsa numina quibus homines cultum deferunt. *Idola* divisa sunt in quatuor classes : 1. *Idola tribus* = errores ex causis naturae humanae inhaerentibus ortae ;

(1) Donat, *op. cit.*, *p.* 63. — Mabillon (*De la critique et des règles de la critique*) explique comme il suit le rôle des passions dans l'assentiment. « La passion ne fait pas juger positivement que ce qui est évidemment vrai soit faux. Ce n'est pas la manière dont elle s'y prend ; mais elle favorise tous les doutes pour peu raisonnables qu'ils soient. Si elle n'a pas de sujets particuliers de douter des vérités qu'elle n'aime pas, elle fait valoir certaines raisons générales, qui portent à douter de tout... Sur ces raisons générales, elle met le point dont il s'agit au rang des choses douteuses, et sur cela elle met à part ces vérités comme n'étant pas suffisamment prouvées. Elle s'arrête à sa prévention, en évitant d'envisager les raisons qui lui en pourraient faire voir la fausseté, et s'occupe uniquement de celles qui la favorisent. Ainsi en augmentant d'une part toutes les raisons de doutes, en se cachant toutes les preuves de la vérité, en s'appliquant fortement aux lumières trompeuses favorables à la fausseté, on vient à rejeter des vérités très évidentes par elles-mêmes, et l'on demeure attaché à des faussetés claires et certaines. »

— 2. *Idola specus* = ex causis naturae individuali specialibus ; — 3. *Idola fori* = ex sociali commercio, ex sermone, etc. ; — 4. *Idola theatri* = ex doctrina in cathedris tradita, ex praejudiciis scholarum, etc.

Scholion II^{m} : *De mediis ab errando defendentibus.*

Adhibenda sunt media contra defectus varios qui resident cum in intellectu tum in voluntate ; de his cfr. Cardinalis Mercier, *Logique, l. cit.* ; Tongiorgi, *Op. cit.*, n. 49 sqq. — Quoniam multi errores ex eo derivantur quod opposita veritas ingratam redundantiam in mores habeat, confugiendum erit saepe ad remedia ordinis moralis (1).

Difficultates.

1. In certitudine erronea semper habetur aliqua species veri, et proinde aliqua determinatio objectiva. — 2. Stante thesi, nemo errat nisi volens ; sed secundum S. Augustinum « nemo errat nisi invitus. » R. Error non est *volitus in se :* est enim malum aliquod ; sed est *volitus in causa*, i. e. voluntas vult aliquod bonum ex quo sequitur error. Recolantur ex Ethica conditiones requisitae ut aliquid sit volitum in causa. — 3. Errorem non esse ullo modo volitum ipsi errantes aperte fatentur, vg. F. Le Dantec (2). — 4. Si error ex causa voluntaria procedit, omnis error dicendus erit peccatum. R. Error habet aliquid peccati, c ; est formaliter peccatum, sd. aliquando, c ; semper, n. — Ille qui errat plus affirmat quam videt, i. e. affirmat id quod non videt : hoc autem non fit sine aliqua praesumptione, ut ait S. Thomas (3). Attamen error non est semper peccatum.

(1) Cf. L. Ollé-Laprune, *De la certitude morale ; Les sources de la paix intellectuelle*, etc.

(2) « Je suis athée, comme je suis Breton, comme on est brun ou blond, sans l'avoir voulu. » *L'Athéisme* (Flammarion 1906), p. 90.

(3) « Error manifeste habet rationem peccati. Non enim est absque praesumptione quod aliquis de ignoratis sententiam ferat, et maxime in quibus periculum existit. » *Quaest. disp. de Malo, q.* 3, *a.* 7.

Recolantur ex Ethica conditiones requisitae ut aliquid *volitum in causa* sit peccatum et culpabile. — 5. Cum error sit actus voluntarius, non intellectus sed voluntas errat (ita V. Brochard). R. Ipsa voluntas errat, n; imperat errorem, sd. imperat assensum *qui* est erroneus, c ; quatenus erroneus est, n.

Sommaire.— Tout homme est condamné à mourir ; en revanche, nul n'est condamné à errer. Faut-il, alors, suspecter la sincérité de ces malheureux qui se débattent dans l'erreur, qui se heurtent le front aux barreaux de leur cage, et gémissent de ne trouver pas d'issue vers la lumière ? — Soyons compatissants à ces malheureux : ils souffrent. Cependant, s'ils sont emmurés, comme ils disent, n'est-ce pas un peu leur faute ? Les portes leur sont ouvertes ; mais ils se sont interdit à eux-mêmes certaines issues. Il est entendu irrévocablement que l'objectivisme réaliste est fermé — Kant a passé par là avec ses trois Critiques ; *que le Christianisme et tout ce qui, logiquement, y mène, est fini — Comte est venu avec ses* « trois états » ; *que, par conséquent, la lumière, si lumière il y a, est forcément ailleurs. Là-dessus, ils cherchent, et, ne trouvant pas, ils se lamentent.*

Qu'ils reviennent aux portes condamnées; qu'ils laissent, un instant, les philosophes et les systèmes, le « forum » *et le* « theatrum » ; *qu'ils se mettent aux éléments de la critériologie, froidement, humblement. Et la vérité les délivrera.*

Cependant il existe, direz-vous, des erreurs dont il est impossible de sortir, des erreurs invincibles ; et cela est tellement reconnu que, suivant les moralistes, ces erreurs invincibles peuvent fonder des obligations de conscience.

Assurément. Ce que nie la thèse présente ce n'est point qu'il y ait des erreurs moralement *invincibles ; elle nie qu'il y en ait de* physiquement *invincibles. S'il est impossible à tel homme (sauvage ou civilisé) d'échapper à telle erreur, ce n'est pas parce que la nature lui en a refusé le moyen, mais parce que, en raison de certaines circonstances, il n'emploie pas, en fait, le moyen donné par la nature. Pourquoi ne l'emploie-t-il pas ? ou l'emploie-t-il mal ? ou ne l'emploie-t-il pas jusqu'au bout ? — Il n'appartient à aucun homme de sonder les reins et les cœurs.* Ollé-Laprune *le disait, en* 1890, *à propos du protestant Ernest* Naville :

« *Nul ne saurait mesurer l'obstacle qui, se dressant devant l'intelligence, peut l'empêcher de voir toute la vérité. Comme l'ignorance invincible, l'invincible erreur excuse : elle seule, mais elle, certainement. C'est tout ce que nous pouvons savoir et dire. Et alors, très sévères, très exigeants pour nous-mêmes, je veux dire, très attentifs à ne pas man-*

quer à la vérité, nous nous gardons de juger nos frères. Nous disons que c'est une grande faute de ne pas profiter de la lumière : ayant la grâce de l'avoir complète, nous tremblons pour nous, et nous ne prétendons pas mesurer ce que les autres en ont... (1). »

(1) *Sur le Jubilé d'E. Naville* (*Correspondant*, 25 déc. 1890).

CONCLUSION

L'esprit humain, par nature, est infaillible. S'il se trompe, c'est qu'on a fait violence à son naturel. Laissé à lui-même, il ne se rend qu'à l'évidence. Sa fonction propre est de juger : il dit qu'une chose « est », ou qu'elle est « ceci » ou « cela ». Et quand il juge, de lui-même, et libre de toute sollicitation, c'est qu'il a vu ce qu'il dit, et que, par conséquent, la chose qu'il dit être « est », et qu'elle est « ceci » ou « cela », exactement comme il le dit.

Cependant, quelque infaillible qu'il soit par nature, l'esprit humain est lamentablement borné. Il ne saisit d'abord son objet que confusément ; puis il mendie des prédicats pour cet être obscur qui ne lui est donné primitivement qu'à l'état d'être. Il ne renonce certes pas à lui attribuer tous les prédicats qui lui conviennent ; mais le travail est lent, toujours inachevé. Même les définitions les plus classiques et, semble-t-il, les plus satisfaisantes, celle de l' « homme : animal raisonnable », par exemple, sont encore loin de la pleine lumière.

Mais, en définitive, nous pouvons constater avec joie, au terme de cette première et essentielle partie de la Critériologie, que l'homme, par son esprit, est en possession de la vérité dont il a le plus besoin : il sait ce qu'il est, il peut fixer sa place au milieu des êtres, et rien ne l'empêche, s'il le veut, de tendre, par la contemplation et l'amour, vers Celui qui l'a créé, vers Celui qui est Être par définition, l'α et l'ω de toutes choses.

PARS SECUNDA

SEU

CRITERIOLOGIA SPECIALIS

DE REVISIONE CERTITUDINUM

In PRIMA PARTE, quae ***Criteriologia generalis*** appellatur, inquirentes quo signo innotescere posset objectivitas certitudinum nostrarum, reperimus illud signum esse ipsam evidentiam objecti. In SECUNDA PARTE, quam nunc adgredimur, et quae ***Criteriologia specialis*** vocatur, examini subjiciemus certitudines nostras spontaneas, ut, adhibito criterio evidentiae, eluceat quaenam objectivae sint, quaenam vero mere subjectivae. Quoniam autem ingens labor esset certitudines omnes singillatim percurrere, eas in diversas classes dividemus pro diversis viis quibus in mente formantur. Norma ubique applicanda haec igitur erit : certitudines objectivae illae sunt in quibus objectum est evidens, i. e. in quibus praedicatum sese offert menti tanquam contentum in subjecto (ideali aut reali) vel a subjecto exactum.

In TH. II PRIMAE PARTIS dictum est certitudines ab homine acquiri tum *experientia*, tum *analysi* (sive immediata sive mediata), tum *inductione*, tum *testimonio*. Nihil prohibet quominus admittatur haec divisio in criteriologiam specialem. Posset etiam alia divisio excogitari, nempe ex *objectis :* idealibus, concretis, empiricis, metempiricis, moralibus, religiosis, etc., quae divisio aliquibus auctoribus placuit. Tandem desumi potest divisio sat obvia certitudinum ex facultatibus quarum ope efformantur : sensus (= *experientia*), mens (= *analysis, deductio, inductio*), mens cum voluntate (= *fides*). Ultimam divisionem prae caeteris seligimus ut in eodem capite omnia comprehendantur quae ad conficiendam scientiam stricte

dictam pertinent. Nimirum incipit scientia cum *abstractione*, qua apprehenditur natura rerum absolute spectata ; completur postea *analysi*, *deductione*, *inductione*, quibus naturae hujus absolutae obtinentur notae essentiales. Experientia autem, cum sensibus fiat tum *internis* tum *externis*, duplicis capitis materiam praestabit.

Hinc quatuor erunt capita in CRITERIOLOGIA SPECIALI :

C. I. *De experientia interna.*
C. II. *De experientia externa.*
C. III. *De cognitione mentis.*
C. IV. *De fide et testimonio.*

CAPUT I

DE EXPERIENTIA INTERNA

Experientia in genere vocatur ille modus cognoscendi qui sensibus perficitur. Sunt enim in homine facultates cognoscendi aliae sensitivae, aliae intellectivae.

Facultates sensitivae sunt vires affixae organo animato ; earum *subjectum* est compositum ex anima et corpore, *principium* vero anima. Facultates sensitivae comprehendunt sensus et internos et externos : — *a*) *Sensus interni* habent sua organa (= *sensoria*) in partibus interioribus recondita et proxime inserviunt factis internis percipiendis vel sensationibus reproducendis ; numerabantur a scholasticis quatuor : *sensus communis* (= *centralis*), *memoria sensitiva*, *phantasia*, *aestimativa* (= *instinctus*) ; his nunc additur *sensus thermicus*, *sensus muscularis*, *sensus vitalis* (= *coenesthesia*). — *b*) *Sensus externi* habent organa sua fere in superficie corporis sita et cognitioni rerum externarum proxime inserviunt ; numerantur quinque : *visus*, *auditus*, *gustus*, *odoratus*, *tactus*.

Facultates intellectivae sunt vires *subjective* independentes ab organis, licet, in praesenti statu unionis cum corpore, *objective*, i. e. ratione objecti cognoscendi, ab eis pendeant. Hujusmodi facultates numerantur : *conscientia intellectiva*, *memoria intellectiva*, *intellectus*, *ratio*.

Cum in sensibus nulla sit certitudo, nec proinde veritas, quaestio hic solvenda non est : utrum experientia sensibilis sit objectiva ; sed utrum *judicia* intellectu prolata de objectis sensibilibus sint objectiva et vera.

THESIS XXV[a]

Data conscientiae sunt necessario vera ; hinc judicia quibus homo affirmat realitatem (I) sive suorum statuum praesentium, (II) sive sui Ego ut substantiae corporeae et viventis sunt objective certa.

Auctores

PALMIERI, *Critica*, pp. 161-170 ; — T. PESCH, *Inst. logic.*, t. II, pp. 151-160 ; — Paul JANET, *Traité élémentaire de philosophie* (Delagrave, s. d.), pp. 104-114 ; — Ch. LAHR, *Cours de Philosophie* [10], t. I, pp. 106-124 ; — G. SORTAIS, *Traité de Philosophie*, t. I, pp. 161-183 ; — P. MALAPERT, *Leçons de Philosophie*, t. I, pp. 16 sqq. ; 352 sqq. ; — H. BERGSON, *Essai sur les données immédiates de la conscience* [7] (Alcan 1909) ; — G. H. LUQUET, *Idées générales de psychologie* (Alcan 1906). — Tractatio de conscientia apud philosophos recentiores inveniri solet in *Psychologia*.

Praenotanda

I. Notiones quaedam. — Agitur in thesi de conscientia *psychologica*, quatenus opponitur *morali*. Conscientia psychologica diversa nomina accipit, primo *ex objectis* quae refert, deinde *ex modo quo operatur*.

1. ***Ex objectis :*** — conscientia dicitur : *a*) *sensitiva*, si refert perceptiones quinque sensuum externorum, motus appetitus sensitivi, situm et dispositionem membrorum, etc. Haec conscientia exercetur *sensu communi* (centrali) ; eaque (sed ea sola) animalia bruta instructa sunt. — Conscientia dicitur : *b*) *intellectiva*, si refert actus spirituales (intellectus et voluntatis) et eorum analysim data opera instituit. Quando adhibetur vox *conscientia* sine addito, significatur *conscientia intellectiva*.

Quaeri potest utrum in homine conscientia sensitiva et intellectiva sint *una facultas*, an *duae facultates* distinctae. Hanc quaestionem metaphysicis solvendam relinquimus ; pro psychologis et criteriologis, eodem modo referuntur actus proprii Ego, sive organici sive anorganici (vg. Ego *sedeo*, *scribo*, *cogito*), perinde ac si unica existeret conscientia, quae esset facultas suppositi humani, qua talis.

2. ***Ex modo operandi :*** — conscientia distinguitur : *a*) *directa* (*spontanea*, *concomitans* — « *sensus intimus* » a quibusdam vocatur) : ea est perceptio quaedam experimentalis qua homo, dum agit (sensu, intellectu, appetitu, voluntate, etc.), actum suum modo quodam confuso experitur vel « sentit » ; quare conscientia directa vix est realiter distincta ab ipso facultatum exercitio.

b) *Reflexa* (*voluntaria*, *methodica*, etc.) : ea est qua homo in actus directos quasi se flectit, ut eos attente contempletur; quare haec est realiter distincta a facultatibus sensitivis quarum actus attingit. Conscientia directa in brutis reperitur ; reflexa autem in solo homine.

Nota. *Conscientia reflexa* dicitur communiter *reflexio*. Reflexio, seu conversio mentis in suos actus, est *a*) *ontologica*, si intuitus mentis fertur in objectum actu directo repraesentatum ; *b*) *psychologica*, si dirigitur in ipsum actum directum, quatenus est affectio subjecti seu modus subjectivus.

II. **Status Quaestionis.** — Multa judicia certa spontanee ferimus de factis internis et de nostro Ego. Hoc nemo negat. Omnes pariter tenent judicia hujusmodi esse objectiva, i.e. facta psychologica omnia *esse* reipsa id quod *esse videntur*. Idemque concedunt philosophi vel maxime sceptici; imo multi (sc. Idealistae) nihil a nobis cognosci contendunt praeter facta conscientiae, in quantum sunt status subjectivi.

At exoriuntur controversiae :

1. Utrum judicia certa de factis conscientiae debeant et possint coram ratione reflectente justificari. — Id Th. Jouffroy negat, imo ipse Balmès (1).

2. Utrum τὸ Ego, quod conscientia attingitur, sit substantia quaedam. — Id negant *phaenomenistae*, sc. : *a*) *Empiristae* (cum D. Hume) et Positivistae (cum H. Taine) : hi censent τὸ Ego non esse aliud quam complexum statuum subjectivorum, prout inter se cohaerent ; — *b*) *Kantiani* (Critici et neo-Critici) cum Kant et Renouvier : hi docent τὸ Ego attingi ut *phaenomenon*, sub formis spatii et temporis, non vero ut *noumenon*.

3. Utrum τὸ Ego, quod conscientia attingitur, sit aliquid

(1) « Vous savez que vous pensez, que vous sentez, qu'il vous semble telle ou telle chose. Le pouvez-vous prouver ? Non. Vous cédez au fait ; *vous cédez à la nécessité qui vous force à croire* que vous pensez, que vous sentez, qu'il vous semble. » *Phil. fond.*, c. 25, n. 261 et 252.

extensum seu *corporeum*. — Id negant *Cartesiani*, cum suo duce (paucis accedunt, saltem quoad modum loquendi, G. Sortais et Ch. Lahr) in dicunt conscientia attingi quidem proprium Ego, sed ut Ego existimant esse ipsam *animam*.

III. **Sensus thesis.** — Asserimus in thesi:

1. *Data conscientiae* non modo objectiva esse, sed eorum objectivitatem *mihi* constare et proinde non caeca et coactiva quadam psychologica affirmari;

2. Conscientia attingi subjectum ipsum variis modis affectum, quod est substantia concreta;

3. Conscientia attingi ut Ego extensum, corporeum, vivens triplici vita: vegetativa, sensitiva, intellectiva.

IV. **Delimitatio thesis.** — Ut elucet ex thesis enuntiatione secunda pars est corollarium primae. Prima sic effertur: « *Data conscientiae sunt necessario vera* »; in qua formula oportet intelligatur sensus verborum.

1° *Conscientia* est ea facultas qua *homo* (non *anima*) *reflexione psychologica actus proprios Ego cognoscit et de eis immediate judicat*. Duplex igitur est conscientiae activitas: prima apprehendit et deinde judicat, i. e. factum apprehensum dividit in subjectum et praedicatum, et utrumque copula conjungit.

2° « *Data* » *conscientiae* alia sunt propria simul et directa, alia propria sed indirecta.

A. *Objectum proprium et directum conscientiae sunt ipsa omnia et omnia, quae sub* « *Localisatio* » — *ad tactu*, i. e. modi subjectivi quatenus existunt: vg. intelligere, velle, dolere, etc. — Hinc de loco exacto (= localisatio) facti, de natura ejus intrinseca, etc. conscientia nihil refert; — b. *omnia*, i. e. totalis conscientiae non transgreditur limites subjecti cognoscibilis. Proinde apprehendit conscientia solos sensuum externorum, et quidem ut representativos, vg. me videre album vel viride, me audire sonum gravem vel acutum, etc.; sed objectum sensus externi conscientia non refert directe ut externum; — c) *omnia*, i. e. non

attingit conscientia sensationes, intellectiones, volitiones, etc. ut abstractas a quolibet subjecto, sed attingit *meum sentire, meum intelligere, meum velle*, imo rectius *me sentientem, me intelligentem, me volentem*, etc. : — *d*) *quatenus sunt actu existentia :* hoc elementum constituit objectum *formale* conscientiae, seu id quo objectum conscientiae differt ab objecto memoriae, etc. Nempe attingit directe conscientia ea quae *hic et nunc* a subjecto aguntur aut sentiuntur ; facta praeterita indirecte attingit actibus memoriae actu existentibus.

B. *Objectum proprium sed indirectum conscientiae* est *subjectum variis modis actu affectum :* — *a*) Subjectum refertur *ut factum*, i. e. ut aliquid de facto cogitans, sentiens, audiens, loquens, etc., et proinde ut substantia corporea et vivens. — *b*) De *natura* ipsa subjecti corporei et viventis (sc. utrum sit compositum, utrum ex materia et forma, etc.) conscientia tacet : rationis est naturam subjecti ex ejus actibus concludere (cfr. *Psychologia*).

Nota. Non dicimus in nostra thesi comprehendi *omnia* data conscientiae ; sed eorum duntaxat mentionem facimus quae ad Criteriologiam magis directe spectant.

DEMONSTRATIO

I^a^ PARS : Data conscientiae sunt necessario vera.

Arg. — Data conscientiae sunt necessario vera, si conscientia apprehendens facta interna et de eis immediate judicans necessario refert et exprimit id quod est. Atqui ita se res habet. Ergo.

Minor : I^a^ pars. — *Conscientia apprehendit id quod est.*

1° *Positive.* — Conscientia id solum apprehendit quod conscientiae apparet (nam apprehendi conscientia et apparere conscientiae est idem). Atqui id quod conscientiae *apparet* est necessario id quod *est*, seu id quod *existit* pro conscientia : nam, pro conscientia, *esse* et *apparere* est unum et idem, vg. dolor capitis vel dentium eatenus *est* seu *existit* (ut factum) pro conscientia, quatenus apprehenditur a

conscientia. Inde axioma peripateticum : « Non sentimus nisi sentiamus nos sentire ; non intelligimus nisi intelligamus nos intelligere. » Ergo.

EXPLICATUR. — Conscientia non habet pro objecto res prouti sunt in se extra conscientiam, sed res prouti sunt in conscientia (= *facta conscientiae*), i. e. prout apparent conscientiae. Ex. gr. si qui amentes conqueruntur quod habeant vitreum stomachum, et propterea dolores intolerabiles patiantur, errant quidem de re in se, sed non de re prout est in conscientia, seu prout apparet conscientiae ; et proinde vere dolores patiuntur.

2° *Negative.*— Eatenus errare posset conscientia in factis internis apprehendendis, quatenus inter conscientiam et facta interna adesset aliquod medium, sc. aliqua repraesentatio, de qua quaeri posset num conformis esset necne factis repraesentatis. Atqui hoc non obtinet. Nam conscientia directe et immediate facta ipsa interna apprehendit in sua realitate psychologica, non in aliqua eorum imagine vel repraesentatione : aliis verbis, ubi agitur de factis conscientae internis, admittendus est perceptionismus maxime rigidus. Ergo (1).

MINOR : 2ª PARS. — *Conscientia affirmat id quod est.* Judicia *immediata* affirmant explicite id quod formaliter sed implicite manifestatur conscientiae : non sunt interpretatio quaedam, nec proinde deformatio factorum internorum, sed eorum analysis terminis intellectualibus expressa. Ex. gr. judicium immediatum « Ego doleo » est expressio verbalis phaenomeni interni sui generis in quo conscientia, mediante reflexione et analysi, distinguit subjectum affectum *Ego* et affectionem ejus *doleo*, *dolens*, *dolor*. Ergo, quem-

(1) « Les faits psychologiques présentent ce caractère commun d'être conscients. Cela signifie qu'ils sont connus à mesure qu'ils se produisent. On ne peut même pas dire, si ce n'est par un artifice de langage, qu'ils sont suivis de conscience : pour eux, c'est une même chose qu'être et apparaître à la conscience. » Émile LUBAC, *Psychologie rationnelle* (Alcan 1904), p. 19. — Voir aussi les auteurs cités en tête de la thèse.

admodum conscientia refert id quod est, ita judicia immediata de factis conscientiae exprimunt id quod est.

IIa PARS : Judicia quibus homo affirmat realitatem sive statuum suorum praesentium, sive sui Ego ut substantiae corporeae et viventis, sunt objective certa.

I. **De realitate statuum praesentium.**

Reflexione psychologica apprehendimus 1) nos actu cogitare, velle, dolere, etc. 2) hos status, sc. cogitare, velle, dolere, etc. esse ab invicem distinctos 3) hos status non esse abstractos a quolibet subjecto ; sed, e contra, positive apprehendimus eos ut status *nostri*, ita quidem ut subjectum variis modis affectum discernamus ab ipsius affectionibus : vg. meipsum percipio hoc cogitantem, deinde aliud cogitantem, deinde loquentem, dolentem, etc. Atqui judicia immediata nihil aliud sunt quam expressio statuum qui reflexione psychologica apprehenduntur, nempe : *Ego cogito, loquor, doleo*, etc., *qui sunt actus praesentes* τοῦ *Ego*. Ergo sicut reflexione psychologica apprehenditur id quod est, ita judiciis immediatis exprimitur id quod est.

II. **De realitate proprii Ego.**

Quatuor sunt probanda : 1. existit proprium Ego, 2. ut substantia, 3. corporea, 4. vivens.

1. Existit proprium Ego :

Facta interna innotescunt ut status *concreti*, sc. affectiones *alicujus subjecti realiter existentis* ; praeterea, licet maxime differant inter se vg. status *amoris* et *odii*, *doloris* et *laetitiae*, sunt tamen affectiones unius ejusdemque subjecti (1). Atqui subjectum illud quod sub varietate affec-

(1) Cf. PEILLAUBE, *Dict. de théol. cath.*, art. *Ame*, col. 1030 sq.— « Nos phénomènes mentaux se voient par identité et sans intermédiaire ; et l'existence, non seulement des actes, mais du *sujet pensant* s'aperçoit par conscience directe dans les phénomènes mentaux. » M. de la TAILLE, *M. Brunetière et les théologiens* (*Études*, 1905, II, p. 354). Le P. St. HARENT explique comme il suit la saisie

tionum simultanearum unitatem habet, et ad quod omnes status interni referuntur, uno verbo *Ego* (= pronomen *personale* seu exhibens *personam*) appellari solet.

II. Existit ut substantia :

Subjectum-Ego apprehenditur ut aliquod « totum in se clausum » (microcosmus), in quo tanquam in subjecto inhaerent accidentia plurima inter se diversa : sc. intellectiones, volitiones, sensationes (visio, auditio, etc.), et quod ipsum in nullo alio subjecto inhaeret, sed *per se stat*. Atqui hoc est definitio *substantiae*. Ergo subjectum-Ego concrete innotescit tanquam substantia (1).

Nota. Conscientia non dat notionem abstractam et metaphysicam substantiae, sed dat nobis aliquam substantiam concrete existentem, sc. *aliquid existens in se et non in alio tanquam in subjecto*. In hoc toto concreto, mediante analysi, distinguitur *id quod per se stat* et *id quod non stat per se sed in alio*.

III. Existit ut substantia corporea :

Substantia *corporea* intelligitur *extensa*, i. e. habens partes extra partes et inter se aliquo modo unitas. Atqui, teste conscientia, ita se habet τὸ Ego. Ergo.

---

immédiate du *moi* : « Dans la connaissance que j'ai de ma propre existence, je ne débute point par les idées abstraites de l'*existence* et du *moi*, ni par le jugement formel qui compare et lie entre elles ces deux idées ; mais tout ce mécanisme de concepts abstraits et de jugement explicite ne sert qu'à me traduire à moi-même, en concepts analytiques suivis d'une affirmation synthétique, une intuition primitive plus confuse mais très certaine, simple regard atteignant d'une manière concrète le moi existant et agissant ; jugement virtuel, impliquant déjà certitude et vérité. Les philosophes modernes font depuis longtemps cette remarque à propos du *Cogito* de Descartes ; et les scolastiques — dans leur ensemble — ne s'y opposent pas. » *Études*, 1907, IV, p. 223.

(1) « Le moi est un tout organique et vivant, composé de substance et d'accidents. » Peillaube, *art. cit.*, col. 1032. — En critériologie, l'accident, dont il est ici question, est un état du moi, il appartient au métaphysicien de définir quelle *entité* il convient d'attribuer à un état du moi, et si cette entité est distincte de l'*entité-substance*.

MINOR probatur :

1° *Directe.* — Conscientia, ut dictum est, varias sensationes (internas, externas, musculares, intracraniales, viscerales, articulares, etc.) refert *concrete ut nostras ;* sed praeterea 1) eas refert non tantum ut *distinctas* (ita ut una non sit alia), verum etiam ut *dissitas* (i. e. loco distinctas, ita ut una sit non ibi ubi est alia), etsi positive non docet locum definitum singularum affectionum, vg. dolorem capitis et dolorem pedis sentio ut duos dolores localiter distantes. Cum autem singulae affectiones τοῦ Ego sint concrete τὸ Ego variis modis affectum, una cum affectionibus apprehenditur τὸ Ego ut coextensum affectionibus loco dissitis et proinde ut diversas partes spatii occupans. — Insuper 2) sensationes conscientia refert *in partibus spatii continuis* (formaliter an virtualiter non dicit), et τὸ Ego *sub* et *cum illis continuum* vg. idem Ego ita sentio calorem in manu ad ignem admota ut sensatio caloris extendatur modo continuo in tota manu mea etiam modo continuo extensa. — Tandem 3) conscientia refert partes mei Ego ita sibi resistentes esse ut nequeant mutuo compenetrari.

Ergo subjectum-Ego innotescit conscientiae ut extensum, i. e. habens partes extra partes aliquo modo unitas et sibi resistentes ; et proinde innotescit subjectum-Ego ut corpus vel substantia corporea.

2° *Indirecte.* — Si corpus *nostrum* conscientia directe non attingitur, nulla manet via qua possit attingi : nam 1) *experientia externa* nullum corpus attingitur *ut nostrum*, sed ut alienum, 2) mediante *ratiocinio* possunt quidem attingi corpora ; at iterum, nullum attingetur *ut nostrum*, omnia vero ut aliena. Ut corpus percipiatur *ut nostrum*, necesse est ut τὸ Ego *percipiens* apprehendat illud ut *sibi identicum* saltem partialiter : *quod nequit fieri nisi per conscientiam.* Ergo.

IV. Existit ut substantia corporea vivens:

Conscientia teste, subjectum-Ego non semper eodem modo se habet relate ad diversas affectiones quae in eo sunt.

Nemo est scepticus qui neget discrimen ingens inter *dare alapam* et *recipere alapam*. Discrimen istud in eo consistit quod in aliquibus casibus homo *active*, in aliis *passive* se habet. In multis autem (vg. in cogitando, volendo, etc.), homo ita active se habet ut *immanenter agat*, i. e. ita ut sit simul principium et terminus sui motus. Atqui hoc vocatur *vivere*. Ergo.

Nota. De notionibus quae directe ex analysi τοῦ Ego hauriuntur, legi possunt auctores citati, vg. Ch. Lahr, *op. cit.*, pp. 113-123. Ex conscientia desumuntur notiones *entis, unitatis, identitatis, substantiae, durationis, causae, personae*, etc.

Corollaria

I. Hinc falsum est subjectum-Ego non attingi *in se*, sed solummodo idealiter cogitari (= *noumenon*) ut aliquod absolutum, quo intuitiones sensibilitatis categoriis compactae ad unitatem syntheticam rediguntur. Nam in judicio *Ego cogito*, subjectum cogitans non ita se percipit identicum cum sua cogitatione ut ea totaliter constituatur ; sed in eodem actu et aeque immediate percipitur *subjectum-Ego* et *cogitatio*, quae ita uniuntur ut ex utroque oriatur *Ego cogitans*. In judicio *Ego sum cogitans*, inter praedicatum et subjectum habetur identitas objectiva quidem sed non formalis.

II. Sequitur etiam ex thesi *spatium* non esse formam *a priori*, qua intuitiones sensibilitatis extensione induantur. Etenim experimur immediate aliquam extensionem concretam, sc. sensationes innotescunt conscientiae tanquam extensae, et *sub* vel *cum* sensationibus innotescit subjectum sentiens tanquam pariter extensum. Quare notio extensionis in genere, seu spatii, non est forma *a priori*, sed abstractione desumitur ex realitate extensa (1).

Scholion : *De limitibus conscientiae.*

I. Conscientia non attingit animam ipsam (quidquid dicunt spiritualistae multi) : nam *subjectum-Ego*, quod

(1) Cf. H. Bergson, *Matière et Mémoire*, p. 258.

apprehenditur ut vivens, sentiens, intelligens, non est anima. Ex altera autem parte, subjectum-Ego non innotescit in sua natura ; et proinde de simplicitate aut de compositione ejus nihil conscientia dicit. Psychologus autem, analysi facta actuum ~~eo~~ Ego, demonstrabit subjectum Ego compositum esse ex materia et forma spirituali, quae *anima* nuncupatur.

II. Neque attingit conscientia Deum. Hoc tenendum est contra modernistas sentimentales (et mysticos) qui, nihil accipientes praeter experientiam internam, existimant Deum intuitione immediata conscientiae attingi. Attingitur conscientia Deus ad modum entis *concepti ;* sed attingi nequit ad modum *entis realiter existentis extra suum conceptum* nisi ratiocinio conscio (1).

Difficultates.

1. « Localisatio » sensationum est mera illusio ; nam *a*) omnis sensatio perficitur in cerebro, — *b*) infantes primis initiis nihil de extensione sui suspicantur, nec interrogati possunt locum sui doloris ostendere, — *c*) ii quibus amputatum est aliquod membrum saepe collocant dolorem in membro abscisso. — R. Conscientia refert sensationes tanquam localiter distantes ; attamen locum determinatum non refert nisi paulatim et vi educationis. Illusio amputatorum ex eo provenit quod in extrema parte membri abscissi sentitur dolor similis ei qui antea in membro nondum abscisso sentiebatur : et ibidem refertur vi consuetudinis et associationis imaginum. — 2. Conscientia multa ex factis internis non refert : inde necessario decipitur intellectus. — 3. Aliquando confunditur tentatio cum consensu sc. cum actu libero voluntatis. R. Inde non sequitur conscientia referri actus aut status aliter ac sunt ; sed potest

(1) Cf. X. Moisant, *Dieu, l'expérience en métaphysique* (Rivière 1907), pp. 24-45 ; — Cl. Piat, *Insuffisance des philosophies de l'intuition*, c. II. De l'intuition en théodicée, pp. 85-161 ; — H. Pinard, *Expérience religieuse*, in *Dict. Jaugey-d'Alès.*

intellectus ob defectum debitae attentionis vel memoriae confundere actus qui inter se differunt, vel dubitare potest utrum actus fuerit liber necne : inde oriuntur scrupuli, etc. 4. Amentes et somniantes falso judicant se sentire, agere, pati, ea quae non sentiunt, neque agunt neque patiuntur. — R. In his casibus non est culpanda conscientia ; nam semper refert id quod sibi apparet. In ordine apparentiali etiam conscientia amentium eos non fallit : facta conscientiae sunt necessario facta conscientiae. Sed ubi homo non est in statu suo normali, non potest discernere inter realitatem mere subjectivam et realitatem extra-subjectivam ; atque in hoc falli potest.

Sommaire. — Quand il s'agit des faits de conscience, c'est-à-dire de ce qui se passe ou se présente dans la conscience, le problème de l'objectivité prend une tournure particulière. Ces faits ne pouvant qu'être subjectifs, ou intérieurs au sujet conscient, on ne se demande pas s'ils ont une réalité extra-subjective, ni même — du moins à parler strictement — s'ils ont une réalité intra-subjective ; mais si la raison réfléchissante peut se justifier à elle-même la certitude que nous avons de cette réalité intra-subjective. Dans l'ordre spontané (voir le C. I), nous admettons les faits de conscience par une sorte de nécessité psychologique : ils s'imposent à nous, nous n'y pouvons rien, nous sommes forcés. Mais ces jugements de conscience psychologiquement nécessaires sont-ils aveugles ? puis-je me rendre compte que j'ai raison de juger comme je juge ? — D'après certains auteurs (Reid, Balmès, etc.) *la nécessité psychologique* constatée *tiendrait lieu de justification. Cela paraît inadmissible à Th.* Jouffroy, *qui conclut que la certitude des faits de conscience est injustifiée et injustifiable, comme, du reste, toute certitude.*

La question est grave. La seule réalité qui soit tenue pour immédiatement donnée étant le moi, la conscience, si la certitude que nous avons de cette réalité est rationnellement injustifiable, nous sommes vraiment à plaindre.

Mais on peut légitimer la certitude des faits de conscience. On peut se rendre compte que, lorsqu'on prononce un jugement de conscience (par ex., j'ai faim, j'ai mal à la tête), on ne le prononce pas à l'aveugle, en vertu d'une nécessité toute subjective. Il y a, certes, du subjectivement nécessaire dans le fait de conscience : on est forcé de voir, d'entendre ; *on* subit *une douleur, une migraine ou un mal de dents. Mais si la douleur, l'audition, la vision se produisent aveuglément, le jugement qui suit n'est pas aveugle : il affirme ce qui* est, *parce qu'il affirme ce qui*

paraît, et qu'il voit que ce qui paraît dans la conscience est dans la conscience.

En un mot, les certitudes de conscience sont justifiées, parce que l'esprit se rend compte que, là, l'erreur est impossible : 1° il est impossible que ce qui paraît ne paraisse pas ; 2° il est impossible que ce qui paraît dans la conscience ne soit pas dans la conscience. Et cela est de toute évidence.

THESIS XXVI[a]

Data immediata memoriae sunt necessario vera (I) ; hinc judicia quibus homo affirmat realitatem (a) sive suorum statuum praeteritorum, (b) sive sui Ego ut substantiae permanentis, sunt objective certa (II).

Auctores

Ch. Lahr, *op. cit.*, t. I, pp. 124-132 ; — G. Sortais, *op. cit.*, t. I, pp. 229-250 ; — Cl. Piat, *Insuffisance des philosophies de l'intuition*, pp. 186-192 ; — P. Malapert, *op. cit.*, pp. 212 243 ; — H. Bergson, *Matière et Mémoire* (Alcan 1900).

Praenotanda

I. **Notiones quaedam.** — Agitur in thesi de memoria, quatenus est in genere *facultas recordandi*. Haec facultas recordandi diversa nomina accipit (sicut conscientia) primo *ex objectis* quae refert, deinde *ex modo quo operatur*.

1. ***Ex objectis :*** memoria dicitur : *a) sensitiva*, si refert *sensationes* prius habitas. Sensationes a memoria revocatae aliquid habent quo distinguantur a repraesentationibus imaginationis, et proinde differt *recordatio* (gall. *le souvenir*) ab *imagine*. Cfr. S. Th. I. q. 79, a. 6.

b) Intellectiva, si revocat actus spirituales (intellectus et voluntatis) olim habitos. — Memoria, ubi vox usurpatur sine addito, intelligitur simul sensitiva et intellectiva, omissa quaestione utrum et quo pacto differant, quae ad psychologos spectat.

2. ***Ex modo operandi :*** memoria distinguitur : *a) spontanea*, qua sponte, etiam animo nolente, evocantur status elapsi. Haec solet esse magis minusve vivida pro diversa activitate imaginationis.

b) Voluntaria, qua data opera et animo volente, revocantur

status praeteriti. Memoria, ut patet reflectenti, non substat imperio voluntatis despotico, sed politico tantum et indirecto. Cf. Th. III.

Ad memoriam quadruplex operatio pertinet : 1. *conservatio* affectionum olim conscientiae praesentium ; 2. earum *recollectio* vel spontanea vel consulto quaesita ; 3. earum *recognitio* pro praeteritis ; 4. earum *collocatio* in eo instanti temporis anteacti quo habitae sunt. Modum quae haec omnia fiunt psychologi fuse describunt.

II. **Status Quaestionis.** — Multa judicia certa de statibus praeteritis quotidie ferimus ; nemo scepticus dubitat quin facta psychologica, quae memoriter recoluntur, habita fuerint eo modo quo recoluntur. Sed multi existimant hujusmodi judicia certa vi naturae in nobis pronuntiari, quin suppetat ullum medium ordinis intellectualis ad ea justificanda. Cui sententiae thesim opponimus : *Data immediata memoriae sunt necessario vera.*

III. **Delimitatio thesis.** — Quid thesis velit ex declaratione sequenti patebit :

1° ***Memoria*** intelligitur facultas recordandi, i. e. quae *primo* conservat status psychologicos (sensibiles vel spirituales) eosque evocatos recognoscit ut praeteritos, et quae *secundo* de eis immediate judicat. Hanc activitatem memoriae, dum actualis est, conscientia nobis immediate refert (Cf. Th. praec.).

2° ***« Data memoriae »*** alia sunt *immediata* (sc. quae absque ratiocinio et necessitate quadam menti occurrunt), alia *mediata* (quae fundantur in datis memoriae immediatis). De prioribus duntaxat agitur. Sed data immediata memoriae alia sunt propria simul et directa, alia propria sed indirecta :

A. *Objectum proprium et directum memoriae* sunt *facta interna et concreta, prout praeterita* : — *a*) *facta interna*, i. e. status psychologici, seu status qui aliquando fuerunt actuales et conscientiae praesentes. Hinc (1) de collocatione seu de definita insertione facti in tempore praeterito memo-

ria nihíl immediate dicit, sed solummodo mediate ; (2) de objectis ipsis non refert memoria nisi quatenus eorum repraesentatio est annexa phaenomeno subjectivo quod recordamur : vg. memini Romae, Alpium, etc. idem significat ac memini me vidisse Romam, Alpes, etc. — *b*) *concreta* Cf. ea quae dicta sunt supra p. 358. — *c*) *quatenus sunt praeterita :* in hoc elemento consistit objectum *formale* memoriae. Nempe « character praeteritus » phaenomeni subjectivi quod recordamur est aliquid *sui generis* immediate datum.

B. *Objectum proprium sed indirectum memoriae* est *subjectum variis modis olim affectum :* cum factis internis, utpote concrete apprehensis, percipitur etiam subjectum cui haec facta inhaerent. Sic apprehenditur identitas personalis concrete spectata, sc. conscii sumus idem Ego nunc existere, qui ante decem vel viginti annos existebat.

3° ***Sunt necessario vera*** — i. e. id quod immediate refert memoria est aliquid reale praeteritum. Non dicimus : memoria refert omnia praeterita ; multa enim memoriam vel partim vel omnino fugiunt, ita quidem ut memoria semper sit falsa *negative*. Sed excludimus falsitatem *positivam*.

Nota. Processum intimum memoriae, ejus conditiones, morbos, perditionem, etc. explicant, quantum per praesentem scientiae statum licitum est, psychologiae experimentalis cultores.

DEMONSTRATIO

1ª PARS : Data immediata memoriae sunt necessario vera.

Arg. — Data immediata memoriae sunt necessario vera, si memoria recognoscens facta interna praeterita et de eis immediate judicans refert et exprimit id quod fuit. Atqui ita se res habet. Ergo.

Minor : 1ª pars. — *Memoria refert id quod fuit.*

Memoria 1) recolit vel recolligit actus aut status qui sunt praeteriti (= *recollectio*) ; — 2) eos distinguit ut jam habitos seu praeteritos (= *recognitio*) ; — 3) eos reponit in instanti temporis quo habiti sunt (= *localisatio*). Atqui

id quod ita conscientia refert fuit reipsa sicuti refertur idque reflectenti cum evidentia quandoque constat. Ergo.

MINOR. — Haec reflectenti manifesta sunt :

1° *Recollectio* non est aliud quam apparitio coram conscientia alicujus status interni, peculiarem speciem prae se ferentis, qua distinguitur hinc ab *imagine phantasiae*, inde a *sensatione actuali*, inde ab ejus *possibilitate concepta* (1). Atqui haec praesentia facti interni cum tali specie apparentis est aeque certa ac quodlibet aliud factum internum : sc. ejus *percipi* est ejus *esse*.

---

(1) Le P. LAHR (*op. cit.*, p. 132) résume ainsi les signes caractéristiques par lesquels le *souvenir* se distingue de la perception actuelle et des fictions imaginatives.

1° De la *perception actuelle : a*) Le souvenir « est généralement moins *stable* et moins *distinct*. *b*) Il ne s'impose pas à l'esprit avec la même nécessité. On peut écarter à volonté tel ou tel souvenir, rappeler de préférence celui-ci ou celui-là ; tandis que, si nos organes sensoriels sont en bon état, nous ne pouvons nous dispenser de voir, d'entendre, de sentir les objets qui sont à notre portée. *c*) Enfin et surtout, la perception est un *état fort*, associé logiquement à d'autres états forts qui confirment la réalité de son objet, tandis que le souvenir est un *état faible*, plus ou moins imprévu, isolé au milieu des états forts concomitants, et contredit par eux. »

2° Des *fictions imaginatives : a*) Le souvenir « se présente à l'esprit de lui-même et sans fatigue de notre part, tandis que la fiction suppose d'ordinaire certains efforts de combinaison. *b*) Nous pouvons, sans doute, écarter un souvenir, mais non le modifier à notre gré, comme il arrive pour les données de l'imagination, car son contenu s'impose à l'esprit. *c*) De plus, le souvenir implique un élément qui ne se retrouve pas dans la simple image : à savoir le sentiment du *déjà vu*. Le même fait sera donc souvenir ou image, suivant qu'il sera ou ne sera pas accompagné du jugement de reconnaissance. *d*) Ajoutons que la fiction, se bornant à nous représenter des objets simplement possibles, n'a, par elle-même, aucun contact avec la réalité ; tandis que le souvenir trouve sa place au milieu d'autres souvenirs avec lesquels il est logiquement et chronologiquement relié, et qui en garantissent par là l'exactitude. Voilà pourquoi dans le sommeil, où nous perdons conscience de la durée, nos *souvenirs* reparaissent sous forme d'*images*, lesquelles à leur tour, n'étant pas refoulées au second plan ou contredites par les données actuelles de nos sens, nous font l'effet de *perceptions* véritables. »

2° *Recognitio* non est aliud quam apprehensio conscia hujus speciei peculiaris, et status alicujus *realis*, non praesentis quidem sed nec mere ficti nec mere concepti, in ea transparentis, et qui « status *praeteritus* » appellatur (1). Atqui hujusmodi recognitio, in qua aliquod *judicium virtuale* includitur, quandoque cum maxima evidentia menti se offert.

3° *Localisatio* non est nisi recognitio determinati situs alicujus facti recollecti relate ad alia facta recollecta, in eo consistens quod, in catena statuum conscientiae praesentium, simul cum « specie praeteritionis » innotescit modus exactus quo varii status inter se cohaerent et se, ut ita dicam, appellant (2).

Quandoque hujusmodi localisatio non est immediate data ; sed catena praeteritorum statuum disrupta datur aut confusa ; ut singulis igitur fragmentis suus locus pateat, mens opus habet ratiocinio. Atqui localisatio, seu determinatus situs facti inter alia facta recollecta, aliquando ita evidenter apparet ut quodvis dubium prudens de ea sit penitus exclusum.

MINOR : 2ª PARS. — *Memoria exprimit id quod fuit.*

Judicia memoriae (i. e. intellectus quatenus de factis recollectis judicat) : *a*) affirmant explicite id quod implicite et virtualiter manifestatur conscientiae (*recollectio*, *recognitio*, *localisatio*), sc. sunt expressio intellectualis seu judicialis horum factorum ; — *b*) affirmant explicite status peculiari modo conscientiae apparentes esse status re-apparentes, re-collectos, seu tales qui *jam* actuales fuerunt. Atqui memoria ita judicans ducitur evidentia objecti : nihil affir-

(1) « La mémoire est une sorte de vision dans laquelle la conscience recule dans le temps une image actuelle, comme la perception visuelle recule dans l'espace les images rétiniennes. » (Th. RIBOT.)

(2) « Pour *situer* un fait que la mémoire nous rappelle, il suffira de le faire remonter pour ainsi dire le long de l'échelle de nos souvenirs, jusqu'à ce qu'il trouve sa place réelle et vécue entre deux événements plus mémorables, qui ont mieux résisté à l'oubli. » LAHR, *op. cit.*, p. 133.

mat nisi id quod videt, sc. transparentiam status realis sed praeteriti *mediante statu actuali sub « specie praeteritionis » se offerenti*. Ergo.

CONFIRMATUR. — Veracitas memoriae justificationem experimentalem accipit ex eo quod reperimus cognitiones recollectas plane quadrare cum cognitionibus actualibus, vg. quando via in recordatione exhibita omni ex parte concordat cum eadem via prouti eam hic et nunc conspicimus.

IIª PARS : Judicia quibus homo affirmat realitatem (a) sive suorum statuum praeteritorum, (b) sive sui Ego ut substantiae permanentis, sunt objective certa.

I. **De realitate statuum praeteritorum.**

Memoria, maxima cum evidentia, recolimus 1. nos hoc aut illud fecisse, audisse, vidisse, etc., vel hunc aut illum dolorem habuisse ; — 2. has affectiones praeteritas non apprehendimus abstractas a quolibet subjecto, sed apprehendimus eas *ut nostras*, sc. recolimus *nos* fecisse, audisse, vidisse, etc. Atqui, ut elucet ex testimonio conscientiae, judicia de *datis immediatis* memoriae : *hoc feci, hoc audii, hoc vidi*, etc. nihil sunt aliud quam analysis et expressio judicialis *horum datorum*. Ergo tantum valent quantum data ipsa.

II. **De permanentia proprii Ego.**

Sequentia facta nobis evidenter manifesta sunt : 1. Conscii sumus in nobis aliquem actum alii actui immediate succedere (vg. taceo, audio, loquor, etc.), vel ex pluribus affectionibus simul habitis unam evanescere, aliis manentibus ; — 2. Conscii sumus actus qui actuales sunt infra limen conscientiae descendere et postea coram conscientia reapparere ita ut recognoscantur tanquam *nostri* ; — 3. Conscii sumus, ob hanc recognitionem actuum praeteritorum *ut nostrorum* oriri in nobis sensum gaudii vel remorsus moralis. Atqui in his factis apprehenditur modo concreto *permanentia proprii Ego*, seu identitas personalis. Ergo.

MINOR probatur :

1. Ego conscius sum varios status sibi in me succedere, ita quidem ut simul apprehendam me mutari cum diversis hisce statibus successivis, sed non ita mutari ut fiam totaliter alius : nam successio statuum, ut reflectenti patet, ab eo solo percipitur qui videt *prius* et *posterius*, id quod erat *antea* et id quod *postea* occurrit. Ergo idem manet Ego sub statibus recollectis.

2. Varios status praeteritos apprehendo tanquam *mei*, vel tanquam *meos*, et proinde certum mihi est *idem Ego*, qui *nunc* sum, exstitisse antea sub actibus praeteritis, utpote meis.

3. Item explicari nequit quo pacto doleam hodie de culpa ante plures annos commissa, si non sum ille idem qui culpam commisit. Cfr. auctores citati.

Corollaria

I. Hinc falsum est id quod D. HUME, H. TAINE aliique positivistae asserunt, sc. subjectum-Ego non aliud esse quam congeriem vel concatenationem statuum conscientiae. Nam eadem evidentia, qua apprehendo me mutari sub statibus et affectionibus successivis, apprehendo etiam me manere eamdem numero personam, non obstantibus mutationibus meis. Id quod continuo mutatur quin perdat suum esse specificum et personale vocatum est « substantia. » Notio substantiae, tanquam *realitatis cujusdam immobilis sub accidentibus separatis et mobilibus*, est fictio anti-scholastica et ridicula, quam tamen moderni scholasticis attribuere gaudent.

Ex eo autem quod actus sunt concreti et quod, iis transeuntibus, subjectum-Ego non transeat, sequitur distinctio facienda inter substantiam et accidentia, non autem renovatio (re-creatio) continua subjecti-Ego sub actibus successivis. Notandum est voces *sub-stare*, *sub-jacere*, *sub-stratum*, etc. esse metaphoricas.

II. Ex thesi quoque sequitur *tempus* non esse phaenomenon mere subjectivum, ut censuit KANT : experimur

namque durationem modo concreto in successivis mutationibus quibus subjectum-Ego, idem substantialiter manens, continuo afficitur. Nimirum apprehendit homo per conscientiam memoria adjutam *seipsum durantem*, et proinde *suam* durationem, *suum* tempus ; postea alias durationes per experientiam externam percipit ; quibus perceptis, mensuram aliquam communem ex arbitrio eligit. Hac ratione inducitur ad fingendum tempus quoddam universale, essentialiter mensurans ideoque relativum, cujus fundamentum existat in rebus experientia notis (1).

Difficultates.

1. Homines saepissime conqueruntur de infidelitate suae memoriae. — 2. Nonnulla facta *amnesiae* circumferuntur, quibus ostenditur testimonium memoriae non negative tantum sed etiam positive falsum esse. — 3. Item facta sat multa *hypermnesiae* et *paramnesiae* inducunt mentem in errorem positivum. R. Haec accidunt circa data mediata, non immediata, vg. circa determinata adjuncta loci vel temporis, etc. (2) — 4. Occurrunt etiam circa data immediata : vg. obviam mihi venit in via aliquis nunquam a me visus, et tamen subito mihi incidit in animum certitudo hunc hominem fuisse a me jam visum. R. Haec certitudo se offert cum charactere plenae evidentiae, n ; se offert cum aliqua anxietate affectus et mentis, c (3). — 5. Praeteritum nequit attingi ; nam jam non est. R. Attingitur mediantibus vestigiis praesentibus.

Sommaire. — Grâce à la mémoire, le passé n'est pas entièrement passé. Il reste présent, il transparaît dans un vestige de lui-même qu'on appelle souvenir. *Le souvenir n'est pas le passé : le passé est passé ;*

(1) Cf. Lahr, *op. cit.*, p. 114, 119, 133 ; — Cardinal Mercier, *Crit. gén.*, p. 364.

(2) Cf. Th. Ribot, *Les maladies de la mémoire* [11] (Alcan 1911).

(3) Cf. Dr Grasset, *Le Psychisme inférieur* (Rivière 1906), pp. 221 sqq. ; — Dr Emile Laurent, *Rev. de Phil.*, 1903, p. 513 ; — H. Bergson, *Le souvenir du présent et la fausse reconnaissance* (*Rev. phil.*, déc. 1908, pp. 561-593).

le souvenir est présent ; mais c'est quelque chose de présent qui est un rappel du passé. « Pour qu'il y ait souvenir proprement dit, ce n'est pas assez qu'une idée reparaisse à la conscience, il faut encore qu'elle soit reconnue *comme lui ayant été déjà présentée »* (Lahr, p. 130). *La reconnaissance du passé se fait par la constatation de différences essentielles entre le souvenir d'une part, et, d'autre part, les sensations actuelles, les données imaginatives et les purs concepts de l'esprit. Ces différences dûment constatées obligent l'intelligence à rejeter dans le passé le phénomène qui se* re-présente *dans le souvenir.*

Les prétendues erreurs de mémoire sont d'abord des absences *de mémoire, d'où l'esprit prend occasion de juger positivement qu'une chose n'a pas eu lieu puisqu'il n'en a pas le souvenir ; ce sont ensuite des cas de* confusion *entre états semblables : de ce que je ne distingue pas un tableau d'un autre tableau vu précédemment, je juge que c'est le même tableau que je vois une seconde fois. Hormis les cas anormaux d'amnésie ou de paramnésie, la réflexion suffit à sauver l'esprit de l'erreur.*

Avec les états passés, c'est le moi *lui-même que la mémoire rappelle. Car ces états passés, ce sont* les miens, *ou plutôt c'est moi tel que j'étais* jadis. *Et comment y aurait-il pour le moi un* jadis *et un* maintenant, *sinon parce que le moi dure, parce que c'est le même moi qui était* jadis *et qui est* maintenant ? — *L'identité ou la permanence du moi est la condition ontologique du souvenir ; et, logiquement, le souvenir prouve l'identité ou la permanence du moi. Je change, sans doute, mais non du tout au tout, je me reconnais foncièrement le même dans les états par lesquels je* passe.

CAPUT II

DE EXPERIENTIA EXTERNA

SEU

De Perceptione Sensibili

Cognitio specifice humana est ordinis non sensibilis sed intellectualis : nempe constituitur *judiciis* quibus homo praedicata certa, mediante copula *est*, variis subjectis tribuit. Attamen ad hanc efficiendam attributionem omnes hominis facultates suo modo concurrunt. Etenim quid res sint in seipsis et quaenam praedicata eis competant, intellectus nequit directe intueri, sed solummodo indirecte sc. in effectibus rerum et quidem sensibilibus. « *Nihil est in intellectu quod non prius fuerit* (aliquo modo) *in sensu.* » Intellectus quidem judicat de rebus, tum prout apparent sensibus, tum prout sunt in se ; sed, ut de rebus in se judicium ferat, opus habet relationibus sensuum.

Jamvero quid valeant hujusmodi relationes sensuum in capite praesenti dicendum venit. Cum autem nequeat sensus, utpote non reflectens, seipsum justificare, intellectus erit perceptionem sensibilem examini subjicere et de valore ejus sententiam ferre.

Praeambula

I. **Litigium.** — Non desunt philosophi (*idealistae*, *subjectivistae*, etc.) qui cognitionem humanam restringant ad facta interna. Omnis cognitio, inquiunt, conscientiâ perficitur ; conscientiâ autem nihil potest attingi praeter ipsam conscientiam. Quapropter, si quid affirmatur de rebus extra conscientiam positis, id haberi nequit tanquam scientifice cognitum.

Nos vero, cum majore parte hominum, contendimus : 1. conscientia vel potius sensatione conscia, tanquam *medio quo* aut *in quo*, cognosci facta externa (existentias extra-

subjectivas) ; — 2. eadem conscientia, ope inductionis magis minusve spontanea, cognosci facta externa tanquam *corpora*, tum *numerice* tum etiam *specifice distincta* : id nimirum constare censemus mediantibus qualitatibus sensibilibus quibus sese nobis manifestant.

II. **Difficultas componendi litigii.** — Quibusdam auctoribus, quos citare per tempus non licet, solutio controversiae modo statutae facillima videtur. Ita rem sibi fingunt : — *a*) Nihil est tam evidens, ideoque nihil est tam certum quam existere res quae sensibus observantur, eoque modo quo observantur. Omnis scilicet sensatio est *intuitio quaedam ;* atqui in omni intuitione essentiale est ut apprehendatur objectum ipsum realiter praesens (1). — *b*) Eadem sententia

(1) « Pour les scolastiques, ceux d'autrefois et ceux d'aujourd'hui... la perception est immédiate ; elle atteint l'objet même, dans son être propre, non sans doute quant à toutes ses déterminations, quant à tout ce qu'on pourrait connaître de lui ; mais ce qu'on en connaît est bien de lui. Et comment savons-nous qu'il y a véritablement *perception* immédiate, et non simplement *conception ?* La réponse est simple : cela ne se prouve pas, cela se constate, c'est plus clair, plus évident, plus certain que toute autre donnée de connaissance. Toute conception, toute perception interne, n'a lieu et ne prend de sens pour nous qu'en dépendance d'une perception externe antécédente ; le *Cogito* lui-même ne fait pas exception : je ne m'atteins pas à vide, mais seulement comme connaissant un objet, et d'abord un objet qui n'est pas moi ; le moi « ne se pose qu'en s'opposant. » Au reste, essayez en partant d'une simple conception, d'aboutir à la notion d'*objet extérieur*, vous n'y arriverez pas et vous en serez réduit à la distinction précaire des états forts et des états faibles.

Il reste bien encore, dans la philosophie scolastique, un problème critique : il s'agit de discerner dans les cas concrets, l'élément *perçu* et l'élément *conçu* ou rappelé, dont l'étroite connexion et les fréquentes interférences causent les « erreurs des sens », l'hallucination, etc. Mais l'existence et la *nature* de l'objet perçu ne peuvent faire question. Et les néo-scolastiques, instruits par une triste expérience que n'avaient pas leurs devanciers, estiment que sur ce point l'intransigeance absolue est de rigueur. » Paul Gény, *Une nouvelle théorie de la connaissance* (Tournai, Casterman 1909), pp. 10 sq.

confirmatur : 1) *a posteriori*, ex eo quod homines nondum infecti doctrinis systematicis (sc. major pars humani generis) de objectivitate sensationis nullatenus dubitant ; — 2) *a priori*, ex eo quod facultates externae, vi definitionis ideoque essentialiter, sunt *facultates*, i. e. media ad percipiendum apta. Porro nisi existat extra nos id quod facultates referunt, non essent media apta, et proinde dicendae essent simul *facultates* et *non-facultates*, quod profecto repugnat in terminis.

Aliis, e contra, videtur quaestio de objectivitate perceptionis sensibilis esse problema stricte dictum, imo nonnihil intricatum et subtile (1). Propterea oportet ut positio problematis dilucide declaretur.

III. **Positio problematis.** — Vix potest intelligi problema nisi prius statuantur facta ex quibus originem ducit.

A. ***Statuuntur facta.*** — Sequentia facta observatione *vulgari* constant :

Primum : Homines, ne scepticis quidem exceptis (cf. S. Aug., *Contra Acad.*, III, c. 9), persuasione invincibili tenent objecta quaedam sibi apparere (i. e. a se percipi), tanquam a se distincta et extra se posita. Haec objecta sese produnt ut qualitatibus quibusdam praedita, illis sc. quae sensibus percipiuntur, vg. apparent tanquam extensa, co orata, sonora, etc. (= *sentiment d'extériorité*).

Secundum : Homines affirmant objecta sic apparentia existere extra actum perceptionis seu independenter ab actu perceptionis (*jugement d'extériorité*). Nimirum : 1. affirmant id quod apparet *esse aliquid* seu *aliquod ens actualiter existens* (= *jugement d'existence*) ; — 2. esse aliquid determinatum, sc. extensum, coloratum, sonorum, sapidum, odorum, resistens, etc. (= *jugement d'attribution*); — 3. ex complexu determinationum sensibilium transitum faciunt ad affirmationem determinatae substantiae : vg. hoc

(1) Cf. Brunetière, *Sur les chemins de la croyance*, pp. 53 sq ; 161 sq. ; — Aug. Valensin, *Criticisme Kantien*, Dict. *Jaugey-d'Alès*, col. 750.

est *arbor*, hoc est *panis*, *ferrum*, *aurum*, *animal*, *homo*, etc. (= *jugement de nature*) ; — 4. Nihil tam certo existere arbitrantur homines quam id quod oculis videtur, auribus auditur, manibus contrectatur, etc. Testes *oculati* specialem auctoritatem ubique nanciscuntur. Res intellectui certa dicitur *videri*, *apprehendi*, quasi *palpari*, etc. ; quibus verbis nihil fortius in ordine certitudinis exprimi potest.

Tertium : Homines aliquid discriminis subintelligunt inter qualitates quas objectis externis tribuunt. Ex. gr. in judiciis : arbor est *viridis*, campana *sonat*, sol est *rotundus*, marmor est *durum*, equus *currit*, etc. nemo non sentit praedicatum tribui subjectis diverso modo ac in sequentibus : lana est *calida*, vinum est *generosum*, hic cibus est *constrictivus*, haec mors est *luctuosa*, etc. In prioribus judiciis praedicata seu qualitates attributae habent sensum magis *absolutum*, in posterioribus vero magis *relativum*.

B. ***Explicatio psychologica factorum.*** — Inquirunt psychologi quo pacto inducta sit primitus distinctio inter facta interna et facta externa, inter τὸ *Ego* et τὸ *non-Ego*. De qua re plures habentur sententiae :

1. *Perceptionistae* dicunt : aeque immediate attingitur duplex realitas : sc. *propria* (sensu intimo seu conscientia) et *aliena* (sensibus externis).

2. *Illationistae* dicunt dualitatem non esse primitus datam, et proinde paulatim acquiri mediante illatione aliqua. Sed non eodem modo explicant processum illationis.

a) Alii (vg. V. Cousin) dicunt : infans *primitus* attingit status sibi internos, sed pro eo nihil distinctum est a τῷ *Ego*. Postea vero multas repraesentationes paulatim removet a se seu *projicit*, alias autem non projicit : sic efformat sibi *objecta* quibus opponit *subjectum*. Repraesentationes extra aut intraponit, prout earum *causa* ei videtur *externa* aut *interna*.

b) Alii (Bergson [1], Rayot [2], Malapert [3], Pierre

(1) *Matière et Mémoire*, p. 36-37.
(2) *Cours complet de philosophie* [2], p. 92.
(3) *Leçons de philosophie*, t. I, p. 349.

CHARLES (1), etc.) hanc extrapositionem rejiciunt et ei substituunt aliquam « subjectivationem », qua, ratione inversa, conscientia subjectum, non primitus datum, sibi efformat, cui consequenter opponuntur objecta. Nempe, primis initiis fluctuat conscientia veluti in oceano repraesentationum indistinctarum, i. e. quae neque subjectivae neque objectivae sunt ; ideoque discrimen inter *Ego* et *non-Ego* nondum existit. Mox vero aliae repraesentationes discernuntur ab aliis propter characteres sui generis quibus indutae apparent ; aliae fiunt *corpus nostrum* nobismetipsis identicum ; aliae fiunt *aliena corpora*.

C. ***Explicatio criteriologica factorum.*** — Explicatione psychologica problema de cognitione sensibili manere integrum ex eo jam manifesto patet quod ea explicatio defenditur a nonnullis psychologis, qui nihilominus idealistae sunt. Quaeri enim potest *quo jure* aliquas repraesentationes faciam mihi identicas, alias autem a me distinctas.

Revera incipit problema cum *quaestione juris*. Inquiritur utrum homines judicantes ut dictum est sub A *recte* judicent ; utrum distinguentes τὸ *Ego* et τὸ *non-Ego*, ut dictum est sub B, *recte* distinguant ; uno verbo, *utrum hujusmodi operationes possint coram intellectu defendi et ratae haberi*.

Problemati instituendo ansam praebent errores, illusiones, contradictiones hominum ; caeterum curiositas philosophica impellit nos ad causas factorum (et proinde judiciorum de rebus externis) inquirendas.

IV. **Divisio problematis.** — Quaeritur *in genere* qua ratione justificari possint certitudines spontaneae de mundo sensibili, seu utrum relationibus sensuum vere doceamur aliquid de rebus in se. In specie vero tria distinguuntur problemata : PRIMUM : utrum existat aliquis mundus extra nos. SECUNDUM : utrum existat cum iis sive qualitatibus sive naturis quibus se sensibus offert, an cum qualitatibus analogicis

(1) *Le Perceptionnisme* dans *Rev. de Phil.*, 1907, t. II, pp. 638 sqq.

tantum. Haec problemata versantur circa *realitatem* ipsam mundi externi. TERTIUM spectat ad *modum* quo innotescit haec realitas : utrum *credatur* ex caeco quodam instinctu, an intellectu *cognoscatur* et quomodo ; an *directe* seu *per identitatem*, an *indirecte* seu *per repraesentationem ;* an cognoscatur ratiocinio, quo ratiocinio, etc.

V. **Praecipuae Sententiae.** — Quoniam auctores saepe easdem doctrinas diversis appellationibus designant, sedulo attendendum est quis sensus subjaceat vocibus quibus unusquisque scriptor utitur.

A. Circa REALITATEM mundi externi opponuntur *Idealismus* et *Realismus :*

1° ***Idealismus*** dubitandum esse statuit num existat realitas externa, tanquam cognita : negat cognosci quidquam praeter facta psychica. Haec doctrina vocatur quoque *Subjectivismus.* Si dubitat, dicitur *Idealismus scepticus ;* si positive affirmat non cognosci corpora, dicitur *Idealismus dogmaticus.*

Spectata extensione sua, *Idealismus* est : 1. *absolutus*, si quamlibet realitatem denegat ab actu cognitionis (a repraesentatione) distinctam. Ita Germani : FICHTE, SCHELLING, HEGEL, etc. ; neo-critici Galliae : RENOUVIER cum suis. Huic proxime accedit *solipsismus* (vox a LEIBNIZ condita), qui unum Ego retinet, et praeter ipsum, sed ad instar rei possibilis, alia subjecta sui conscia ; — 2. *relativus* vel *partialis*, si explicite concedit aliquid existere a proprio Ego distinctum. Ita, vg. *Idealismus acosmicus*, vel *immaterialismus*, a G. BERKELEY inventus ; *Idealismus transcendentalis* Kantianus, in quo res in se existit quidem sed incognita ; *Agnosticismus* positivistarum, praesertim H. SPENCER (quem ipse *Realismum transfiguratum* appellavit).

2° ***Realismus*** tenet existere res externas certitudinesque nostras de his rebus posse coram intellectu justificari. Inter *Realistas*, alii sunt *absoluti* seu ingenui, qui tenent res externe existere sicut apparent, ob hanc rationem quia ita

apparent, vel quia sponte naturae ferimur ad apparentias illas rebus ipsis tribuendas. Alii sunt *moderati* vel *critici*, qui censent res existere quidem externe, sed non necessario secundum modum quo apparent, vg. sol existit sed non est bipedalis, etc. Attamen realistae moderati multis gradibus inter se differunt.

B. *Circa* MODUM QUO INNOTESCIT *realitas externa*, omisso « *instinctivismo* » Scholae SCOTICAE, cui accedunt BALMÈS aliique (1), opponuntur sibi *perceptionismus* (vel *intuitionismus*) et *conceptionismus* (vel *interpretationismus*).

1° ***Perceptionismus*** docet rem externam apprehendi sensibus directe, per identitatem, sine ullo intermedio *in quo*, eo fere modo quo conscientiâ apprehenduntur facta interna.

2° ***Conceptionismus*** docet res externas apprehendi in sua similitudine intentionali, i. e. in aliquo sui effectu homini interno, ex quo, mediante ratiocinio, transitus fit ad realitatem externam. Ut transitus iste efficiatur, confugit CARTESIUS ad veracitatem divinam, N. MALEBRANCHE ad revelationem ; alii invocant principium causalitatis. Ita

(1) Je lis par exemple dans la *Revue du Clergé français* (1er oct. 1903, p. 316) les lignes suivantes : « La raison condamne-t-elle les sceptiques, les dilettantes ? Non, la raison ne les condamne pas. Mais c'est ici que cette raison imbécile dont parle Pascal nous apparaît dans toute sa faiblesse. Non, la raison ne condamne pas les sceptiques, mais gardons-nous pourtant de les excuser. La raison ne nous fournit pas le fondement de la certitude, mais gardons-nous de croire que ce fondement n'existe pas. Où donc se trouve-t-il ? La nature ou plutôt Dieu l'a mis en nous : c'est la nécessité où nous sommes, à laquelle nous ne pouvons échapper, d'admettre la vérité de nos perceptions extérieures et intérieures et la légitimité de nos raisonnements. Notre nature est ici plus forte que la raison ; elle nous met dans un besoin absolument irrésistible de croire à cette vérité sans motifs, sans preuves ; elle exige de nous une adhésion aveugle, mais inévitable : et l'acte de foi devient ainsi la base première de nos connaissances, le fondement réel de la certitude. » Ces lignes signées E. FAVIER se trouvent sous la rubrique *Tribune libre*.

V. Cousin (1), Helmholtz (2), Cardinalis Zigliara, Cardinalis Mercier, P. de Munnynck, Fonsegrive (3), Boirac (4), etc., etc.

Nota. *Conceptionistae* saepe vocantur *Idealistae objectivi ;* aliquando etiam *Subjectivistae*, eo quod tenent subjectum-Ego esse unicam realitatem *immediate cognitam*. Sed appellationes hujusmodi rectius vitarentur : sunt enim ambiguae et insuper male sonant.

VI. **Bibliographia.** - Agunt de re nostra :

Abbé de Broglie, *Le Positivisme et la science expérimentale*, t. I ; — Th. Fontaine, *De la sensation et de la pensée* (Louvain 1885) ; — Mgr Farges, *L'objectivité de la perception des sens extérieurs* [2] (Berche et Tralin 1900) ; — Domet de Vorges, *La perception et la psychologie thomiste* (Roger et Chernoviz 1892) ; — Denys Cochin, *Le monde extérieur* (Masson 1895) ; — Cardinalis Mercier, *Crit. gén.*, pp. 358-363 ; *Psychologie*, t. I, pp. 122 sqq. ; *Traité élémentaire de Philosophie*, t. I, pp. 421 sqq. ; - Palmieri, *Inst. phil.*, t. I, pp. 170 sqq. ; t. II, pp. 313-318 ; - Ch. Lahr, *op. cit.*, pp. 86-106 ; — G. Sortais, *op. cit.*[4], t. I, pp. 205 sqq. ; — Abbé Coste, *Subjectivité et Réalité* (*Ann. de phil. chrét.*, jan., mars 1902) ; — H. Goujon, *Quelques réflexions sur l'idéalisme objectif* (*Rev. du clergé français*, 15 mai, 1er juin 1903) ; Abbé Coste, *l'Idéalisme objectif* (*ib.*, 1er août 1903 — réponse au précédent) ; — Abbé H. Dehove, *Sur la perception extérieure* (*Rev. de Phil.*, 1906, t. II ; 1907, t. I) ; — Pierre

(1) Cf. *Cours d'histoire de la philosophie*, leçon 19e ; — *Fragments de philosophie contemporaine*, p. 27 ; — J. Balmès (cf. *Phil. fond.*, t. I, l. 2, c. 1) justifie la certitude *instinctive* que nous avons du monde extérieur, en arguant de ce que Dieu, l'auteur de notre nature et de ses instincts, nous tromperait, si le monde extérieur n'existait pas. C'est aussi, ou équivalemment, le raisonnement de E. Favier, rapporté ci-dessus.

(2) *Optique*, III, p. 579.

(3) *Éléments de philosophie* [2], t. I, p. 188 ; *Essais sur la connaissance*, IV.

(4) *Manuel de philosophie* [2], p. 60.

CHARLES, *Le Perceptionnisme* (*ib.*, juin 1907) ; — P. de MUNNYNCK, *Rev. thomiste*, 1898, p. 399 ; pp. 620 sqq (contra Domet de Vorges) ; — M. de la TAILLE, *M. Brunetière et les théologiens* (*Études*, 1905, t. II, pp. 350-354) ; — P. GÉNY, *Sur la Position du Problème de la Connaissance* (*Rev. de Phil.*, nov. 1908) ; *Le problème critique et la perception extérieure* (*ib.*, sept. 1909) ; *Une nouvelle théorie de la connaissance* (Casterman 1909) ; *La nouvelle Critériologie* (*Études*, 20 jan. 1911). Libri aut articuli de materia nostra tractantes non possunt, prae ingenti numero, citari ; praecipui vero vel hic indicati sunt, vel in operibus hic inscriptis indicati nvenientur.

THESIS XXVII[a]

Mediantibus sensationibus externis (oculorum, aurium, etc.), oriuntur in nobis repraesentationes quaedam objectivae (I), quibus apprehenditur realitas a proprio Ego distincta (II). Hinc judicia de re prout apparet sensibus sunt objective certa (III).

Praenotanda

I. **Conspectus tractationis.** — Quaestio de perceptione sensibili, quae in hoc capite tractatur, *quatuor* theses comprehendet : in I[a] ostendetur dualitas realis, seu existentia extra-subjectiva rei in sensationibus repraesentatae ; in II[a] determinabitur natura rei extra-subjectivae : constabit eam constitui corporibus seu rebus quarum sunt partes extra partes sibi mutuo impenetrabiles ; in III[a] determinabuntur aliae proprietates naturales rei extra-subjectivae (vg. *color*, *sapor*, *sonoritas*, etc.), ex quibus specificatio substrati harum proprietatum (*aurum*, *argentum*, *panis*, *saccharum*, etc.) possibilis erit, imo identificatio individuorum intra eamdem speciem ; in IV[a] solventur nonnullae objectiones.

II. **Voces quaedam definiuntur.** — *a*) *Sensationes* sunt actus sensuum externorum, quorum sunt *quinque : visus*, *auditus*, *gustus*, *odoratus*, *tactus*. Disputant inter se auctores

utrum *sensus thermicus* seu *temperaturae* sit internus an externus. — *b*) *Sensorium* est organum vel pars determinata corporis peculiarem structuram habens et ad sensationes eliciendas inserviens. — *c*) *Sensus* non est organum, sed organum animatum, sc. facultas quaedam organo intrinsece unita. — d) *Repraesentationes* sunt sensationes, seu ii status cuique notissimi in quibus homo conscius est sibi *aliquid fieri praesens*. — *e*) *Repraesentationes objectivae* sunt status illi in quibus id quod fit homini praesens *sese exhibet ut distinctum ab ipso Ego*, et proinde ut *objectum* sensu critico. Dicendum erit num hujusmodi exhibitio sit mera illusio necne. Ex. gr. visione *apparet* mihi *sol* ut aliquod non-Ego ; probandum est solem istum *esse* etiam aliquod non-Ego.

DEMONSTRATIO

Iª PARS : Mediantibus sensationibus oriuntur in nobis repraesentationes objectivae.

Sensus hujus partis. — Assumimus hominem adultum, et dicimus in eo, *de facto*, oriri repraesentationes objectivas cum sensationibus ; omittimus explicationem psychologicam hujusce facti.

Nota. Implicite rejicimus distinctionem quae fit a nonnullis inter sensus *discretivos* et *non discretivos* (1). Sensus enim externi omnes sunt *discretivi*, licet non eodem gradu : nam dualitas, seu apprehensio « exterioritatis », i. e. alicujus realitatis sese exhibentis tanquam distinctae a proprio Ego, est aliquod factum in ordine spontaneo immediate datum, et omni sensationi externae commune.

(1) Cf. J. Balmès, *Phil. fond.*, t. I, p. 299.— Les auteurs sont à ce sujet d'avis très différents. D'après les uns, de toutes les sensations celles de la *vue* nous donnent seules le sentiment d'extériorité. D'après d'autres, il y faut ajouter le *toucher ;* certains ne gardent que le *toucher* et renoncent à la *vue*. D'autres pensent que l'*ouïe* est un sens *discrétif*, ce qui est nié par le grand nombre. Pour moi, je préfère dire, comme le P. de Munnynck (*art. cit.*) : « La sensation — j'ajoute toute sensation — se présente comme objective, comme un témoignage de la réalité objective. »

Arg. I^m. — Analysi conscientiae facta, constat repraesentationes quasdam in nobis oriri, sc. facta psychologica, quae ab aliis factis ordinis psychologici in eo differunt quod iis *aliquid* nobis praesens sistitur (= *objectum*), sese exhibens tanquam distinctum a proprio Ego. Eadem facta analysi, constat eas repraesentationes simul oriri cum operationibus sensuum externorum, ita scilicet ut cessante operatione cesset repraesentatio, vg. visione cessante, sc. clausis oculis, evanescit color, etc. Hujusmodi repraesentationes, teste conscientia, in quinque categorias mutuo irreductibiles dividi constat (sc. *visuales*, *auditivas*, *olfactivas*, *gustativas*, *tactiles*) quibus respective respondent quinque genera sensationum externarum (sc. *visio*, *auditio*, *olfactio*, *gustatio*, *tactio*).

CONFIRMATUR. — In sermone humano experiri nos ipsos videntes, audientes, gustantes, etc. idem significat ac aliquid nobis repraesentari visu, auditu, gustu, etc. Insuper id quod sensatione praesens sistitur, dicitur *apprehendi*, *capi*, *teneri*, etc. quibus verbis exprimitur dualitas quaedam, seu distinctio inter subjectum et objectum.

Arg. II^m.— Analysi conscientiae instituta, tam evidenter patet repraesentationes quasdam objectivas cum *sensationibus* conjungi, ut a longo jam tempore (sc. a tempore ARISTOTELIS) repraesentationes istae vocatae sint « *sensibilia* », quorum duo genera distincta sunt : — 1° *sensibilia propria*, quae attinguntur unico sensu, sc. *color*, *sonus*, *sapor*, *odor*, *resistentia* ; — 2° *sensibilia communia*, quae attinguntur pluribus sensibus, sc. *motus*, *quies*, *numerus*, *figura*, *magnitudo* (1).

NOTA. Praedicta sensibilia vocantur a Scholasticis *sensibilia per se*. His opponitur *sensibile per accidens*, quod in sensus non agit *per se*, sed conjunctum est cum eis quae *per se* sensus afficiunt et determinant (2). Tria requiruntur ut aliquid sit sensibile *per acci-*

(1) Ch. LAHR, *op. cit.*, t. I, pp. 87 sqq.

(2) Cf. S. Th., *De anima*, l. II, lect. 13 ; — C^us ZIGLIARA, *Summa Philosophica* [8] (1882), t. I, p. 205 sq.

dare. 1° ut sint aptae ut sensum excitent, vel impressionem aut motum quod agit; 2° ut existat aliqua facultas in sentiente, quae per eas impressiones; 3° ut facta prima impressione a facultate per eas objectum percipiatur, h. e. *Video mel dulce*. Propria vero aliquid non relativum — ensemble per se — sed cum illo relativo conjuncta seu substantia media inter subjectum, quod sentit, et sensum per accidens, subjectum medio sensu objectum per se sentiens, dulcem mellis vel objectum per se praesens.

Conclusio. *Repraesentationes sunt aliquid reale, aliquidem distinctum.* Omnia in vasta prorsus Unde praesunt. Sensationes sunt aliquae vitales psychicae objectivae sunt aliquid quod se praebet et distinctum a proprio Ego. *Ego videor, sonus, etc.*

II- PARS: Mediantibus repraesentationibus apprehenditur realitas a proprio Ego distincta.

Praenotanda

I. *Sensus hujus partis.* — Nunc tractatus fit ex repraesentationibus vel externae ad rem ipsam externam. Prima pars suffecit ad probandum *indicia de apparentibus* aliquid fit nobis praesens seu *apparet* tanquam *odoratum, sonorum, saporum*, etc. Literam quaestionis et utrum id quod fit praesens seu apparet exstet extra nostras repraesentationes seu apparitiones, remanebat dubium. Pars affirmativa quidem, sed generice tantum. Hoc nempe amoenum — id quod nobis apparet ut odoratum, sonorum, saporum, etc. et quod mihi — sibi — sui — *Petrum* —, etc. exstet tanquam aliquid a meo Ego distinctum, i. e. non est mihi extra me, sed quid est extra me existens distinctum. — Hae igitur pars particularius judicia exteriorizata vel existentiae.

II. *Status sententiarum.* — Cf supra, p. 381 : Haec forma non generali assertum nostrum sua negatur a C. Berkeley, neque ab E. Kant (exstat res in se, noumenon) neque a *Positivistis* (exstat aliquid = absolutum = incognoscibile), neque a *Progressistis* sed solummodo ab *Idealistis* absolutis (Fichte, Schelling, Hegel, Schopenhauer, etc.) per quos tantum est repraesentatio mentis. Realismus et

probabilem accipiunt ii philosophi qui principio causalitatis vim mere empiricam tribuunt, vg. D. HUME, etc.

2. Nihilominus magna viget dissensio auctorum circa modum transeundi a repraesentatione rei in subjecto ad existentiam rei extra subjectum. Pro PERCEPTIONISTIS, existentia rei extra subjectum est aliquid immediate *datum*, utpote ipsi sensationi essentiale ; illi proinde negant suppositum, sc. transeundum esse a subjecto ad objectum, et sic problema de objectiva realitate mundi externi e medio tollunt. Pro aliis, existentia rei extra subjectum est aliquid ratiocinio conclusum.

3. Nos, omissis perceptionistis, *quippe qui nostris argumentis non indigent*, ita statuimus demonstrationem nostram ut possit inservire ad Idealistas dedocendos. Positio igitur nostra (sc. *conceptionismus* vel *idealismus objectivus*) est methodica et « tactica » ; eaque sola adhiberi potest cum hominibus qui perceptionismum non capiunt.

III. ***Conditiones subjectivae***.— Ad apparentias utcumque percipiendas, nihil aliud requiritur quam *facultas* percipiens, gradus *attentionis* minimus qui necessarius est ut sensatio sit conscia, et *sanitas mentis* ut non attribuatur apparentiae imaginatae (sc. imagini) realitas apparentiae externae : secus hallucinatio (1) haberi posset.

Arg. (2) — Repraesentationes, quas ex I[a] PARTE constat in nobis adesse, sunt contingentes : etenim oriuntur, durant aliquandiu, evanescunt, etc. ; nec sumus semper videntes nec semper videntes A aut B. Atqui (I) omne ens contin-

(1) « L'hallucination est un état morbide dans lequel on perçoit clairement une sensation sans la présence d'un objet apte à la provoquer. Autrement dit, l'hallucination est la *perception réelle d'objets imaginaires*, c'est-à-dire qu'on voit, qu'on entend réellement ce qui n'existe pas en réalité. Cette définition la distingue de l'*illusion*, qui est la *perception fausse d'un objet réel*, c'est-à-dire qu'on ne voit pas l'objet tel qu'il est. » D[r] VIGOUROUX, *Médecine pratique*, t. III, p. 145. — Il est clair que l'hallucination morbide ne se guérit pas par la Critériologie.

(2) Cf. C[al] MERCIER, *Crit. gén.*, pp. 358 sqq.

genter existens postulat causam sibi proportionatam. Ergo repraesentationes quae in nobis sunt postulant causam sibi proportionatam. Jamvero (II) haec causa non est in nobis. Existit igitur extra nos.

I^a MAJOR statuit factum conscientia notum, et ab omnibus etiam scepticis et idealistis concessum.

I^a MINOR est applicatio principii *rationis sufficientis*, vel potius *causalitatis*, cujus valor absolutus in *Criteriologia generali* (TH. XII et XIV) demonstratus est.

II^a MINOR. — *Haec causa non est in nobis.*

Conscii sumus repraesentationes externas (*quoad specificationem suam*) oriri in nobis sine nobis, ita scilicet ut relate ad eas nos quasi passivos seu indifferentes habeamus. Idque admittit KANT (1) (pro quo *sensibilitas* est *passivitas* aliqua), admittit quoque FICHTE (2), admittit STUART MILL (3), non secus ac S. THOMAS (pro quo sentire est quoddam pati).

Scilicet 1° non oriuntur repraesentationes *a nostra voluntate :* clarum est nos non sentire quidquid volumus ;

---

(1) « Kant répète plusieurs fois, au cours de sa *Critique de la raison pure :* « Le contenu empirique de l'intuition nous est *donné* » ; « la partie empirique de l'intuition est *donnée du dehors* » ; la connaissance a deux sources, savoir la *réceptivité* des impressions et la spontanéité des concepts : par la première, *l'objet est donné*, par la seconde, il est pensé. » N'est-ce pas dire que le contenu de la connaissance expérimentale possède une *réalité* indépendante de nos représentations ? » C^al MERCIER, *l. cit.*

(2) « Fichte lui-même reconnaît que l'épistémologie doit prendre pour point de départ *le fait* qu'il y a dans le contenu de la conscience deux parts, l'une mobile, soumise aux contingences des représentations d'un chacun, l'autre indépendante de nos représentations et inséparable de ce qu'il appelle *le sentiment d'une nécessité* (*Fichte's Werke*, I, 419). » ID., *ibid.*

(3) « Le sceptique niera-t-il que, lorsque nous avons une impression nous ayons une certitude ou conviction que nous l'avons ?... Dans l'acte de la perception extérieure, la conscience donne comme un *fait* double l'existence du moi en tant que percevant et l'existence d'une chose différente du moi en tant que perçue. Or, il est absolument impossible de douter de la *réalité* de ce fait comme donnée subjective. » *La Philosophie de W. Hamilton* (trad. Cazelles), pp.148-149.

2° Neque *ex imaginatione :* discrimen enim ingens intercedit inter *imagines* quae sunt fructus imaginationis, et *repraesentationes sensibiles :* 1. Priores subjiciuntur liberae voluntati, ita quidem ut possint pro lubitu mutari, ut partes unius imaginis possint misceri cum partibus aliarum imaginum, et proinde non sunt fixae et stabiles. Posteriores vero (quoad specificationem suam) sunt independentes a voluntate ; constituuntur elementis fixis et stabilibus, certo modo inter se cohaerentibus. 2. Insuper imagines sunt repraesentationes minus vividae (« *état faible* ») ; sensationes vero sunt magis vividae (« *état fort* ») (1).

3° *Neque ab alia causa subjecto interna sed inconscia* (2) :

(1) Cf. PALMIERI, *l. cit.*; — J. BALMÈS apud MERCIER, *l. cit. :* — Th. DESDOUITS in *Ann. de phil. chrét.* (nouvelle série, t. 32) 1895, pp. 486-489.

(2) M. l'abbé COSTE (*Ann. de phil. chrét.* février 1902, pp. 578 sq.) écarte par les considérations suivantes l'hypothèse d'une production inconsciente du moi :

« Les sens perçoivent leur objet, ils ne le produisent pas. Aucune faculté n'est capable de remplir ce rôle. La conscience, qui s'attache pour le moins à la plus grande partie de nos actes, n'en désigne aucun à notre choix. Par les fréquentes contrariétés qu'elle éprouve dans ses tendances, la volonté nous montre qu'elle n'est pour rien dans la production de l'objet perçu. Les intelligences individuelles ont un pouvoir trop restreint pour qu'il nous soit permis de leur attribuer ce résultat. Comment ! sous l'influence de la volonté qui l'applique à son objet, la dirige dans sa marche, exclut les pensées superflues, suscite les images utiles, ma raison donnerait le jour à des œuvres d'art bien ternes, à des écrits scientifiques souvent inexacts, et par un acte subit, sans travail préparatoire, elle enfanterait en moi, sous le couvert d'apparences sensibles, les magnifiques peintures de Raphaël, les suaves mélodies de Beethoven, les sublimes tragédies d'Homère, de Corneille ou de Racine, les fécondes découvertes de Newton et de Laplace ! Non, cela ne se peut ; la disproportion est évidente. Elle devient plus évidente encore, si l'on vient à supposer l'intervention d'un principe interne, inférieur à l'intelligence. L'imagination suit la perception ; elle ne la fait pas. Le recours à un instinct inconscient et aveugle ne serait pas plus heureux. Comme tout ce qui est naturel, l'instinct suit des lois uniformes. Ses œuvres peuvent avoir une certaine variété ; elles ne sont pas libres. Le cadre où il se meut ne connaît pas l'arbitraire. Dans la

Nam discrimen detegi potest inter ea quae originem habent in subjecto (vg. dolor capitis vel dentium, phantasmata febricitantis vel somniantis) et ea quae extrinsecus proveniunt. Nam priora connectuntur cum aliis statibus subjectivis, a quibus ita pendent ut, his mutatis, mutentur pariter et ipsa ; vg. dolor dentium vel capitis tolli potest sublata causa subjectiva valde determinata, quacum naturali nexu connectitur. Hujusmodi nexus subjectivi detegi possunt legibus inductionis. Posteriora vero nullo modo connectuntur cum aliis statibus subjectivis, ita scilicet ut oriantur, durent, evanescant sine ulla lege quae possit inductione determinari.

Ex. gr., in subjecto *sensu* viam publicam sedenti innumerae atque diversissimae succedunt sibi repraesentationes sensibiles, quarum causa proportionata nequit esse solum subjectum. Idem homo claudens et aperiens oculos videt modo equos, modo homines, modo currus, etc. Porro *a)* haec diversitas visionis non provenit ab ejus actione subjectiva, quae semper eadem est (sc. claudere et aperire oculos). Ergo pendet quidem a subjecto *exercitium* (*videre* vel *non videre*), non autem *specificatio* (*videre hoc* vel *illud*). — *b)* Neque provenit haec diversitas visionis ex ignota quadam mutatione interna. Accidit enim ut, in eodem contextu psychologico, aliqua objecta sibi succedant vel penitus evanescant, dum alia immota stant, vg. coram oculis succedunt sibi homines, equites, currus, etc., manentibus interea muris, domibus, aliis etiam hominibus. Ergo objecta visa non pendent a mutatione interna. — Accidit etiam ut objecta quaedam nunquam mutentur, quaecumque excogitetur mutatio subjectiva, vg. murus, domus, ecclesia, etc. (1).

---

perception des images par les sens, nous ne retrouvons pas ces caractères de l'instinct ; les images sont loin de se suivre d'après un plan nécessaire et immuable ; leur retour n'a pas une connexion indissoluble avec l'identité des circonstances. Aussi aucun psychologue ne s'est avisé de rechercher les lois d'après lesquelles l'arrivée de nos sensations serait réglementée. » Cf. Tongiorgi, *op. cit.*, t. I, p. 299.

(1) « Quand j'applique ma main au mur de ma chambre, j'entre en commerce avec un objet qui n'est plus moi-même, dont l'exis-

Dicendum est igitur inter status subjectivos (sive eosdem, sive variis modis mutatos) et repraesentationes objectivas nullum nexum intercedere. Ergo repraesentationes objectivae non habent suam causam in aliquo statu subjectivo, seu non proveniunt ab aliqua causa subjecto interna sed inconscia.

IIIª PARS Judicia de re prout apparet sensibus sunt objective certa.

Arg. — Admissa Iª et IIª PARTE thesis, licet sequentia judicia ferre : aliquid mihi *apparet* ut extensum, coloratum, resistens, etc. (Iª p.); illud *est* aliqua realitas extra me existens (IIª p.). Atqui haec judicia sunt metaphysice certa. Ergo.

MINOR :

1. *Judicium de apparentiis :* « aliquid mihi apparet ut extra me, extensum, coloratum, etc. » est metaphysice certum ex testimonio conscientiae.

2. *Judicium de existentia :* « illud quod mihi apparet ut extra me, extensum, coloratum, etc. *existit* » est metaphysice certum ex principio causalitatis, quia habetur nexus necessarius inter apparentiam rei et causam ejus extra-subjectivam (1).

---

tence est indépendante de la mienne... Que, dans quelque temps d'ici, je vienne à mettre de nouveau la main sur le mur en question, j'éprouve une seconde fois le même phénomène de résistance. Même effet encore, si je répète l'expérience une troisième fois, et si souvent que je la répète. D'où j'infère qu'il y a en dehors de ma sensation une réalité qui subsiste en son absence, une réalité qui porte en elle un principe permanent. L'astronome qui mesure l'orbite de la terre ne saisit cette planète qu'à certains points de son parcours ; et ces points, il les relie à l'aide de lignes que l'expérience ne lui a pas fournies. C'est par une méthode analogue que le psychologue achève la preuve du monde extérieur. » Cl. PIAT, *Un revenant éternel* (*Correspondant*, 25 oct. 1895, pp. 357-358).

(1) Le jugement *existentiel* serait, d'après les perceptionnistes, *aussi immédiatement* évident que le jugement *apparentiel*. « Nous avons la conviction qu'ils font erreur, « dit le Cⁿᵃˡ MERCIER, *Crit. gén., l. cit.*

Corollarium. — *De infallibilitate sensuum.*

Sensus, intra limites sui objecti, neque errant neque decipiunt : non errant, quia non judicant ; non decipiunt, quia referunt rem prout apparet. Nempe repugnat rem non apparere sicut apparet ; jamvero apparere sensibus est idem ac referri a sensibus, et vice versa. « Per hoc quod sensus ita nuntiant sicut afficiuntur, sequitur — ait S. THOMAS — quod non decipiamur in judicio quo judicamus nos sentire aliquid ; sed ex eo quod sensus aliter afficitur interdum quam res sit, sequitur quod nuntiet nobis aliquando rem aliter quam sit, et ex hoc fallimur per sensum circa rem, non circa ipsum sentire. » (1) Vg. baculus in aqua mersus refertur ab oculis tanquam fractus, quia reipsa ita oculis apparet. Quare si dico : *baculus apparet fractus* (= judicium apparentiale), rectum est judicium ; si dico : *baculus est fractus* (= judicium existentiale), falsum est judicium. Oculus refert baculum *ut apparet* in aqua, non *ut est in se.*

Difficultates.

1. Mundus externus tali modo sese manifestat nobis ut ejus realitas nequeat in dubium revocari, idque propterea quia est maxime evidens ; imo nihil est evidentius quam existere mundum externum. R. Evidentia mundi externi est evidentia *sensibilis*, non *intellectualis*. Evidentia *intellectualis* est *de re prout est* (*ens* est objectum intellectus) ; evidentia *sensibilis* est *de re prout apparet.* Jamvero potest esse res apparens ubi nulla est res existens, vg. *fractio* baculi apparet etsi nulla est. Quare transitus ab apparentiis ad realitatem debet intellectu justificari ; secus habemus *realismum ingenuum.* — 2. Realitas externa potest esse Deus. R. Hoc sufficit ad praesentem thesim, sc. hoc sufficit ut existat aliquid praeter τὸ Ego. — 3. Potest esse hallucinatio, « fata morgana », etc.— R. *a*) Supponimus statum normalem in quo subjectum percipiens distinguere possit

(1) S. TH., I, 17. 2.

inter imaginem et sensationem, vel utrum se habeat active an passive respectu repraesentationum quas in se experitur. — *b*) Notandum est ex psychologia experimentali nullas esse hallucinationes ubi non praeiverunt proprie dictae sensationes. — 4. Causa nos determinans ad sentiendum est species impressa, quae est aliquid intra nos. — R. Species oritur in me *ab intra*, n ; me afficit proveniens *ab extra*, c. Caeterum hic de speciebus impressis nihil novimus.

Sommaire. — *La certitude du monde extérieur doit être basée sur une évidence intellectuelle. L'évidence sensible, celle qu'ont les animaux dénués d'intelligence, ne saurait suffire. Celle-ci nous conduit à affirmer spontanément l'existence réelle des choses manifestées aux sens. Mais peut-on justifier cette affirmation spontanée ?*

Le perceptionisme répond que l'évidence sensible, réflexivement constatée, est elle-même la meilleure, sinon l'unique, justification. Il est absurde de prouver l'existence d'un monde dont la réalité nous est immédiatement donnée (1).

---

(1) Le *perceptionnisme* (ou *intuitionnisme*) enseigne que l'*objet perçu* par les sens est identiquement l'*objet extérieur* ; il soutient que nous atteignons le dehors de nous-même de la même manière, je veux dire aussi immédiatement, que le dedans, et donc aussi immédiatement que nos états de conscience. Il s'ensuit que l'erreur, impossible sur les données internes, l'est également sur les données externes.

Si nous percevions nos états de conscience dans une représentation, et non intuitivement et par identité, on pourrait se demander si cette *représentation* les *présente* exactement, si elle ne les trahit pas en les défigurant. Il faudrait, en conséquence, se mettre en quête d'un critère qui permit de découvrir quels états de conscience *sont* tels qu'ils sont *représentés* (ou *apparaissent*), et quels états de conscience sont autrement qu'ils sont représentés ; en d'autres termes, il faudrait instituer une Critériologie des représentations de conscience. Or, c'est ce dont, jusqu'ici, personne n'a éprouvé le besoin. Nos états de conscience nous sont donnés par identité, sans la médiation d'aucune représentation. Ils *sont* donc ce qu'ils *apparaissent*, parce que, pour eux, *être* et *apparaître* est identiquement la même chose. Dans le domaine de la conscience l'erreur est absolument impossible. Et c'est ce qui fait la force de toute méthode critériologique, qui prend pour point de départ de ses recherches la réalité incontestable et, de fait, incontestée, des états représentatifs de conscience.

L'on comprend aussitôt que si le non-moi nous est donné aussi

Peut-être. Cette position est assurément inexpugnable ; mais le tout est d'y entrer. Parlons pour ceux qui s'en disent incapables. Le procédé à employer avec eux est le suivant : j'atteins le moi, les faits de conscience, et parmi eux les représentations sensibles. Un fait de conscience, comme tel, n'est pas rien, c'est évidemment quelque chose, *un*

---

immédiatement que le moi, s'il est donné par identité et non dans un substitut, il sera donné nécessairement tel qu'il est, et jamais l'on ne se trompera. Le problème critique consistant à rechercher si le monde perçu par les sens est conforme à sa représentation sensible se résout par un *nego suppositum*. Du moment, en effet, que le monde extérieur nous est donné en lui-même, sans représentation, le problème critique est supprimé *en droit* et *en fait*. Du moins, il revêt, chez les perceptionnistes, une forme toute différente : il se borne à rechercher *les conditions requises pour qu'un objet extérieur soit donné en lui-même*.

Personnellement, il me semble que cette dernière forme du problème critique réintroduit, au fond, celle qui paraissait exclue. Si l'on recherche en quels cas (à quelles conditions) l'objet est donné en lui-même, c'est donc qu'il y a des cas où l'objet est donné *autrement qu'en lui-même*. Or, un objet dont on se demande s'il est donné en lui-même (vg. une tour carrée qui m'apparaît ronde, le soleil qui m'apparaît large comme une assiette, etc.) est nécessairement donné *d'une certaine façon* — sinon comment se poserait-on une question à son sujet ? — et s'il n'est pas donné en lui-même, il l'est *dans une représentation de lui-même* (représentation qui dépend des conditions de milieu, de lumière, de distance, de conformation des organes sensoriels, i. e. de conditions physiques et physiologiques). Or, pour moi, ces deux modes de présence de l'objet (en lui-même ou dans une représentation) sont psychologiquement identiques, c'est-à-dire, indiscernables. Et je crois qu'ils le sont aussi pour le perceptioniste, puisque, pour distinguer l'un de l'autre, il fait appel non à des caractères *intrinsèques* aux éléments présents — de ce côté-là il sent qu'il n'y a rien à tirer — mais à des conditions *extrinsèques* (facultas rite disposita et applicata, etc.).

Que si le monde extérieur nous est donné dans une représentation subjective, il est clair que le problème se pose aussitôt, en fait comme en droit. Que vaut cette représentation ? présente-t-elle le monde tel qu'il est, ou élabore-t-elle le message à elle confié ? Si les données sensibles sont des états purement subjectifs, c'est-à-dire sans relation aucune avec du non-subjectif, l'esprit est irrémédiablement enfermé en soi. De là le subjectivisme, l'agnosticisme, le solipsisme, l'idéalisme ; de là encore le modernisme, qui se présente comme un effort désespéré pour s'échapper du « trou noir », où l'on étouffe.

être. *J'ai, par suite, une première réalité, un premier être, « ens » ; ce qui me donne d'abord le* principe d'identité (*ce qui est, est ; ce qui n'est pas, n'est pas ; une chose ne peut pas à la fois être et n'être pas*), *puis les principes de* raison suffisante *et de* causalité. *Cet être interne est, en effet, contingent : il naît, il passe, etc. ; il n'a donc pas en lui-même sa raison suffisante. Cette raison doit être soit* en moi, *soit* hors de moi. *Elle n'est pas dans le* moi conscient, *puisque les sensations sont indépendantes du vouloir ; elle n'est pas, non plus, dans le* moi inconscient, *puisque celui-ci, qu'on le suppose immuable ou, au contraire, en état de perpétuel changement, n'a aucune relation assignable avec les représentations sensibles, si variées, si complexes, si ordonnées, dont les unes restent fixes tandis que les autres se modifient constamment.*

Le « solipsisme », *qui n'admet rien en dehors du moi conscient et inconscient, est insoutenable. Mais la cause proportionnée de nos sensations ne serait-ce pas à la fois le moi inconscient et Dieu ?* Leibniz *imagina un déroulement intérieur d'images réglé par Dieu en harmonie avec des réalités situées hors de la* monade *et n'exerçant aucune action sur elle. Si Dieu a pu faire que deux séries fussent parallèles l'une à l'autre et combinées harmonieusement, quelle impossibilité y a-t-il à ce qu'il supprime la série externe tout en gardant la série interne? Et comment dès lors passer des sensations à une réalité qui leur corresponde ?*

L'objection suppose Dieu existant. Or, l'existence de Dieu suffit à la thèse présente, laquelle ne prétend pas prouver autre chose que la réalité d'un non-moi. Les thèses suivantes diront ce qu'est *ce non-moi.*

THESIS XXVIII[a]

Licet sensus referant realitatem externam ut apparet (I), nihilominus potest intellectui constare realitatem istam constitui corporibus (II) externis (III) numerice distinctis (IV).

Praenotanda

I. **Status quaestionis.** — Ex thesi antecedenti hoc unum certum est : Id quod *apparet* sensibus ut extensum, multiplex, coloratum, sonorum, etc. *existit* realiter extra me, sc. est aliquid a me distinctum. Nempe in repraesentationibus sensuum hujusmodi adsunt elementa ex quibus intellectus debeat existentiam rei externae concludere.

Quaeritur ulterius : Id quod existit (quod est *aliquid* seu *aliquod ens*), et quod sensibus apparet eo modo quo dictum

est, estne revera extensum, multiplex, coloratum, sonorum, etc. sicut apparet? — Hoc sane homines affirmant in ordine spontaneo ; at *quo jure* ? Potestne intellectu justificari judicium de natura ipsa realitatis sensibus manifestatae ?

II. **Status opinionum.** — Praecipuae opiniones hic referuntur : — 1° Alii *affirmative* respondent : sc. res existunt extra nos eo modo quo, vel cum ea formalitate sub qua, apparent. Ita *Scholastici* communiter, quamvis inter se dissentiant circa modum demonstrationis instituendae. Scholastici distinguunt *sensibile proprium*, de quo sensus errare nequit, et *sensibile commune*, de quo error contingere potest, nisi accipiantur conjunctim relationes sensuum qui communiter objectum apprehendunt.

2° Alii *ignorantiam* suam profitentur : sc. existit quidem extra nos aliquid quod sit causa impressionum sensibilium quas conscientia refert ; sed causa ista manet in se *ignota*, imo *incognoscibilis*. Ita KANT cum Kantianis, secundum quos *extensio* et aliae qualitates sensibiles sunt formae *a priori* sensibilitatis. Ita etiam *phaenomenistae* cum HUME, *positivistae* et *agnostici* cum A. COMTE, STUART MILL, TAINE, LITTRÉ, HERBERT SPENCER, secundum quos « *Absolutum* », seu *res in se*, captum scientiae necessario fugit.

3° Alii confitentur quidem persuasionem de existentia mundi corporei non posse coram intellectu justificari ; attamen eam affirmant, aut ob instinctum, aut ob utilitatem persuasionis hujus. (1) Ita utilitaristae, pragmatistae, etc.

4° Alii negant realitatem sensibilem esse materialem et corpoream (= *immaterialismus*). Ita G. BERKELEY.

5° Alii distinguunt inter *qualitates primarias* (= extensio, resistentia, pondus, etc.), quae existunt in rebus extra nos,

---

1. « Nous n'avons en dehors de l'utilité aucune autre raison de croire à l'existence d'objets extérieurs. » « Seulement la commodité d'une telle hypothèse ne cessera jamais, tandis que, sans doute, le jour viendra où l'éther sera jugé inutile. » H. POINCARÉ, *La Science et l'hypothèse*, p. 246.

et *qualitates secundarias* (= color, sonus, sapor, odor) quae non existunt formaliter in rebus, sed causaliter tantum. Ita *Cartesiani* cum suo duce, quibus nuper adhaeserunt neoscholastici quidam sat multi.

6º Nos vero, admissa distinctione inter *apparentiam* rei (intra-subjectivam) et ejus *realitatem* (extra-subjectivam), quam facta demonstrant, contendimus jure posse, sub conditionibus debitis, *per intellectum* transiri ex apparentiis ad rem ipsam, ita quidem ut rei ut in se est praedicata stricte objectiva (accidentalia vel essentialia) tribuere possimus.

III. Delimitatio thesis. — In thesi praesenti probamus realitatem externam, quam ex thesi antecedenti existere constat, *constitui corporibus externis numero pluribus.*

Ut veritas thesis possit in singulis casibus certa fieri, requiritur : *a*) *ex parte subjecti sentientis*, sanitas et libertas animi sufficiens ut possit indolem specialem repraesentationum sensibilium discernere a repraesentationibus imaginatis ; — *b*) *ex parte Dei*, requiritur ut non fiat miraculum. Hinc objectiones quae desumi possent ex pathologia, ex hypnosi, etc. thesim nostram non attingunt.

DEMONSTRATIO

Iª PARS : Sensus referunt realitatem ut apparet.

Arg. — Secundum principium contradictionis, cujus valor est absolutus, nequit eadem realitas *in seipsa* et eodem tempore accipere praedicata contradictoria, sc. quorum unum tollit id quod alterum ponit. Atqui realitas sensibus manifestata potest *ex relationibus sensuum* (sc. omissis correctionibus ab intellectu inductis) accipere praedicata contradictoria. Ergo, *ne violetur principium contradictionis*, dicendum est realitatem sensibus referri, *non ut est in seipsa, sed ut apparet sensibus.*

Minor patet exemplis :

Aqua tepida eadem est calida manui frigidae et frigida manui calidae (sc. *est* simul calida et non calida) ; eadem

domus est major aut minor, eadem turris est quadrata aut rotunda, pro distantia varia ; sol est bipedalis uni, alii vero pedalis, cum tamen idem in se maneat atque ingentis magnitudinis ; idem color est ruber uni et viridis alteri (sc. Daltoniano) ; idem liquor uni est amarus, alii dulcis ; eadem bestiola crescit dimensionibus cum aspicitur per microscopium ; si praefigitur oculis vitrum nigrum vel caeruleum, omnia sunt nigra vel caerulea ; videtur nunc oculis stella quae abhinc pluribus decenniis vel saeculis non amplius existit ; quandoque, in certis adjunctis, distincte apparent tres soles in coelo, cum tamen sol in se unus sit, etc. Exempla afferri possunt innumera.

Atqui haec omnia facillime explicantur, si dicitur sensibus apprehendi res ut apparet, non ut est in se. Apparet namque diversis modis pro diversis conditionibus subjecti sentientis, distantiae, medii interpositi, licet in se non fiat diversa sed prorsus eadem perseveret. Quare, in exemplis modo allatis, copula « *est* » significat « *apparet* », secus error committitur propter indebitum transitum ex ordine apparentiali ad ordinem realem. Ergo (1).

---

(1) Cf. Pierre Charles, *art. cit.*, p. 633 ; — abbé Coste, *Subjectivité et Réalité* (*Ann. de phil. chrét.*, jan. 1902, pp. 421-434) ; — C^al^ Mercier, *Traité élémentaire de philosophie*, t. I, p. 425. Voir également les auteurs universitaires (Rabier, Rayot, Malapert, etc.), lorsque, en psychologie, ils parlent de la *subjectivité* des sensations. Il est difficile de comprendre comment le perceptionnisme n'est pas mortellement atteint par l'argument ci-dessus indiqué. D'après lui, *l'apparence* (objet perçu) = *objet extérieur* (ce qui est en dehors de moi). Or, les faits démontrent que cela est inadmissible. Qu'il suffise d'en mettre deux en syllogisme :

1. L'objet extérieur est une tour carrée ;

Or, l'objet perçu (apparence) n'est pas une tour carrée (mais une tour ronde). Donc l'objet perçu n'est pas l'objet extérieur.

2. L'objet perçu (l'apparence) est actuel ;

Or, l'objet extérieur n'est pas actuel (vg. étoile éteinte depuis dix mille ans). Donc l'objet extérieur n'est pas l'objet perçu.

J'avoue, à ma grande confusion, que les réponses à ces deux vulgaires syllogismes (2^e^ figure ; mode : *Camestres*) m'ont toujours paru inintelligibles. « Les données de la physiologie, dit M. l'abbé Coste

IIa PARS : Realitas externa constituitur corporibus.

Praenotanda

I. **Notiones.** — *Corpus* hic intelligitur, ut in THESI XXV[a], aliquid extensum et resistens : — *a*) *extensum*, i. e. habens partes extra partes in spatio diffusas et aliquo modo sibi unitas ; — *b*) *resistens*, i. e. ita partibus suis spatium occupans ut non sinat illud ab aliis rebus extensis occupari.

II. **Sensus et delimitatio thesis.** — Tria notanda sunt :

1° Hoc asserimus : existit extra nos aliqua extensio (concreta), non solum *causalis*, quae posset esse Deus, quatenus producens immediate impressionem extensionis, verum etiam *proprie dicta*, sc. aliquod ens habens partes reales extra partes reales in spatio, easque cum sibi tum aliis corporibus impenetrabiles. Attamen, non est hic definiendum (ut confutetur Idealismus subjectivus) utrum haec *extensio proprie dicta* sit *formalis* an *virtualis ;* neque utrum sit *contigua*, *discreta* an *continua :* hujusmodi enim quaestiones controversae spectant ad tractatum de natura extensionis corporeae, de qua agit Cosmologia ; nec necessaria est earum solutio ad Idealistas aut Immaterialistas confutandos. Propter eandem rationem non definitur hic in quo *resistentia* formaliter consistat (1).

2° *Extensio* ejusque determinationes : *magnitudo*, *figura*, *motus*, *quies*, *numerus*, sunt sensibilia communia, sc. talia quae a compluribus sensibus, praesertim visu et tactu, percipiantur. *Numerus*, ut patet, *non abstracte* (i. e. ipsa pluralitas) innotescit sensibus, sed *concrete* (plura extensa) : —

(*Rev. du Clergé français*, 1er août 1903, p. 534) ne nous permettent plus de douter que l'objet direct de notre connaissance visuelle ne soit l'effet de l'image rétinienne, comme l'image rétinienne elle-même est l'effet du corps extérieur. » J'estime, avec le même auteur, que la thèse de M. l'abbé DUBOSC sur l'*Objectivité formelle des couleurs* (*Ann. de phil. chrét.* 1895, t. 130, pp. 449 sqq. ; 592 sqq.) est à coup sûr ingénieuse, mais qu'il lui manque d'être démontrée.

(1) Cf. PALMIERI, *op. cit.*, t. I, p. 169 ; — TONGIORGI, *Inst. Phil.*, t. I, p. 293.

a) innotescit *visui*, quatenus plura interrupta simul agunt in oculum, vg. plures arbores in sylva, plures milites in caterva ; — *b*) innotescit *tactui*, quatenus tactus a pluribus resistentibus separatis afficitur ; etc.

3° In thesi agitur de extensione et de pluralitate indeterminata seu generica, non de determinata vel specifica. Conditiones requisitas ut innotescat posterior (sc. exacta dimensio, exactus numerus) explicat Th. sequens.

Arg. I^m (1). — Ut constat ex analysi introspectiva conscientiae, extensio est elementum essentialiter contentum in qualibet repraesentatione sensibili (2) ; atque erga illud nos passive habemus non secus ac erga repraesentationem ipsam. Ergo necesse est existat extra nos causa hujus repraesentationis extensae. Causa autem ad producendam impressionem extensionis apta vel est Deus (si existit), vel aliquid a Deo distinctum, quod esset aut incorporeum aut corporeum. Atqui non est Deus, nec aliquid incorporeum a Deo distinctum. Ergo.

Minor ultima probatur :

I^a pars. — ***Causa impressionum extensionis non est Deus.*** Pro atheo assertum istud est evidens, siquidem pro eo Deus non existit. Nobis vero probandum est, sc. supponitur Deus demonstratus ex contingentia rerum Ego. Ita argumentamur : Deus, utpote summe perfectus, est necessario *sapiens* et

(1) Cf. Palmieri, *l. cit.*, p. 172; — Abbé de Broglie, *Le positivisme et la science expérimentale*, t. I, l. 4, c. 5, § 2.

(2) « L'idée que toutes nos sensations sont extensives à quelque degré pénètre de plus en plus la psychologie contemporaine. On soutient, non sans quelque apparence de raison, qu'il n'y a pas de sensation sans extensité, ou sans un sentiment de volume. L'idéalisme anglais prétendait réserver à la perception tactile le monopole de l'étendue, les autres sens ne s'exerçant dans l'espace que dans la mesure où ils nous rappellent les données du toucher. Une psychologie plus attentive nous révèle, au contraire, et révèlera sans doute de mieux en mieux, la nécessité de tenir toutes les sensations pour primitivement extensives. » H. Bergson, *Matière et Mémoire* (Alcan 1900), p. 242. — Cf. W. James, *Principles of Psychology* (London 1901), t. II, pp. 134-144.

verax, atque ideo nequit facere quidquam quod fine et scopo careat, praesertim vero nequit illud facere ut invincibiliter (i. e. non obstante attentissima reflexione) in errorem inducamur. Atqui cum *sapientia* et *veracitate* divina componi nequit irrealitas mundi corporei. Ergo.

Minor. — *a*) *Deus non esset sapiens*, si nihil extensi nostris impressionibus responderet. Etenim in nobis existunt organa sensoria, sc. partes nostri Ego localiter distantes, peculiarem structuram habentes, cum quarum exercitio conjunctae sunt modo constanti determinatae repraesentationes (vg. visui affixae sunt colores, auditui soni, etc.). Haec organa saltem conditiones essentiales esse ut habeantur repraesentationes externae ex eo manifestum est quod, organo deficiente vel laeso aut quocumque modo impedito, statim vel desinunt vel alterantur repraesentationes (caeci, surdi, paralytici, hemiplegia tacti). Habent igitur organa aliquam necessariam connexionem cum repraesentationibus. Jamvero nulla datur ratio sufficiens connexionis hujus, imo organa ipsa sunt inutilia, si Deus solus impressiones sensibiles in nobis producit. Nimirum, si nihil extensi extra nos existat, omnes repraesentationes sensibiles (visio, auditio, etc.) sunt merae hallucinationes. Porro ad hallucinationes in nobis producendas Deus non indiget organis nostris neque ab eorum sanitate ullo modo dependet ; potest scilicet imagines directe in ipsa phantasia imprimere ; atque imagines ita productae prorsus similes essent imaginibus sensibilibus. Repugnat autem sapientiae divinae quod organa inutilia nobis dederit.

b) *Deus non esset verax*, si nihil extensi nostris impressionibus responderet. Etenim ita disposuit omnia in nobis ut naturali inclinatione duceremur ad asserendam realitatem rerum externarum a nostro Ego distinctarum, et proinde ad affirmandam realitatem rerum quae nusquam existunt. Atqui hoc est hominem in errorem invincibilem inducere. Nam : 1. oriuntur in nobis repraesentationes quarum non sumus causa conscia ; — 2. eae repraesentationes in eo consistunt quod aliquid nobis praesens sistitur tanquam

distinctum a nobis ; — 3. in his repraesentationibus apprehendit intellectus notas *entis, extensi, colorati* (saltem causaliter) ; — 4. tandem sponte naturae et sub lumine evidentiae ex principio causalitatis ortae, mens judicium fert : id quod mihi apparet ut extensum, etc. existit et est extensum, etc. (*virtualiter* an *formaliter* non statim constat); — 5. reflexione instituta, nullus error in nostris operationibus detegi potest. Ergo, si, his non obstantibus, erramus in affirmanda realitate corporea mundi externi, dicendum est ab ipso Deo nos decipi : quod pugnat cum ejus veracitate (1).

II^a^ PARS. — ***Causa impressionum extensionis non est aliquid incorporeum a Deo distinctum.*** — In hac hypothesi, substantia inextensa quae produceret in nobis impressiones extensas posset, in excitandis imaginibus sensibilibus, dependens esse ab organorum exercitio, et sic explicaretur organorum necessitas. Attamen actio substantiae hujus inextensae (sc. impressiones extensae in nobis excitatae) nos in errorem invincibilem induceret — quod Deus permittere nequit. « Quemadmodum enim Deus hominem ipse in errorem inducere nequit, pari ratione vi providentiae suae permittere non potest ut homo ab alio ente constanter in errorem

(1) Cf. TONGIORGI, *Inst. Phil.*, t. I, p. 300.— Contre G. BERKELEY, qui attribue à Dieu l'origine en nous des représentations sensibles, M. l'abbé COSTE fait valoir les raisons suivantes : « Berkeley ne s'est pas contenté de ravir à la matière la plus noble de ses qualités (l'activité) ; il enlève encore à Dieu le plus grand de ses attributs. Si par son impulsion Dieu active mes sens, comment concilier avec sa toute-puissance le pouvoir que mon esprit possède parfois d'arrêter ou de produire la sensation ? Je regarde pour voir, j'écoute pour entendre. Bien souvent si je ne regardais pas, je ne verrais pas ; si je n'écoutais pas, je n'entendrais pas. L'image perçue vient-elle à me déplaire, un simple changement dans la disposition de mon organe suffit à la faire évanouir. Or, une sensation peut-elle à la fois dépendre de moi et être la résultante d'une motion extérieure ? Je le sais, il est aisé de répondre que l'action divine reste librement subordonnée au consentement de ma volonté. Mais, s'il en est ainsi, pourquoi cette subordination fait-elle souvent défaut ? Je suis loin d'éprouver toutes les sensations que je désire ; j'en éprouve beaucoup qui me contrarient. » *Ann. de phil. chrét.*, jan. 1902, p. 417.

et hunc invincibilem inducatur » (1). Saltem id permittere nequit sine ratione sapienti, quae nobis ex aliquo indicio innotescere possit.

Consequentia patet : si realitas externa non est Deus, nec substantia inextensa a Deo distincta, ea debet esse aliquid extensum et resistens, sc. debet esse *corpus*. Sic proportio habetur inter effectum (sc. *impressio extensa*) et causam (sc. *realitas extensa*). Ex. gr. per visum sentimus colorem in pluribus partibus spatii. « Si ergo causa hujus sensationis est objectum, ipsum debet esse in iis omnibus partibus spatii in quibus videtur, ideoque extensum. Idem dicatur pro sensu tactus, qui resistentiam continuam experitur. Quoad ipsam resistentiam vero, si objectum est causa cur resistentiam experiamur, ipsum est quod impedit ne nos illud penetremus, quod perinde est ac dicere ipsum esse resistens (2). »

Arg. II^{m} (3). — Sensus objecta referunt eodem modo quo conscientia objectum suum refert. Sed, ut expositum est supra in Th. XXV, conscientia objectum suum, sc. nostrum Ego, refert ut verum corpus, i. e. ut aliquid extensum atque resistens. Ergo. Scilicet conscientia 1) *corpus* refert, 2) *ut nostrum* ; sensus vero cum conscientia conveniunt in eo quod corpus (vel corpora) referunt, ab ea vero discrepant in eo quod haec corpora non referunt ut identica cum nostro Ego (cfr. III^{a} p.).

---

(1) H. Noldin, *Quaestionum logicarum libri quatuor* (Innsbruck 1894), p. 41. — Le P. Tongiorgi fait remarquer que, pour la même raison, Dieu ne pouvait mettre dans notre âme même la cause mystérieuse de nos sensations d'étendue : « Deum enim humanae naturae deceptorem aeque facis, si dicas ipsum immediate repraesentare corpora quae non sunt, ac si contendas repraesentationum excitandarum vim animo contulisse, quin ullum ei sensum aut cognitionem hujus arcanae vis tribueret. » *Op. cit.*, t. I, p. 302, n. 480.

(2) Palmieri, *Op. cit.*, t. I, p. 172.

(3) Cf. Palmieri, *l. cit.*, p. 171 ; — C^{al} Mercier, *Psychologie*, *l. cit.* ; *Traité élémentaire de philosophie* ^{3}, t. I, p. 218.

IIIa PARS : Realitas corporea distinguitur a nostro corpore.

Arg. : (*Ex discrimine quod in sensationibus nostris experimur*). — Quandoque, vg. cum manu dextera tango sinistram, vel cum voce elata loquor, experior me simul activum et passivum ; in aliis casibus, e contra, experior me aut agentem aut patientem, sed non utrumque simul. Ex. gr. tango manum meam et sentio aliquid extensum ; tango librum et iterum sentio aliquid extensum. Verum essentialiter differt contextus psychologicus in primo et in secundo contactu. Subjectiva quidem impressio vel pressio (tactus activus) eadem est ; sed objectiva non est eadem : in primo casu, extensum est proprium Ego (ut ex conscientia patet), in secundo, non est proprium Ego. In primo casu sentio me simul *tangentem* (active) et *tactum* (passive) ; in altero, sentio me esse tangentem, sed non tactum. Item, quando audio propriam vocem (sentio *me* loqui et audire) vel vocem alienam (sentio me audire tantum) (1).

---

(1) Cf. Palmieri, Cdl Mercier, *ll. cc.* — M. Cl. Piat donne le même argument : « Quand j'applique ma main au mur de ma chambre, j'entre en commerce avec un objet qui n'est plus moi-même, dont l'existence est indépendante de la mienne. Tout d'abord, je sens une énergie qui s'oppose à l'énergie de ma conscience et qui, par là-même, s'en distingue dans une certaine mesure : deux forces, dont l'une résiste à l'autre, ne peuvent être totalement identiques. De plus, cet objet qui me résiste et que j'appelle le mur de ma chambre, ne se rapporte pas à mon être comme l'un de mes membres. Lorsque je presse mon bras gauche avec mon bras droit, je sens aussi quelque chose qui s'oppose à mon actvité ; mais dans ce quelque chose je me sens moi-même. Il en va tout autrement de la surface étendue dont je parle : je la sens et ne me sens pas en elle. Il faut donc qu'elle se situe au-delà de la frontière de ma conscience, qu'elle ait un fond d'être que ma pensée ne soutient pas. Enfin, je puis mouvoir mon corps comme je le veux, au moins dans une certaine mesure... Le mur de ma chambre est un objet à l'égard duquel je reste impuissant : il a ses lois à lui, et il ne m'est pas donné de les modifier ; c'est une réalité qui ne dépend pas de moi. » (*Correspondant*, 25 oct. 1895, pp. 357 sq.).

IVa PARS : Realitas externa constituitur pluribus corporibus.

Nota. Objectiones contra pluralitatem corporum fiunt : 1° cum Parmenide, ex erroribus de analogia *entis* aut de natura universalium : sc. entia plura, ut plura, debent differre ; sed non possunt differre nisi nota *entis*, quae vero *eadem* est in omnibus, et quae idcirco nequit esse principium discriminis nec proinde pluralitatis ; — 2° cum Spinoza vel von Hartmann, ex praeconcepta definitione substantiae ; — 3° cum H. Bergson et Ed. Le Roy, ex eo quod « continuum sensibile » non re sed mente partitur in plura fragmenta, *ob commoditatem agendi.*

Arg. Im. — Conscientia teste, plures dantur complexus sensibiles extensi, prorsus irreductibiles et constantes (sc. vel fixi, vel evolventes, vel recurrentes secundum statutas leges). Atqui singulis complexibus debet dari ratio sufficiens distincta et separata. Nam hujusmodi complexus sunt id quo se manifestant entia externa corporea, et proinde tot sunt entia corporea quot complexus extensi irreductibiles. Ex. gr. video eumdem complexum apparentialem (vg. *arborem*) bis, ter, quater, etc. repetitum ; dico : sub unoquoque complexu habetur arbor, et ideo tot sunt arbores quot complexus.

Arg. IIm. — In thesi sequenti demonstrabitur corpora multa *specifice* differre ; saltem dantur corpora anorganica, viventia, sensitiva, intellectiva. Atqui ea quae specie differunt non possunt esse unum numero, sed necessario sunt plura entia. Ergo.

Nota. Specifica corporum differentia non est objectum *per se sensibile ;* sed est *sensibile per accidens :* nam haec differentia conjuncta est naturaliter cum diversitate impressionum constantium quas apprehendunt sensus, et facile, quamvis confuse, intellectu percipi potest.

Corollaria

I. — Thesis solutionem praestat quaestioni : utrum possit percipi res absens vel non existens ? — Procul dubio, nequit percipi *in seipsa* et *per identitatem*, siquidem *perceptio* et *objectum perceptum* simul existere debent. Attamen potest

percipi res absens aut non existens dummodo appareat, i. e. sese aliquo pacto ostendat sensibus mediantibus suis effectibus. Sic vg. stella, quae nunc non existit, potest percipi nunc ; non ipsa quidem percipitur sensibus, sed effectus, qui cum ea relationem intentionalem habet. Item percipi potest res in loco ubi non est amplius, dummodo se ostendat suis effectibus tanquam in hoc loco ; vg. sol videtur supra horizontem, cum jam ibi non sit.

Supernaturaliter etiam potest apprehendi res absens, sc. determinatione a Deo accepta ; sic potest Deus nos determinare ad ea videnda quae nunc Lutetiae vel in America eveniunt. Attamen circumferuntur facta « telepathiae » vel « duplicis visionis » quorum indoles (naturalis aut supernaturalis) nondum definita est.

II. Ex thesi elucet etiam quid sit respondendum quaestioni : utrum existentia mundi externi possit philosophice constare, si non confugiatur ad Deum ? — Hoc scilicet post CARTESIUM (1) multi negant.

1. Si jam probata est existentia Dei ex contingentia subjecti cogitantis, non potest esse dubium quin exinde argumentum aliquod desumi possit ad ostendendam objectivitatem sensationis externae : sc. Deus nos deciperet si, mundo non existente, ita constituisset nos ut ad mundum affirmandum necessario duceremur.

2. Si nihil scitur de Deo, mundus certo existit. Etenim, Deo non existente (logice), unica causa proportionata repraesentationum quas experimur est mundus, seu complexus rerum extensarum et resistentium, imo aliis etiam qualitatibus specificis instructarum. Hoc est metaphysice (licet hypothetice) certum.

Cosmologi ulterius demonstrant res mundanas extra nos existentes esse finitas, contingentes, activitate finali praeditas, etc. Exinde vero in Theodicea concluditur existere Deum ut Ens a se, summe intelligens et volens, a quo res omnes mundanae in suo esse pendent. Reipsa P. PALMIERI

(1) *Discours de la Méthode*, 4e partie.

et Cardinalis MERCIER ex mundo externo ad Deum adscendunt. Cfr. eorum Theodicea.

3. Si quis suspicaretur causam repraesentationum quas experimur esse solum Deum, haec suspicio statim innotesceret tanquam timor inanis. Ad summum esset difficultas aliqua solvenda, sicut quaevis alia difficultas ab Idealistis allata. « Porro non est opus ad certitudinem alicujus rei nosse omnes difficultates, quae contra objici possunt (1). »

Hinc, sive Deus existit sive non (logice), mundus existit. Ergo existentia mundi in ordine logico non pendet ab existentia Dei.

Difficultates.

1: Si non praesupponitur Deus verax, certitudo de mundi existentia est tantum physica ; ut fiat metaphysica confugiendum est ad Deum. R. Certitudo fit metaphysica appellando ad principium rationis sufficientis vel causalitatis : sc. ratio sufficiens repraesentationum nostrarum sensibilium est *sola* existentia mundi externi. — 2. Non potest esse *sola* nisi exclusa sit quaevis alia causalitas etiam divina. R. Haec instantia fieri nequit ab idealistis atheis ; quare contra eos argumentari licet : si Deus non existit, existit mundus. Deistis autem possibilitas divini interventus statim innotescit ut inanis, quia Deum esse et esse sapientem ac veracem est idem. Hinc, pro atheis et pro deistis, ratio proxima ob quam mundus dicendus sit existere est quia nihil aliud ac mundus potest esse causa nos ad sensationes externas determinans. Attamen certitudo deistae est magis philosophica : sc. pro atheo, Deus non intervenit quia non existit — quae ratio est falsa ; pro deista, Deus non intervenit quia est sapiens et verax — quae ratio est recta. — 3. Deus non fallit nos, nam nobis dedit facultatem reflectendi qua possimus ex *realismo ingenuo* ad *idealismum* transire. — 4. Non fiditur oculis ubi aliquid coloratum exhibent : cur sensibus fidatur quando referunt extensionem et resis-

(1) PALMIERI, *op. cit.*, p. 178.

tentiam ? — 5. Saepe res apparet duplex, ubi una est ; vg. possunt quandoque videri tres soles. Ergo non est fidendum oculis. — 6. Globulus rotundus videtur duplex quando tangitur extremis digitis ita dispositis ut index manus situs sit inter medium et annularium.— 7. Non potest demonstrari id quod est evidens ; sed objectivitas perceptionis sensibilis est summe evidens. R. *d. M.* id quod est evidens evidentia intellectuali, *c* ; evidentia sensibili, *sd.* non potest demonstrari, i. e. non potest per demonstrationem fieri evidens sensibus, *c* ; ... intellectui, *n.* — 8. Non potest fieri evidens intellectui. Nam posset fieri evidens intellectui in quantum sentimus nos *passivos* in apprehensione sensibili ; sed non sentimus nos passivos. R. d. *M. passivos*, i. e. in quantum sentimus determinationem activam ab objectis directe provenientem, n ; i. e. in quantum experimur repraesentationes oriri in nobis sine actione nostra, subdist. sine actione nostra *specificante objectum*, *c ;* sine actione *determinante exercitium* ipsum sensationis, sd. aliquando, *c ;* semper, n. Profecto non sentimus actionem objectorum in nos, qua talem, sed sentimus repraesentationes orientes in nobis sine nobis, saltem sub aliquo respectu : nempe possumus quandoque velle et proinde determinare *exercitium* sensationis (sc. sentire vel non sentire, videre vel non videre), sed *specificatio* ipsa sensationis (sc. sentire *hoc* vel *illud*, videre *album* aut *viride*) oritur sine nobis et nobis quasi praescribitur. — 9. Non est discedendum a magnis scholasticis, praesertim a S. Thoma Aquinate, absque ratione gravissima. R. *c.* Caeterum, quod ad quaestionem historicam pertinet, non ita clarum est S. Thomam inter perceptionistas adnumerandum esse. Sufficiat unum textum attulisse : « Cognitio nostra quae a sensibus initium sumit hoc ordine progreditur ut *primo* incipiat in sensu, *secundo* perficiatur in intellectu ; ut sic sensus inveniatur quodammodo medius inter intellectum et res : est enim, rebus comparatus, quasi intellectus ; et intellectui comparatus, quasi res quaedam ; et ideo in sensu dicitur esse veritas vel falsitas dupliciter. Uno modo secundum ordinem sensus ad intel-

lectum : et sic dicitur sensus falsus vel verus sicut res, in quantum, videlicet, faciunt veram existimationem in intellectu, vel falsam. Alio modo secundum ordinem sensus ad res : et sic dicitur esse veritas vel falsitas in sensu, sicut et in intellectu : in quantum judicat esse quod est, vel non esse quod non est. Si ergo loquamur de sensu secundum primum modum, sic in sensu quodammodo est falsitas et quodammodo non est falsitas : sensus enim et est *res quaedam* et est *indicativus alterius rei*. Si ergo comparetur ad intellectum prout est *res quaedam*, sic nulla est falsitas in sensu intellectui comparato : quia secundum quod sensus disponitur, secundum hoc dispositionem suam intellectui demonstrat. Unde Augustinus dicit quod *non possunt omnino renuntiare nisi affectionem suam*. Si autem comparetur ad intellectum *secundum quod est repraesentativus alterius rei*, cum quandoque repraesentet ei aliter rem quam sit, secundum hoc sensus falsus dicitur, in quantum natus est facere falsam existimationem in intellectu, quamvis non necessario faciat, sicut et de rebus dictum est quia intellectus sicut judicat de rebus ita et de his quae a sensibus offeruntur. Sic ergo *sensus intellectui comparatus semper facit veram existimationem in intellectu de dispositione propria, sed non de dispositione rerum.* » *De Ver.*, I, 11 ; cf. I. 17. 2 ad 1 ; III. 75. 5 ; 76. 8 (1).

Sommaire. — Le non-moi présenté dans la sensation, et que notre intelligence nous découvre comme existant *hors de nous, se compose de* réalités étendues ou corporelles, *numériquement distinctes les unes des autres. Autrement dit, au non-moi qui excite en nous la sensation, non seulement nous attribuons la note transcendentale d'*être : *c'est un* être ; *nous disons, de plus, que cet être est étendu, corporel (matériel) ; donc, que ce n'est pas Dieu, ni, non plus, un pur esprit dépendant de Dieu.*

Il faut à tout prix, à moins de renier le principe de causalité, qu'il y ait une cause à nos représentations sensibles, et particulièrement à nos sensations d'étendue. Cette cause, nous disons que ce doivent être des corps.

---

(1) Voir dans les ouvrages cités de Tongiorgi et de Palmieri d'autres objections suivies de réponses.

D'abord, si Dieu n'existe pas, cela est évident ; l'athée, qui rejette Dieu, est, en conséquence, forcé d'admettre l'existence des corps. Si Dieu existe, il pourrait, absolument parlant, *faire en sorte que nous ayons des sensations d'étendue auxquelles rien d'objectivement étendu ne correspondrait. Mais,* en l'état actuel des choses, *il est clair que ce n'est pas le cas. Dieu, en effet, n'est Dieu qu'à la condition d'être* tout-puissant, *infiniment* sage *et parfaitement* loyal. *Or, s'il était l'unique cause déterminante de nos sensations d'étendue, il faudrait conclure qu'il n'est ni tout-puissant, si sa causalité est dépendante des organes sensoriels, ni sage, si les organes sensoriels sont inutiles, ni loyal, si rien ne nous fait soupçonner que la sensation nous trompe. A quoi bon faire naître en nous des représentations d'objets étendus, s'il n'existe rien d'étendu hors de nous ?*

Le même argument, qui nous découvre une réalité corporelle extra-subjective, nous découvre pareillement que cette réalité n'est pas d'une seule pièce, et qu'il y a plusieurs corps. D'après M. BERGSON, *« toute division de la matière en corps indépendants aux contours absolument déterminés est une division artificielle », due au « double travail de solidification que nous faisons subir à la continuité mouvante du réel pour nous y assurer des points d'appui, pour nous y fixer des centres d'opération, pour y introduire enfin des changements véritables* (1). *» Il est pourtant certain que les complexus apparentiels, les groupes phénoménaux, nous sont donnés dans un état de relative indépendance et avec des contours relativement fixes. Chacun d'eux, pourvu qu'il soit suffisamment constant et différencié, doit être considéré comme le signalement sensible d'un être corporel distinct.*

THESIS XXIX[a]

Inter apparentias sensibiles potest intellectus deprehendere quaenam absolutae sint (I) ; et sic ipsam realitatem corporum sive specificam sive individualem attingere (II).

Praenotanda

I. **Status quaestionis.** — 1. In omni judicio ordinis realis vel enuntiatur aliquam rem *existere* (= judicium existentiae), vel enuntiatur illam rem *esse hoc* aut *illud* (= judicium attributionis) : vg. esse extensam, coloratam, sapidam, vel esse panem, vinum, etc. Id quod subjecto tribuitur

(1) *Introduction à la Métaphysique* (*Rev. de Mét.-Mor.* 1903, pp. 218, 220, 221, 235) — cf. *Évolution Créatrice*, p. 221.

est tum *accidens* (= quod potest adesse vel abesse salva rei essentia), tum *proprietas essentialis* (= quod essentiam non constituit sed ex ea necessario consequitur), tum elementum *constitutivum subjecti*, et quidem sive totale (= species), sive partiale (= genus aut differentia specifica).

2. Ad ferenda judicia ordinis realis, debet intellectus uti relationibus sensuum. Mediantibus hisce relationibus exploratum habemus : 1) existere extra nos *aliquid*, 2) istud *aliquid* constitui corporibus, i. e. rebus extensis, resistentibus, numero pluribus.

Manent autem plura ulterius solvenda : —

A. ***In ordine quantitatis.*** — Pro *eadem re* diversae sunt *dimensiones apparentes*, vg. eadem turris, secundum distantiam, apparet modo magna, modo parva, modo rotunda, modo quadrata ; idem sol videtur pedalis vel bipedalis pro diversis hominibus ; idem organismus crescit vel decrescit prout inspicitur nudis oculis aut per microscopium ; etc. Inde duo se offerunt quaerenda : *a*) quaenam sunt *dimensiones reales* corporum sensibus apparentium, vg. solis, montis, etc ? — *b*) item, quisnam est eorum *numerus* realis, *pondus* exactum, status realis *motus* aut *quietis* ?

B. ***In ordine qualitatis.*** — Varii sunt ejusdem rei *colores* apparentes pro diversis adjunctis vel hominum (organorum) vel coeli ; idemque dic de caeteris sensibilibus. Inde duae quaestiones : *a*) suntne corpora externa in genere *colorata*, *sonora*, *odorantia*, etc ? — *b*) Quisnam est in specie *realis color* rerum (1) vel *sapor* vel *sonus* vel *odor* vel *calor* ?

---

(1) Dans une *Notice sur le P. Th. de Régnon* (Desclée, p. 29 sqq.), je trouve la question lumineusement indiquée.

« Afin de mieux faire comprendre et les définitions que j'admets et la façon dont se présente le problème, je proposerai d'abord un exemple.

« Par les brouillards du matin je vois se lever un soleil rouge. Dans cet acte de vision je distingue quatre choses : le sujet voyant, l'opération de la vision, le terme de la vision, l'objet de la vision. Le sujet voyant est un homme existant, l'opération est une sensation existante, l'objet de la vision est le soleil existant. Quant au soleil rouge, qu'est-ce bien, puisque le soleil existant est jaune ? J'appelle ce

Quaeritur quaenam ex diversis apparentiis subjectivis coïncidat cum realitate ipsa, vel quaenam nos ducere possit in cognitionem rei prout est in se ?

C. ***In ordine substantiae specificae.*** — Licetne ex apparentiis sensibilibus discernere species diversas rerum externarum ? Quodnam est principium corporum specifice distinguendorum ?

Nota. Distinguas species *physicas* (= complexus notarum sensibilium a quovis alio compiexu separati) et species *metaphysicas* (= principia interna aut ontologica hujusmodi complexuum irreductibilium).

D. ***In ordine substantiae individuae.*** — Possumusne individuum ab aliis individuis ejusdem speciei discernere eique praedicata tribuere quae ei soli conveniant ?

Nota. Distinguas quaestionem de *modo dignoscendi* individua a quaestione metaphysica de *principio* (constitutivo) *individuationis* (quod, secundum S. Thomam, est materia signata quantitate).

II. Status opinionum. — 1. Scholastici veteres, statuto discrimine : 1. inter *sensibile per se* (proprium aut commune) et *sensibile per accidens* ; 2. inter apparentias rei et et rem ipsam ; 3. inter apparentias *normales* et apparentias *abnormales*, docebant : — *a*) in perceptione normali innotescere sensibilia *propria* et *communia* formaliter ut sunt in se extra sensationem, et proinde existere in rebus colores, etc. formaliter, non causaliter tantum ; — *b*) in datis sensuum apprehendi mente *sensibilia per accidens*. Hinc ex eo quod res apparet vg. dulcis aut amara, quadrata aut rotunda, rubra aut viridis, non est certum illam rem esse talem qualis apparet, nisi intellectus attenderit

---

soleil rouge « le terme de la vision », c'est-à-dire le terme d'une sensation existante.

» Or, le problème de la connaissance visuelle est le suivant : quelle relation y a-t-il entre le terme de ma sensation et l'objet que je prétends atteindre par ma vision ?

» Le problème de la connaissance intellectuelle se pose d'une façon analogue, puisque l'opération de la pensée est naturellement comparée à la vision sensible. »

ad omnes sensus qui aliquid de ea re referunt et constiterit ab eis illam rem *modo normali* referri. Secus error existere potest, qui tamen « error per accidens» dicendus est.— Quid autem requiratur ut perceptio sit normalis declaratur infra.

2. Verum, omissis Scholasticis, praestat singula problemata cum propositis solutionibus magis distinguere.

A. Admissa realitate ***quantitatis***, posse quantitatem hanc sub certis conditionibus determinate cognosci nemo negat (sc. describuntur accuratae dimensiones, distantia, situs, numerus, motus localis, pondus, etc.). Hac in re ipsi perceptionistae, exceptis tamen infantibus, distinguunt dimensiones *apparentes* (vg. solis) et dimensiones *reales*. Ad mensurandum extensionem, distantiam, pondus, etc. inductae sunt variae mensurae conventionales (vg. systema decimale aut duodecimale pro *volumine*, *capacitate*, *pondere*, etc.).

B. Circa realitatem ***qualitatum sensibilium*** controvertitur inter philosophos.

1° *Alii hanc realitatem non admittunt.* Ita : *a*) *Idealistae absoluti :* nihil existit extra nos, vel saltem nihil certo constat existere ; — *b*) *Idealistae immaterialistae :* nihil existit extra subjectum sentiens quod sit ordinis materialis ; — *c*) *Cartesiani* et quidam *physiologi :* secundum CARTESIUM, nihil existit extra nos quod sit ordinis qualitativi ; tota realitas externa sensationibus respondens constat materia extensa, homogenea, diversis tamen motibus instructa (1). Secun-

(1) Thomas HOBBES (1588-1679) pensait là-dessus comme Descartes, comme le prouve le texte suivant : « All the qualities called sensible are, in the object which causeth them, but so many motions of the matter by which it presseth on our organs diversely. Neither in us that are pressed are they anything else but divers motions ; for motion produceth nothing but motion... The cause of sense is the external body or object, which presseth the organ proper to each sense, either immediately, as in taste and touch, or mediately, as in hearing, seeing and smelling ; which pressure, by the mediation of the nerves, and other strings and membranes of the body, continued inwards to the brain and heart, causeth there a resistance, or counterpressure, or endeavour... » *Leviathan*, I^e p., c. I.

dum Johannem Müller (1801-1858), realitas externa, in se homogenea, discriminatur subjective pro diversitate organorum : sc. recipitur ab oculis sub forma coloris, ab auribus sub forma soni, etc. (= *lex energiae specificae*) ; — *d*) *Kantiani :* existit quidem realitas aliqua intuitionibus sensibilitatis respondens ; at nescitur utrum sit ordinis qualitativi necne (= *agnosticismus metaphysicus*) ; — *e*) *Positivistae* qui de causis impressionum nostrarum nolunt quidquam audire.

2° *Alii realitatem qualitatem sensibilium admittunt.* Attamen hujusmodi realitatem non intelligunt omnes eodem modo.

a) Secundum ***Perceptionistas***, ipsae qualitates sensibiles apprehenduntur directe, sine ullo intermedio cognito ; *sunt* igitur istae qualitates extra subjectum *tales quales apparent.* Sed plures sunt familiae perceptionistarum : α) Pro aliis (qui maxime « ingenui » sunt), qualitates sensibiles sunt *semper* tales quales apparent, et ita quidem ut colores vg. inhaereant in rebus etiam noctu. β) Pro aliis, tunc tantum sunt qualitates tales quales apparent quando earum apprehensio (sensatio) est *normalis.* Ita Scholastici sat communiter. γ) Pro aliis, distinctione rejecta inter apprehensionem normalem et abnormalem (1), objectum sensibile (sonus. color) est aer vel ether vibrans, qui immediate tangit organum. δ) Pro aliis tandem, solae qualitates *primariae* tales sunt quales apparent ; *secundariae* non sunt aliud quam repraesentationes subjectivae, quibus tamen respondet causa extra-subjectiva.

b) Secundum ***Conceptionistas***, qualitates sensibiles sunt aliquid subjectivum, immediate conscientia apprehensum, sed suam causam habens (et ideo *causaliter* existens) in mundo extra-subjectivo. Sed iterum plures sunt familiae

(1) Cf. Paul Gény, *La nouvelle Critériologie* dans *Études*, 20 jan. 1911, p. 158. — « La vue ne nous donne directement que le continu coloré au contact de la rétine ; c'est par habitude que nous replaçons cette tache colorée à une certaine distance, là où se trouve l'objet tangible. » *Ib.*, p. 159.

conceptionistarum : α) Pro aliis, impressionibus qualitativis respondet causa *univoca*, tunc certe quando impressiones sunt normales : hinc vg. causa impressionis normalis coloris est color *formalis*. β) Pro aliis, impressionibus qualitativis quibuslibet respondet causa *aequivoca*, sc. talis quae non sit ordinis qualitativi sed quantitativi tantum. Haec sententia reïncidit in sententiam Cartesii et aliorum, superius commemoratam. γ) Pro aliis, impressionibus qualitativis respondet causa *analoga*, sc. talis quae aliquam similitudinem qualitativam habeat cum suo effectu. Huic sententiae adhaeremus. δ) Pro aliis, de relatione inter impressiones qualitativas et earum causam nihil prorsus sciri potest. Quae sententia reïncidit in *agnosticismum metaphysicum* a Kant et Positivistis propugnatum.

C. Circa ***realitatem*** (*substantiam*) ***specificam***, alii aliter sentiunt : *a*) *Agnostici Kantiani* et *Positivistae* (= Phaenomenistae) negant eam posse cognosci scientifice, sive quatenus est substantia simpliciter, sive quatenus est substantia specifica ; — *b*) Alii (= *atomistae*, *dynamistae*, *hylomorphistae*) litigant tantummodo circa elementa constitutiva substantiae corporeae (quae quaestio ad Cosmologiam pertinet) ; — *c*) Cognosci posse realitatem extrasubjectivam, ut est substantia ab aliis substantiis specifice distincta, firmiter tenemus cum Scholasticis omnibus. Nempe determinari potest specifica diversitas rerum externarum ope inductionis.

D. Circa ***realitatem*** (*substantiam*) ***individualem***, omissa controversia de substantia sensu ontologico intellecta, vix est ulla difficultas. Individuum sc. determinari potest ope inductionis. Menda quae in dignoscendis individuis accidunt vocantur a J. Stuart Mill *errores malae observationis* (1).

III. **Delimitatio thesis.** — 1° ***Sensus thesis.*** — Facta in thesi praecedenti allata ostendunt sensibus attingi res non

(1) *Logic*, Book V, c. 4.

in se, sed in suis apparentiis, quae variabiles sunt pro diversis subjectis ideoque subjectivae. Asserimus, his non obstantibus, posse cognosci res ut sunt in se, ita sc. ut eis tribuere liceat praedicata quae eis vere sint intrinseca.

a) Nullum discrimen facimus inter qualitates *primarias* et *secundarias*. Nam α) Eaedem sunt rationes sive pro admittendis sive pro rejiciendis qualitatibus utriusque generis (1). Quod β) *historice* confirmatur ex eo quod plerique philosophi, post rejectas qualitates secundarias, rejiciunt etiam primarias (2). Ferd. BRUNETIÈRE, post A.-J. BALFOUR, praeclare exponit incohaerentiam mundi, in quo *solae* qualitates primariae realitatem objectivam haberent (3). γ) Impressiones coloris, soni, saporis, odoris causa aliqua indigent in corporibus externis sita, siquidem hujusmodi impressiones una cum extensione apparent, quatenus extensio est « sensibile commune ». δ) Attamen in quo consistat color, sonus, sapor, etc. in sua causa seu in corporibus externis, non nostrum est definire. De hac re lis habetur inter Cosmologum et Physicum, non autem inter Criteriologum et Physicum. Secundum Criteriologum sensationes coloris, etc. sunt objectivae, eo sensu quod eis aliquid respondet in mundo extra-subjectivo.

b) Neque distinguimus inter qualitates *apparentes* (vg. colores) et qualitates *reales* (siquidem censemus qualitates

---

(1) Cf. Pierre CHARLES, *Le Perceptionnisme*, l. cit., p. 632. — W. Mackintire SALTER, *First steps in Philosophy* (2e éd. Londres 1892), p. 20.

(2) Cf. J. DONAT, *Critica*, p. 102. — « Thus we are brought to the conclusion that what we are conscious of as properties of matter even down to its weight and resistance are but subjective affections produced by objective agencies that are unknown and unknowable. » Herbert SPENCER, *Psychology*, § 86. Voir dans le même sens Th. HUXLEY, *Lay Sermons*, pp. 320 sqq. ; *Critiques and Addresses*, pp. 287 sqq. — W. JAMES dit pareillement : « To the naïve consciousness all these attributes (color, taste, smell, as well as hardness and pressure) are equally objective. To the critical, all are equally subjective. » *The feeling of Effort* (Boston 1880), p. 29.

(3) Cf. A.-J. BALFOUR, *Les bases de la croyance*, Préface de BRUNETIÈRE, pp. XIV-XVI.

omnes, qua tales, esse apparentes) ; sed inter apparentias *normales* (quas dicimus *absolutas*) et apparentias *abnormales* (quas *relativas* vel *subjectivas* nuncupare liceat).

c) Neque contendimus apparentiis normalibus respondere qualitates quae sint in rebus formaliter tales quales apparent. Hoc solummodo dicimus : ubi apparentiae sunt normales, potest intellectus definire naturam rei ex ejus effectibus absolutis, et proinde modo quodam qui valeat pro genere humano.

d) Ut patet, in hoc latet aliqua conventio implicita. Etenim α) inter apparentiam quamlibet (= effectus) et realitatem ipsam (= causa), semper existit relatio aliqua proportionis : sc. res est in se id quod esse debet ut hanc determinatam impressionem producat, vg. coloris rubri vel albi. β) Attamen accidit, idque factis exploratum est, ut impressio, in aliquo individuo producta, sit huic individuo propria, ita sc. ut sit exceptio respectu majoris partis hominum. γ) Deberet quidem res determinari ex suis effectibus *omnibus :* sic, vg. definiendus esset cerasus : fructus quidam producens impressionem rubri in oculo normali et impressionem viridis in oculo Daltoniano. Sed, *ex conventione*, attenditur ad effectum normalem duntaxat, quo mediante obtinetur definitio causae normalis : cerasus est fructus quidam coloris rubri. Proinde necesse est Daltonianus sese communi sermoni accommodet, si velit ab aliis hominibus intelligi (1).

(1) « Color-blindness does not mean that the color-blind individual sees what does not exist, but simply that in certain circumstances his sensations are not like those of others who make majority. The practical uses of life lead us to call him mistaken ; but if, the essential facts remaining just the same, the majority shifted to his side, the rest of us who now think that we see correctly would have to allow ourselves « mistaken » — *we* should be the color-blind individuals. In itself the light of a switch-lantern is neither green nor red ; what it is in itself no one knows, if, indeed, such a question has any meaning ; but green or red are names for its effects on individuals, which may differ as individuals differ. » W. M. Salter, *op. cit.*, p. 15.

2° ***Conditiones adimplendae.*** — Ubi agitur de transitu efficiendo a subjecto ad objectum, nihil aliud postulatur quam sanitas psychica subjecti, saltem talis qua possit discernere sensationes proprie dictas a sensationibus imaginatis. Verum ubi agitur de objecto determinando in seipso (et quidem modo absoluto), requiritur praeterea ut apparentiae objecti sint normales. Quod fieri nequit nisi adimpletae sint conditiones quaedam ex parte facultatum, ex parte objecti, ex parte medii : —

1. *Ex parte facultatum.* — Requiritur ut facultates sint in statu normali, duplici sensu : — *a*) *Relate ad idem individuum :* tunc status normalis est ille qui habitualis est, i. e. qui communiter habetur de eadem re vel de rebus in adjunctis similibus, vg. visus normalis, gustus normalis, etc. Status abnormalis solet conjungi cum sensu aliquo doloris. Si nullus dolor adsit, restat ut comparentur sensationes praesentes vel cum sensationibus propriis de eadem re in aliis adjunctis, vel cum sensationibus aliorum hominum ; vg. sapor alicujus cibi differre potest prout sumitur ante vel post alium cibum ; — *b*) *Relate ad diversa individua :* tunc status normalis ille est qui habetur in majore parte hominum. Vg. Daltonianus est in statu normali relate ad seipsum, sed in statu abnormali si comparetur cum caeteris hominibus ; item surdus vel caecus a nativitate. Notandum est in surditate vel caecitate congenita multos gradus esse ; idemque dicatur de insensibilitate gustativa, olfactiva, etc.

2. *Ex parte objecti.* — Tria requiruntur : *a*) ut objectum sit positum in puncto minimo perceptionis distinctae (= *distantia normalis*). Defectus (myopia vel presbytia) possunt corrigi vitris organo visuali antepositis ; — *b*) ut apparentia objecti sat diu perduret (= *tempus normale*), et ut, dum apparet, non agitetur motu nimis rapido (= *quies relativa vel normalis*) ; — *c*) si agitur de « sensibili communi », requiritur praeterea concursus plurium sensuum, vg. non est fidendum solis oculis in dijudicanda distantia, figura, etc., ut liquet in exemplo baculi immersi.

3. *Ex parte medii.* — Requiritur medium : *a*) *normale* i. e. consuetum (sc. lumen solis vel lumen album) ; — *b*) *homogeneum*, vg. baculus in aqua immersus non apparet per medium homogeneum.

His conditionibus positis, jure potest intellectus sententiam ferre de rebus *prouti sunt*. Sic justificantur judicia de naturis rerum (= *jugements de nature* et *jugements d'attribution*), vg. color proprius rei cujuslibet externae ille est qui apparet modo normali, sc. facultatibus normalibus, in distantia normali et in medio normali.

DEMONSTRATIO

Ia PARS : Deprehendi possunt apparentiae absolutae.

Arg. — Apparentiae absolutae prout opponuntur relativis sunt apparentiae constantes et uniformes (sc. fixae, non variabiles). Atqui homines generatim deprehendere possunt quaenam apparentiae sint constantes et uniformes. Ergo.

Minor. — Apparentiae normales (sc. quae de re externa, in distantia et in medio normali a majore parte hominum habentur) sunt apparentiae constantes et uniformes. Atqui homines generatim deprehendere possunt et deprehendunt quaenam apparentiae sint normales, sc. utrum facultates subjectivae, objectum, medium interpositum existant in adjunctis normalibus. Saltem quando debitae conditiones non constant evidenter, possunt homines judicium suum suspendere, et, si non suspendant, levitatem suam agnoscere. Ergo.

IIa PARS : Ex apparentiis absolutis cognosci potest quid sint corpora in seipsis.

Argumentum generale. — *a*) Ut intellectu cognosci possit quid sit aliquod corpus in seipso, sufficit ut attingatur aliquid corporis, sc. aliquod attributum (essentiale vel accidentale) quod hic et nunc vere competat corpori ; — *b*) Ut cognoscatur natura specifica corporis, attingi debet

qualitas aliqua vel complexus qualitatum quae sufficiant ad distinguendum corpus a quolibet alio ejusdem generis (vg. color niger est *proprius* quidem corvorum, sed non est *specificus*, licet cum aliis characteribus possit inservire ad speciem dignoscendam) ; — *c*) Ut cognoscatur natura individualis, attingi debet talis complexus notarum qui non conveniat nisi uni et determinato individuo. Atqui, mediantibus apparentiis absolutis, constare potest conditiones supradictas adimpletas esse. Ergo.

MINOR tres partes continet : hinc *tribus* assertis probatur :

I^m Assertum : Inter apparentiam absolutam et corpus prout est in seipso existit nexus naturalis.

Arg. — Debet existere causa hujus apparentiae absolutae, vg. talis coloris, rubri vel albi ; talis resistentiae, mollis vel liquidae vel durae ; talis motus vel caloris, etc. Atqui haec causa nulla alia naturaliter esse potest quam res ipsa externa, quatenus in ea invenitur id (sc. qualitas vel forma) ratione cujus sese hic et nunc sub his determinatis apparentiis manifestat ; organa enim, ex seipsis, indifferentia sunt ad has potius quam alias apparentias referendas. Ergo inter apparentiam absolutam et rem in se existentem habetur relatio seu nexus naturalis. Nempe res sese manifestat hac qualitate sensibili ; non autem ita se manifestaret, nisi qualitas qua se manifestat esset cum ea, saltem partialiter, identica.

Hinc, si quid in debitis conditionibus positum apparet rubrum viginti hominibus, concludi potest statim : hoc *est* rubrum ; hoc *est* calidum, hoc *est* liquidum, etc. (i. e. *est* tale ut hunc determinatum effectum : rubri, calidi, liquidi producat). Ut clarum est, si cui jam constet se normaliter constitutum esse, superfluum est in singulis casibus suam impressionem cum alienis conferre.

II^m Assertum : Inter apparentiam absolutam, aut saltem complexum apparentiarum, et naturam specificam corporis datur nexus naturalis.

Experientia notum est existere complexus quosdam constantes et uniformes apparentiarum absolutarum qui

ita fixi sunt ut constituant aliquod quasi « totum in se clausum », ab aliis complexibus per veram discontinuitatem separatum : vg. recolatur fasciculus valde complexus impressionum visualium, tactilium, gustativarum, etc., cui respondet id quod vocatur « malum aurantium » (= *gall.* orange). Hic complexus ita cohaeret secum ut semper easdem impressiones producat. Idem dicatur de aliis. Atqui causa hujusmodi complexuum constantium non potest esse nisi natura specifica corporis sese sub his apparentiis constanter manifestantis : natura enim est id quo res constituitur, cum *in se* (*absolute* et *statice*) tum *relate ad nos* (*relative* et *dynamice*). Ergo inter hujusmodi complexus et naturam specificam corporis datur relatio seu nexus naturalis, et proinde ex illis ad hanc jure potest intellectus transitum facere. Sic de certis fasciculis apparentiarum dicere licet : *hoc est panis*, *hoc est vinum*, *aurum*, *planta*, *animal*, *homo*, etc. (1)

NOTA. Elementa « fasciculorum specificorum » enumerant scientiarum naturalium cultores, vg. fasciculi quo constituitur aurum, hydrogenium, aqua, etc. (= analysis chemica). Attamen paulatim fieri potest ut, inductione quadam spontanea, ex uno vel altero elemento species corporis determinetur. In hac inductione facienda consistit « educatio sensuum », quae numquam potest esse perfecta. « Video quercum » significat : « video aliquid coloratum quod eo modo sese exhibet sensibus ut jure affirmare possim : hoc aliquid est arbor illius speciei quae appellatur quercus. » Qui accipiunt nummos falsos pro veris inductionem erroneam faciunt. Ars simu-

(1) Nous avons dit jadis (voir *Crit. gen.*, p. 222) que, grâce aux caractères sensibles des choses, nous pouvions arriver à en constituer des définitions essentielles. Pour être exact, il est utile de noter que nous n'arrivons, la plupart du temps, qu'à des propriétés découlant de l'essence, plutôt qu'à l'essence elle-même. C'est ce que remarquait déjà ARISTOTE, *de Anima*, l. I, c. I, § 8. C'est ce que répète saint THOMAS, par ex., dans le *De Ente et Essentia*, c. V : « In rebus enim sensibilibus ipsae differentiae essentiales nobis ignotae sunt : unde significantur per differentias accidentales quae ex essentialibus oriuntur, sicut causa significatur per effectum suum. » Voir aussi 2 *Sent.* III, l. 6 ; *S. theol.*, 1, q. 29, a. 1 ad 3 ; *de Ver.*, q. 5, a. 1 ad 6 ; *in VII Met.*, lect. 12 ; *Post Anal.*, II. lect. 13.

landi aut falsificandi consistit in eo quod rebus quibusdam nonnullae apparentiae aliarum rerum affigantur, vg. falsum aurum, falsum vinum, etc.

III^m Assertum : Inter determinatos complexus apparentiarum absolutarum et naturam individuam datur nexus naturalis.

Arg. — Experientia notum est in ipsis complexibus specificis existere elementa quaedam *propria* simul et *stabilia*, quae ad determinandam speciem corporis non interveniunt. Atqui causa hujusmodi elementorum non potest esse *natura qua specifica* (utpote quae existere potest sine illis), sed debet esse *natura qua individua*. Ergo inter complexus apparentiarum absolutarum, ratione notarum speciei accidentium, et naturam individuam existit nexus naturalis. — Sic, ex. gr., distinguere possum amicos et notos inter centenos homines ; discernere possum sonum campanae, magnae aut parvae, inter plures sonos, etc. (1).

Nota. Ad « identificationem » individuorum praeter notas intrinsecas, inserviunt etiam signa extrinseca, desumpta ex loco, tempore, ortu, etc. *a*) Ad identificanda *individua humana* adhiberi solent signa his versiculis expressa :

Forma, figura, locus, tempus, stirps, patria, nomen :
Haec ea sunt septem quae non habet unus et alter.

His signis dicunt substitui posse impressionem pollicis, in qua nullus homo convenit cum alio (= système Bertillon). — *b*) Ad identificanda *individua materialia*, adhiberi solent varia signa pro subjecta materia, vg. pro fundo, domo, tabula picta, libro, scriptura, etc.

(1) Des apparences *absolues* peuvent être saisies dans un groupe d'apparences changeantes. Par ex., on reconnaît le même individu malgré des changements très notables en lui : tantôt il est pâle, maigre, malpropre, etc.; tantôt il est rouge, joufflu, rasé de frais, etc. Tous ces changements sont réels. Cependant ils ne suppriment pas l'apparence absolue, les traits essentiels, vg. la proportion des lignes du visage, la forme du nez, du front, du menton, etc. Un exemple amusant d'identification erronée (= erreur de « mal-observation ») est consigné dans la Bible. Isaac dit : c'est la voix de Jacob, mais ce sont les mains d'Esaü. Sachant par expérience que la voix est facilement changeante et qu'au contraire les mains ne le sont pas, le patriarche ne doute pas qu'il ait devant lui son fils aîné, et il donne à Jacob sa bénédiction.

Corollarium : *De constitutione Scientiae.*

Ex thesi praesenti intelligitur qua ratione mens humana, datis sensuum adhibitis, pervenire possit ad cognitionem corporum concrete existentium et determinatorum, in quibus differentias tum numericas tum specificas detegit. Id assequitur per attributionem subjecto cuipiam individuali *hoc* (sc. *hoc* quod video, audio, tango, etc.) praedicatorum universalium, quorum alia sunt accidentia, alia propria, alia intrinsece constitutiva (= genus, differentia specifica, species).

Scientia incipit cum apprehensione *abstractiva* subjecti, i. e. tali actu mentis quo apprehenditur subjectum absque notis individuantibus, vg. judicium singulare : *haec quercus est vegetale ligneum* evehitur ad ordinem scientiae per abstractionem subjecti, ex qua oritur judicium universale : *quercus est vegetale ligneum*. Hujusmodi abstractio vocari solet *physica*, estque principium scientiarum naturalium vel physicarum. Cf. infra C. III.

Scholia

I. ***De certitudine thesis.*** — Identificatio specifica vel individualis, etiam ubi inductio est perfecta, non potest praestare nisi certitudinem physicam. Ut possit certo sciri sub his proprietatibus sensibilibus subjacere aurum vel ferrum, confugiendum est ad Deum. Deus enim efficere potest ut sub iisdem proprietatibus sensibilibus subsit alia substantia quam ea quae naturaliter subest. Hoc *a priori* non repugnat et *a posteriori* patet ex mysterio Eucharistiae in quo sub iisdem speciebus, ante consecrationem adest panis et vinum, et post consecrationem Deus-Homo. Hoc tamen Deus efficere nequit absque ratione suae sapientiae digna, et quae nobis aliquatenus innotescere possit. Nonnumquam visus est diabolus sanctis viris sub specie canis vel alius animalis. Quare ut videns canem (sc. apparentias canis) dicere cum certitudine possim : « Hic est canis », necesse est certo noverim nullum miraculum a Deo patrari.

II. ***De modo quo sensibilia in rebus existunt.*** — 1. Saepe vitio vertitur Scholasticis quod ex. gr. dulcedinem subjectivam seu formalem attribuant rebus, vg. saccharo. Quod tamen est maxime falsum. Duo sunt hac in re principia a Scholasticis communiter admissa : *a*) *Cognitio fit per hoc quod cognitum est in cognoscente ;* — *b*) *Cognitum est in cognoscente secundum aliquam sui similitudinem.*

Scilicet distinctio est facienda inter *esse physicum* quod res habet in se et *esse intentionale* quod habet in cognoscente. Hinc dulcedo non habet idem esse in gustante et in saccharo. In gustante est affectio quaedam *sui generis*, qua sentiens cognoscit id quod hujus affectionis est causa, et cui tribuit non affectionem sui, sed id ratione cujus haec affectio, ut talis, producitur. Idem dicatur de colore et de caeteris sensibilibus (1).

2. Cum aliud sit *esse* objecti sensibilis in sentiente et aliud extra sentientem, quaeri potest quomodo se habeant inter se utrumque *esse*. Dicendum est, ut minimum, primum esse alteri simile, non quidem eo modo quo, ex. gr., color in rosa A est similis colori in rosa B, sed *secundum aliquam analogiam proportionis*, in eo fundatam quod unum est causa alterius.

Hinc habemus conceptum *proprium* coloris vel dulcedinis formalis seu subjectivi, non autem, si stricte loqui velimus, dulcedinis aut coloris extra-subjectivi (2).

---

(1) Cf. S. Th. *de Ver.*, 14, 8 ad 5 ; I q. 84, a. 1; *de Anima*, l. II, lect. 16 ; — Cornoldi, S. J., *Inst. phil. specul.*, pp. 355 ; — P. de Munnynck, O. P., *Rev. Thomiste*, 1898, p. 267.

(2) Il existe une certaine *proportion* ou similitude (analogie) entre le non-moi et les impressions déterminées dans le moi par le non-moi. Donc la connaissance que j'ai des choses qui causent mes impressions n'est pas purement *symbolique*, comme le serait, par ex., la flamme du sémaphore signalant un navire. Les choses sont en elles-mêmes tout ce qu'il faut qu'elles soient pour produire dans les organes humains tout ce que nous avons conscience d'éprouver.

Alors, de quoi, dira-t-on, aurons-nous des concepts *propres ?* — *a*) Nous avons des concepts *propres* des faits de conscience : du mal de dents, etc. ; du vert, du rouge, du sucré, de l'amer, du résis-

3. Quaeri potest utrum qualitatibus sensibilibus subjective inspectis certum sit non respondere formaliter qualitates in rebus ; utrum, ex. gr., non existant colores qua tales. Respondeo : hujusmodi existentia concedenda erit, si quis demonstret impressionem colorum explicari non posse nisi existant colores, qua tales, in rebus, vel colores non posse existere causaliter in rebus quin existant etiam formaliter.

Scholastici communiter arbitrati sunt qualitates sensibiles in nobis esse omnino similes qualitatibus sensibilibus quae sunt extra nos in corporibus. Nostro vero tempore plerique philosophi docent qualitates sensibiles esse causaliter non in qualitate aliqua rerum, sed in elemento quantitativo, sc. in motibus quibusdam vibratoriis aeris aut etheris. Existunt profecto hi motus ; at quis probabit eos existere sine ullis elementis qualitativis ? — Haec elementa esse « entia superflua » pluribus argumentis ostendi contendunt P. Fröbes, S. J., in *Stimmen aus Maria-Laach* (1907), t. 73, fasc. 7 et 8 ; cf. *Philosophisches Jahrbuch* (1909), pp. 115 sqq. et P. Balzer, S. J., *Ib.* (1909), pp. 299-344. — Legatur contra P. Gény, S. J., *Ibid.*, pp. 531 sqq. cui respondet Balzer, *Ibid.* (1910), pp. 110-115. Ultima responsio P. Gény reperitur in *Études*, 20 jan. 1911. Impugnant existentiam formalem qualitatum sensibilium easque tenent existere *causaliter* tantum in rebus : M. de la Taille, *Études*, l. c., pp. 351 sqq ; — R. de Sinéty, *La connaissance sensible des qualités secondaires*, in *Rev.*

---

tant, etc. — *b*) De tout le reste nous n'avons que des concepts *analogiques :* de l'âme, de Dieu, de la substance, de la cause, etc. — *c*) Cependant les choses en soi sont dites connues par concepts *propres*, lorsqu'elles sont connues par leurs effets *naturels* (*per se*) sur nos organes, effets dont nous avons des concepts propres. Exemple : j'ai de la cerise une notion propre, grâce à la notion propre que j'ai de son effet sensible. Au contraire, quand la chose en soi ne m'est pas connue par ses effets sensibles propres ou naturels, je n'en ai que des notions analogiques. Pour savoir quelle analogie existe essentiellement entre l'effet et la cause, lire les auteurs de métaphysique scolastique, au *Traité des Causes*.

des questions scientif., 20 avril 1911 ; — H. Gründer, *De qualitatibus sensibilibus et in specie de coloribus et sonis*, (Freiburg-im-Br., 1911). Quibus addendi sunt inter catholicos viros Balmès, Domet de Vorges, Piat, Palmieri, Tongiorgi, Maher, Lahr, Sortais, Mattiussi, de Munnynck, Gutberlet, A. Schmid, Hagemann, Linsmeier, Isenkrahe, abbé de Broglie, Cⁿˡˢ Mercier cum schola neo-lovaniensi, etc., etc. Quare non amplius decet hanc sententiam tanquam fidei ruinosam damnare.

Difficultates.

1. Non potest natura ex proprietatibus determinari sine inductione ; sed inductio nunquam est perfecta. R. Concedo majorem ; sed duplex est inductio : spontanea et scientifica. Spontanea fit absque apparatu scientifico ; sed in multis casibus plane sufficit ; vg. distinguitur aurum ab aurichalco etiam absque analysi perfecta omnium elementorum auri. — 2. Dantur complexus apparentiales maxime distincti sub quibus eadem est substantia specifica, vg. glacies, nix, aqua, vapor. R. Ut adsit differentia specifica non sufficit qualiscumque irreductibilitas complexuum apparentiarum, sed talis requiritur qua unus complexus sit separatus vel sejunctus ab aliis complexibus per veram discontinuitatem. Ex. gr. semen et planta possunt esse ejusdem speciei, idque tum constat ubi ex uno complexu fit transitus ad alterum per lentam progressionem. — 3. « Singuli nervi specialem quamdam vim vel qualitatem possident, quam causa excitans solummodo manifestat » (Joh. Müller). Hinc colores, soni et caeterae qualitates sensibiles nullam realitatem habent in rebus, sed sunt meri status subjectivi qui sub excitatione causae alicujus *ignotae* in nervis oriuntur. R. 1° Theoria de energia specifica nervorum a multis nunc physiologis negatur. 2° Semper (ex principio rationis sufficientis) manet proportio inter causam excitantem et objectum sensibus exhibitum ; sensus enim nostri, utpote facultates passivae, reactionem suam vitalem recepto influxui commensurant. Ut ex scientia phy-

sica notum est, vibrationes corporum, licet inter se reductibiles, gradibus tamen inter se differunt, tum eae quae ut diversae eodem sensu apprehenduntur, tum maxime eae quae diversis sensibus percipiuntur. Quare, quantumvis magna concedatur participatio nervorum in objecto efficiendo, semper ex objecto poterit cognosci causa excitans, et quidem non tantum quoad *an sit*, verum etiam (quamvis analogico modo) quoad *quid sit*. — 4. Stante thesi, cognitio nostra mundi externi erit non propria sed analoga tantum, sicut cognitio Dei. R. Cf. supra, *Scholion II*. — 5. Si sensibilia non existunt formaliter in rebus, sensus faciunt objectum suum ; nam si, vg., nullus oculus existeret, nullus esset color. R. d. faciunt, i. e. determinant modum quo objectum se manifestat, c. ; i. e. efficiunt totum objectum, n. *Ad rat. add.* resp. d. nullus esset color formaliter qua perceptus et proinde sub forma qua res apparet oculis, c. ; nullus esset color causaliter, sc. non esset id unde res habet ut appareat « colorate » oculis, si existant oculi, n. (1).

Sommaire. — *Dès qu'un donné sensible entre dans la conscience, dès qu'il se présente un* objet *par la vue, l'ouïe, l'odorat, etc., l'esprit entre en action. Voyant réalisé dans le nouveau venu son objet propre, l'*être, *il prononce : « c'est de l'être, c'est quelque chose. »*

Si l'esprit s'en tenait là toujours, on peut être assuré qu'il ne se tromperait jamais. Car ce qui apparaît dans la conscience est vraiment quelque chose. Les mirages du désert, les fata morgana, *l'étoile qui scintille quand elle a cessé d'exister, le soleil qui se profile en forme de disque, etc., tout cela est vraiment quelque chose, ce n'est pas rien.*

Mais l'esprit va plus loin. Il situe cet être *hors de la conscience ; il prétend le déterminer dans sa nature intime, en saisir les notes caractéristiques, en fixer la définition. Pour cette détermination des notes intimes, il se guide sur les apparences sensibles (qui sont les*

(1) « ... est alia consideratio ipsarum qualitatum secundum se, et secundum quod immutant sensus... Omne enim sensibile dupliciter dicitur esse in actu. Uno modo, quando actu sentitur, hoc est, dum species ejus est in sensu... (= qualitas qua percepta) ; alio modo secundum quod habet propriam speciem per quam sentiri potest... in corporibus sensibilibus. » S. Th., *de Anima*, l. II, lect. 16 ; cf. Suarez, *de Anima*, l. III, c. II, n.° 9, 11, 20.

effets en nous de la chose en soi) : il ne procède pas à l'aveugle, mû par une sorte de contrainte psychologique, qu'il ne s'expliquerait pas. Il agit, au contraire, sciemment et consciemment ; il ne met dans la série de prédicats qu'il attribue à l'objet que ceux que l'analyse du donné sensible lui a fait découvrir.

Quelque correcte que soit l'analyse, l'esprit ne pénètre que rarement jusqu'à l'essence même des choses en soi, je veux dire, jusqu'aux notes génériques *et* différentielles ; *mais il peut arriver et souvent il arrive jusqu'aux propriétés inséparables de l'essence, et que, pour ce motif, l'on nomme* essentielles. *Aux choses ainsi définies des noms conventionnels sont donnés. Les substances séparées par des caractères différentiels reçoivent des noms différents : l'or, l'argent, le pain, le vin, le bois, la laine, la viande, etc. etc. Ces substances peuvent être rangées en diverses classes, d'après leurs éléments de ressemblance ou de dissemblance.*

Les définitions obtenues et les classifications générales achevées, il reste à identifier, au cours de nos journées, les substances individuelles. Je m'aide, à cet effet, des apparences sensibles, des caractères extérieurs. Seulement, là est le danger. Dans la vie ordinaire, j'ai souvent besoin d'aller vite, je n'ai pas le temps d'examiner attentivement les choses. Aussi m'arrive-t-il de les mal déterminer, de les identifier avec ce qu'elles ne sont pas. Je prends pour du bordeaux ce qui est du bourgogne, je prends du parmesan pour du roquefort. Ici je me trompe dans l'identification spécifique. D'autres fois, je me trompe dans l'identification des individus. Étant myope, je salue très bas un monsieur que je crois reconnaître et qui me regarde ahuri.

Considérer d'une façon générale, a priori, *que les choses* sont *ce qu'elles* paraissent, *constitue essentiellement ce qu'on est convenu d'appeler le* réalisme naïf, *résultat naturel du perceptionisme vulgaire. L'enfant est le type du réaliste naïf. « Le soleil est-il grand ? — Il est petit. Ce disque est-il rouge? — Oui. Cette baguette à demi plongée dans l'eau est-elle droite ? — Non, évidemment. En êtes-vous bien sûr ? — Absolument, puisque je le vois ainsi. » Les voyageurs dans le désert ne sont plus des enfants ; il leur arrive, pourtant, d'accorder une réalité à ce qui n'est que mirage. Il est très vrai que quelque chose leur apparaît. Mais ils attribuent à ce quelque chose ce qui ne lui convient pas. Ils disent que ce quelque chose est là-bas, à l'horizon ; que c'est une ville, avec des remparts et des minarets, ou bien, que c'est un bouquet d'arbres, parmi lesquels émergent des palmiers, etc.*

Pour s'assurer de l'existence actuelle et de la nature d'un objet, qu'il s'agisse d'une ville, d'un bouquet d'arbres ou d'une substance quelconque, il faut que les apparences sensibles soient suffisamment fixes et constantes ; il faut qu'elles aient été contrôlées par comparaison, etc. Ce contrôle, que l'on fait, la première fois qu'on entre en contact avec un objet, est souvent négligé dans la suite. Pour déterminer l'or et

l'argent, au lieu de procéder avec soin, comme le métallurgiste, l'on se contente de la présence d'un ou de deux caractères. La couleur d'un métal nous fait dire : c'est de l'or, comme si cette même couleur ne pouvait recouvrir d'autre substance que l'or. C'est l'esprit, dans ce cas, qui se trompe, non pas le sens. Que ce soit or ou clinquant, peu importe pour l'œil. Cela importe pour l'oreille, pour le toucher ; seulement, l'esprit ne les consulte pas, il se hâte trop ; et dans son impatience de dire ce que les choses sont, il affirme au-delà de ce que les données sensibles lui permettent d'affirmer.

Et, en cela, dit saint Thomas, il y a bien quelque témérité. L'apparence n'est pas la réalité : pour passer de l'apparence à la réalité, l'esprit doit s'aider du raisonnement inductif ou déductif appuyé sur les premiers principes.

THESIS XXX[a]

Nihil valent argumenta quibus Idealistae certitudinem nostram de realitate mundi externi everti contendunt.

Auctores

Cfr. MERCIER, *Les origines de la Psychologie contemporaine* [2], C. II, pp. 54-65 et C. V. ; ID., *Crit. gén.* [3], pp. 398 sqq ; — H. DEHOVE, *Dict. Apol. d'Alès*, art. *Idéalisme ;* — PILLON, *l'Évolution de l'Idéalisme*, dans *l'Année Philosophique* (1892, 1893, 1894, 1895) ; — Ch. DUNAN, *Les deux Idéalismes* (Alcan 1911) ; — G. LYON, *L'Idéalisme en Angleterre au XVIII[e] siècle* (Alcan 1888) ; — L. WEBER, *Vers le positivisme absolu par l'Idéalisme* (Alcan 1903) ; — L. BRUNSCHVICG, *L'Idéalisme contemporain* (Alcan 1905), etc.

Notiones nominales

I. **Sensus generalis** (*extra-philosophicus*). — Idealismus in genere (prout vox in sermone consueto usurpatur) eam doctrinam vel tendentiam ethicam significat quae aliquid momenti tribuit « ideis », sc. objectis quae non sensationibus sed repraesentationibus mentalibus tantum exhibentur, ita quidem ut ex his ideis, tanquam ex normis quibusdam superioribus, desumi oporteat directio practica vitae humanae, sive in re esthetica (in litteris et pulchris artibus), sive in ethica, sive in religione, in educatione, in politica, etc. Hoc sensu, qui de ultra-sensibilibus sollicitus est *idealista* appellari consuevit.

Idealismus ita intellectus opponitur *realismo*, *naturalis-*

mo, *positivismo*, *materialismo*, *sensualismo* (1). — De illo *idealismo* hic non agitur.

NOTA. Quaestio philosophica est : utrum « *idealia* », seu exemplaria eminentis perfectionis quae prosequuntur homines, sint *objective* fundata, an emergant in hominis conscientia ex causa aliqua mere subjectiva (= *immanentismus*), et sine ulla relatione cum realitatibus extra-subjectivis. Qui primum defendunt *objectivistae*, qui vero secundum *subjectivistae* dicuntur. Post *Criticam rationis practicae* magistri KANT, multi philosophi moderni *idealismo subjectivo* adhaerent : pro eis « *idealia* » non aliud sunt quam « postulata » quaedam animi, psychologice quidem necessaria, rationi vero impervia et ex sensu quodam sui generis erumpentia (= *fides*, *cor*, *sensus spiritualis*, « *sentimentum* », etc.). Cf. TH. XIX. Ita, inter alios, Fred. PAULSEN : « Ultimae atque supremae veritates, in quibus et pro quibus homo vivit et moritur, non in cognitione scientifica nituntur, sed ex corde et essentiali voluntate oriundae sunt... Homo ubique ultimo ex fide, non vero ex scientia vivit. » (2)

II. **Sensus philosophicus**. — A. Idealismus, ut denomi-

---

(1) C'est le sens du mot *Idéalisme* dans A. FOUILLÉE, *Le mouvement idéaliste et la réaction contre le positivisme* (Alcan 1896) ; dans F. BRUNETIÈRE, *La renaissance de l'Idéalisme* (dans *Discours de Combat*, Ie série, Perrin) : « Ce que j'appelle du nom d'*Idéalisme*, c'est... la doctrine, ou plutôt — car elles sont plusieurs — se sont toutes les doctrines qui, sans méconnaître l'incontestable autorité des faits — événements de l'histoire, ou phénomènes de la nature, — estiment qu'ils ne s'éclairent ni les uns ni les autres de leur seule et propre lumière : qu'ils ne portent pas en eux leur signification tout entière ; et qu'ils relèvent de quelque chose d'ultérieur, de supérieur et d'antérieur à eux-mêmes. *L'Idéalisme*, c'est encore la conviction que, si la science ou la connaissance du fait, la connaissance expérimentale, la connaissance rationnelle, est une des « fonctions de l'esprit », elle n'est ni la seule, ni peut-être la plus importante. Il y a plus de choses dans le monde que nos sens, — instruments merveilleux, je ne dis pas le contraire, mais instruments très bornés aussi — n'en sauraient percevoir ou atteindre ! Et *l'Idéalisme* c'est, enfin,... la persuasion, l'intime persuasion, la croyance indestructible que, derrière la toile, au-delà de la scène où se jouent le drame de l'histoire et le spectacle de la nature, une cause invisible, un mystérieux auteur se cache — *Deus absconditus* — qui en a réglé d'avance la succession et les péripéties. » p. 7 sq.

(2) *Immanuel Kant* (1898), p. 385 ; — Cf. J. DONAT, *Metaphysica generalis*, pp. 78-85.

natio doctrinalis, primo theoriam PLATONIS de ideis designavit (1). In theoria Platonis, *realitas* (i. e. praedicatum *ens*) non competit mundo sensibili, quippe qui in perpetuo fluxu versetur, sed *ideis* seu essentiis incorporalibus a quibus phaenomena suam existentiam et cognoscibilitatem (exemplariter) accipiunt. Hujusmodi *ideae* seu *formae purae* in mundo quodam suprasensibili existunt ; relationes quidem habent cum mundo sensibili, quas tamen non explicat Plato nisi metaphoris. Haec doctrina, cum realitatem tribuat ideis independenter a mente, nihil commune habet cum idealismo critico (2). Eam vocarunt Scholastici « realismum platonicum », eamque semper rejecerunt. Cf. infra TH. XXXII.

B. A quibusdam auctoribus, *idealismus* vocatur *doctrina scholastico-thomistica*, secundum quam ideae aliquam realitatem habent, non absolutam quidem et ab individuis distinctam, sed in ipsis rebus singularibus, in quibus sunt materialiter contentae — ita quidem ut res corporales haberi possint tanquam ideae realitatem in materia habentes. Haec doctrina coïncidit cum ea quae tenet « idealia » esse objective fundata (3) (cf. supra NOTA) ; ut

---

(1) Cf. *Dict.* BALDWIN au mot *Idealism*, t. I, pp. 500 sqq.

(2) Cf. Prof. SORLEY, *The Two Idealisms* dans *Hibbert Journal*, July 1904, pp. 704 sqq.

(3) C'est cet *Idéalisme* qu'expose et défend le Dr Otto WILLMANN dans sa magistrale *Geschichte des Idealismus*, 3 vol. (1894-1897), dont on trouve une sorte de résumé dans J.-B. SEIDENBERGER *Grundlinien idealer Weltanschauung* (1902). — « The genuine Idealist, in Dr Willmann's sense, looks on all terrestrial objects as created according to an Idea, a celestial pattern or prototype, and he so far idealises the world that in the visible he recognises the invisible, in the sensible he recognises the intelligible, in the thing he recognises the thought. » C. S. DEVAS, *Dublin Review*, July 1904, p. 115. « Dr Willmann's « genuine Idealism » attributes *real being* to an intelligible idea only in so far as it is embodied, exemplified, instanced or, as we say, realized under various individual limitations, in the world of concrete things ; while, on the other hand, it counts these latter concrete things as *real beings*, only in so far

: olutio problematis *de universalibus*, appellari solet *realismus moderatus* vel *conceptualismus realisticus* (cf. infra TH. XXXII).

Hic usus vocis *Idealismus* nunc est obsoletus aut certe rarissimus. De illo non agitur.

III. **Sensus criticus.** — A. Idealismus in epistemologia eorum doctrinam designat, secundum quos objecta cognitione (sive sensuum sive intellectus) exhibita, sunt aliquid subjecti, nempe ejus *ideae*, quibus proinde nihil respondet vel respondere constat extra ideas (seu repraesentationem).

Idealismi critici plures sunt gradus :

1. ***Idealismus absolutus*** (vel *subjectivus*) negat constare existentiam ullius entis seu ullius « non-Ego » extra conscientiam. Ita FICHTE, SCHELLING, HEGEL, SCHOPENHAUER, etc. « Mundus, inquit SCHOPENHAUER, est repraesentatio mea ;... nulla est veritas certior, ab omnibus aliis magis independens et probatione minus indigens quam ista » (1).

2. ***Idealismus empiricus*** (vel *phaenomenicus*) negat constare existentiam ullius substantiae (i. e. substrati metempirici permanentis) sive intra sive extra conscientiam. Ita D. HUME, J. STUART MILL, Alex. BAIN, cui accedunt Galli positivistae COMTE, TAINE, LITTRÉ, etc. Pro his philosophis, res nihil substantiale sunt extra sensationes actuales.

3. ***Idealismus « acosmicus »*** (vel *immaterialismus*) negat constare existentiam ullius substantiae corporeae. Ita G. BERKELEY et suo modo E. KANT.

NOTA. Idealismus episcopi BERKELEY appellatur ab E. KANT « idealismus materialis » ab eoque confutatur. Pro Kant, *forma* quidem cognitionis (sc. universalitas et necessitas ; spatium et

---

as they embody ideas. Our intelligible ideas of an object of sense are measures of its *being*. All *being* is intelligible, and only the intelligible can *be*. » Thomas RIGBY, *The Month*, Oct. 1904, p. 386.

(1) « Die Welt ist meine Vorstellung ;... keine Wahrheit ist gewisser, von allen anderen unabhängiger und eines Beweises weniger bedürftig, als diese. » *Die Welt als Wille und Vorstellung*, I, § 1 et 2.

tempus) a subjecto est ; *materia* vero est subjecto data et a re quadam externa sed « noumenali » producta ( ). *Idealismus Kantianus* est igitur *non materialis* sed *formalis* ; vocatur etiam *transcendentalis* vel *criticus*, imo « *formalismus* ».

Pro nobis, in praesenti thesi, *idealismus* intelligitur ea *doctrina epistemologica quae negat constare existentiam extra-subjectivam corporum, i. e. substantiarum extensarum.*

B. Idealismus criticus affinitates habet :

a) Cum ***psychologismo,*** secundum quem cognitiones et leges cogitandi sunt mere facta psychologica. Cf. TH. XI. Ab idealismo et psychologismo vix differt ***Autonomismus*** (autonomia rationis), quatenus docet subjectum humanum ab omni lege externa, sive in judicando sive in volendo, independens esse (1).

b) Cum ***subjectivismo,*** saltem quodam sensu accepto. Nimirum subjectivismus definitur : « Doctrina quae tenet cognitiones nostras ita subjectivas esse ut non res independenter existentes exhibeant, sed modum quo subjectum — secundum leges sibi congenitas et pro individuis variabiles — ordinem objectivum (i. e. repraesentationes) cognoscendo efformat et componit. » Sed α) vel subjectum supponitur causa integra repraesentationum suarum — tunc *subjectivismus* opponitur *objectivismo* et confunditur cum idealismo, psychologismo, etc. — ; vel β) supponitur causa partialis tantum — tunc *subjectivismus* non tollit *rem in se extra* subjectum ; et proinde confundi nequit cum idealismo,

(1) « Que toute notre connaissance commence avec l'expérience, cela ne soulève aucun doute. En effet, par quoi notre pouvoir de connaître pourrait-il être éveillé et mis en action, si ce n'est par des objets qui frappent nos sens, etc. ? » *Crit. de la raison pure*, Intr. à la IIe éd., dans trad. Tremesaygues et Pacaud, p. 39. — Cf. SENTROUL, *l'Objet de la Métaphysique selon Kant et selon Aristote*, passim. « Le subjectivisme idéaliste de Kant est plus justement appelé *relativisme : Le monde extérieur existe, mais nous ne le connaissons qu'en fonction de nous-même*. Telle serait assez justement, à notre avis, la formule brève du subjectivisme relativiste et, à sa façon, idéaliste. » ID., *Le subjectivisme Kantien*, *Rev. Thomiste*, 1907, p. 497. — Voir également H. DEHOVE, *art. cité*, § I n. 2, c.

(2) Cf. J. DONAT, *Critica*, p. 46.

sed potius cum ***phaenomenismo,*** quippe qui expresse docet non posse cognosci a nobis res ut sunt in se, sed earum phaenomena, i. e. modum quo res nos afficiunt, vel speciem quam in nobis producunt et sub qua apparent. Phaenomenismus, quatenus est doctrina exclusiva, incidit in ***Agnosticismum*** (1).

Notiones historicae

I. **Apud Antiquos.** — Licet idealismus criticus sit solutio quaedam moderna problematis maxime moderni, non defuerunt ejusdem quasi anticipationes in Antiquitate. Et re quidem vera, omissis Indorum doctrinis de « Maia » brahmanica, et conclusionibus scholae Eleaticae, vg. PARMENIDIS, ZENONIS, etc., (apud quos data sensuum ideo apparentiae vanae reputabantur quod conciliari non posse videbantur cum datis intellectualibus), non potest esse dubium quin in *scepticismo* antiquo aliquid idealismi contentum fuerit. Admissis enim sensationibus, quid sensationibus responderet nescire se sceptici profitebantur. Attamen scepticismus, seu suspensio assensus, erat potius de quaestione : *quid res sint ?* quam de quaestione : *an sint* (2) ?

---

(1) Les définitions ci-dessus rappelées sont loin d'achever le dépouillement du mot *idéalisme*. En psychologie, opposé à *sensualisme*, il signifie la doctrine qui admet une autre source de savoir que l'expérience sensible (= *rationalisme*) ; opposé à *matérialisme*, il signifie toute doctrine qui reconnaît dans le monde l'existence d'un principe autre que la matière (= *spiritualisme*). On l'emploie encore pour désigner le *monadisme* de LEIBNIZ (cf. DEHOVE. *art. cité*, § I, n. 1, B et n. 2, c.). M. SALTER (*First steps in Philosophy*, p. 27) propose d'appeler « idéalisme sensible ou physique » la position conceptioniste suivant laquelle la sensation est un état subjectif, mais impliquant un « réalisme métaphysique » : l'esprit, survenant, trouve dans les données sensibles tout ce qu'il lui faut pour passer au monde extérieur et s'en faire une représentation humainement exacte. Cette même position est qualifiée d' « idéalisme objectif » par M. l'abbé COSTE, dans ses *art. cités* des *Annales de Philosophie chrétienne*.

(1) « Quod enim apparet — aiebant Sceptici — hoc ponimus, non tamen sic ut revera tale sit. Et ignem quidem urere sentimus,

II. **Apud modernos.** — A. *Origo remota.* — Auctore P. BAYLE (*Dictionnaire,* art. *Pyrrhon*), Cartesianismus in causa est cur *Idealismus* in philosophiam modernam inductus sit. CARTESIUS quidem ipse idealista non fuit, siquidem corpora existere certum habuit ; attamen duplici modo, licet indirecte et inconscie, idealismum praeparavit :

1° *Sua methodo :* Cartesius ut principium inconcussum Criteriologiae suae assumit conscientiam ipsam seu facta conscientiae : *Cogito ergo sum.* Exinde duplex sequitur illatio : *a*) sola facta conscientiae, ut phaenomena interna, sunt immediate nota ; hinc necessitas *pontis,* ut possit extra conscientiam exiri (1) ; — *b*) ingens est discrimen inter certitudinem de factis internis et certitudinem de rebus aliis, ita quidem ut sola prior haberi possit pro stricta atque invincibili (2).

---

an vero urendi vim habeat, assensum sustinemus. Atque etiam moveri quempiam, et corrumpi videmus ; sed quomodo haec fiant ignoramus. » Diogenes LAERTIUS in *vita Pyrrhonis.*

(1) « L'idéalisme peut être dit provenir de la persuasion que la connaissance est primitivement limitée à la perception des états subjectifs personnels, ou, comme dit LOCKE, à la persuasion que « l'esprit dans toutes ses pensées et tous ses raisonnements n'a pas d'autre objet immédiat que ses propres idées, que seules il contemple et peut contempler. » (*Essay,* IV. I. 1)... On peut dire que cette persuasion est le principe commun de la philosophie moderne de DESCARTES à HUME. Il est commun à DESCARTES et à LOCKE, qui croient à l'existence indépendante du monde extérieur, ainsi qu'à BERKELEY et à HUME qui nient une semblable inférence. Il est inhérent à la conception leibnizienne des monades « sans fenêtres » et à la théorie spinoziste de la pensée immanente. REID l'appelle la « *théorie des idées* », d'où il fait dériver le scepticisme de HUME ; il lui oppose sa propre doctrine du « *réalisme naturel* », ou du « *dualisme naturel.* » *Dict.* BALDWIN, au mot *Idealism,* t. I, p. 503. — Cf. DEHOVE, *art. cité,* § I n. 3, § III n. 2.

(2) « Ainsi la doctrine de DESCARTES, qui, bien entendue, n'est pas idéaliste, au sens qu'elle nierait l'existence indépendante du monde extérieur, est appelée par KANT « idéalisme problématique », parce que, en considérant la chose étendue comme objet d'inférence et de croyance, il en place la réalité à un moindre degré de certitude que nos états internes. » *Dict.* BALDWIN, *l. cit.*

2° *Theoria sua mecanica* : Cartesius totam realitatem externam reducit ad extensionem et motus, tanquam ad elementa sua essentialia. Hinc admissa extensione, ut *qualitate primaria*, caeterae qualitates (*secundariae*), sc. colores, soni, sapores, etc. dicendae sunt status subjectivi. Principio semel introducto participationis subjecti cognoscentis in objecto conficiendo, aperta est via omni licentiae vel potius audaciae.

Nic. MALEBRANCHE (1638-1715) aperte negat constare existentiam corporum aliter quam revelatione (1).

Th. HOBBES (1588-1679) et postea J. LOCKE (1632-1704), retentis qualitatibus primariis, eo ipso substantiam ut corpoream servant.

G. BERKELEY (1685-1753), iisdem argumentis quibus Locke qualitates secundarias, rejicit qualitates primarias. Nihil igitur existit extra nos quod corporeum sit : nempe corpora nihil sunt extra ideas (sensationes) quae in sensibus imprimuntur : eorum « *esse est percipi* (2) ». Attamen manent substantiae, sed immateriales (inde *immaterialismus*) ; admittit BERKELEY spiritus quosdam finitos praeter Spiritum Divinum. Id quod vocatur « mundus corporeus » est complexus signorum quibus spiritus inter se communicant.

D. HUME (1711-1776) et post eum J. STUART MILL (1806-1873), Alex. BAIN (1818-1903), etc., relictis substantiis vel personis incorporalibus, nihil amplius retinent praeter sensationes actuales et « possibilitates permanentes sensationum ».

Inde apparet cur H. SPENCER semper conjungat voces

---

(1) Cf. *De la recherche de la vérité*, Éclaircissement VI sur le *I*er *livre*.

(2) « Their *esse* is *percipi*, nor is it possible they should have any existence out of the minds or thinking things which perceive them. » *On the principles of Human Knowledge*, Bk. III. Cf. *Trois Dialogues entre Hylas et Philonous*, trad. Beaulevon et Parodi, pp. 186 sqq. ; A. PENJON, *G. Berkeley* (Alcan 1878), pp. 51 sqq.

« idealismus scepticus », quasi res ipsae his vocibus designatae essent mutuo inseparabiles (1).

B. ***Origo proxima.*** — Idealismus, qui *nunc* dominatur, provenit partim ex Cartesio, mediantibus empiristis anglis, partim ex Kantio, mediantibus idealistis germanis.

E. KANT (1724-1804) concedit quidem in sua *Critica rationis purae* existere extra subjectum *aliquid* quod, materiam suppeditando, sensationes excitet. Illud autem est ignotum *x* : utrum sit *in se* extensum an simplex, unum an multiplex, mobile an immobile, id captum *scientiae* superat. *Formae* enim *spatii* et *temporis*, non secus ac *categoriae* intellectus, sunt elementa *a priori* quibus constituitur « purum schema experientiae possibilis », sed quae ad *res in se* applicari nequeunt (= *idealismus criticus* vel *transcendentalis*).

FICHTE (1762-1814), SCHELLING (1775-1854), HEGEL (1770-1831) ignotum *x* sui magistri rejecerunt : etenim *a*) si potest subjectum-Ego elementa formalia cognitionis ex proprio fundo contribuere, cur non etiam materiam ? — *b*) Si non licet uti principio causalitatis extra mundum phaenomenalem, quo jure asseritur existentia alicujus *x noumenalis* (2) ? Sic ad idealismum absolutum seu pure subjectivum plana est via. « *Cogitare* » absolutum est identicum cum *esse*. Hoc absolutum, in se indeterminatum, continua progressione sese evolvit et sic, licet idem manens, sese in diversa determinat. Quomodo in hoc processu se habeant τὸ *Ego* et τὸ *non-Ego*, hi auctores non eodem modo explicant. Cf. supra, p. 177. Caeterum haec pars est potius constructiva et metaphysica : non explicat quomodo subjectum producat objectum, sed quomodo Ens absolutum evolvatur in subjectum et objectum.

Arthur SCHOPENHAUER (1878-1860) negat etiam *rem in se*. Totus mundus, qui nihil realitatis habet extra repraesentationem (« *Mundus est repraesentatio mea* »), non est

(1) Cf. *Principles of Psychology*, Part. VIII.
(2) Cf. DEHOVE, *art. cit.*, § I n. 4, II.

aliud quam « objectivatio voluntatis cujusdam primordialis » (*Objectivierung des Grund-oder Urwillens*) (1). Haec voluntas studet se realem facere ; habet quidem intuitionem aliquam sed non conscientiam. Ad altiora semper contendit, donec plenam sui conscientiam assequatur. Mundus autem qui ita sese evolvit est omnium pessimus ; quare enitendum est ut voluntas destruatur : sic obtinebitur quies seu *nirwana*.

Eduardus von HARTMANN (1842-1906) conatur doctrinam A. SCHOPENHAUER cum hegeliana componere : pro eo *Idea* (HEGEL) et *Voluntas* (SCHOPENHAUER) sunt duo attri-

(1) La page suivante donnera quelque idée de l'idéalisme subjectif de SCHOPENHAUER :

« Deux choses étaient devant moi, deux corps pesants, de formes régulières, beaux à voir. L'un était un vase de jaspe avec une bordure et des anses d'or ; l'autre, un corps organisé, un homme. Après les avoir longtemps admirés du dehors, je priai le génie qui m'accompagnait de me laisser pénétrer dans leur intérieur. Il me le permit ; et dans le vase je ne trouvai rien, si ce n'est la pression de la pesanteur et je ne sais quelle obscure tendance réciproque entre ses parties, (qu'on désigne) sous le nom de cohésion et d'affinité. Mais quand je pénétrai dans l'autre objet, quelle surprise et comment raconter ce que je vis ? Les contes de fées et les fables n'ont rien de plus incroyable. Au sein de cet objet, ou plutôt dans la partie supérieure appelée la tête, et qui, vue du dehors, semblait un objet comme tous les autres, circonscrit dans l'espace, pesant, je trouvai quoi ? Le monde lui-même, avec l'immensité de l'espace, dans lequel le tout est contenu, et l'immensité du temps, dans lequel tout se meut, et avec la prodigieuse variété des choses qui remplissent l'espace et le temps, et, ce qui est presque insensé à dire, je m'y aperçus moi-même, allant et venant...

« Oui, voilà ce que je découvris dans cet objet à peine aussi gros qu'un gros fruit, et que le bourreau peut faire tomber d'un seul coup, de manière à plonger du même coup dans la nuit le monde qui y est renfermé. Et le monde n'existerait plus si cette sorte d'objets ne pullulait sans cesse, pareils à des champignons, pour recevoir le monde prêt à tomber dans le néant, et se renvoyer entre eux, comme un ballon, cette grande image identique en tous, dont ils expriment l'identité par le mot d'*objet*. » *Memorabilien*, p. 285 — trad. Challemel-Lacour, *Rev. des Deux Mondes*, 15 mars 1870, p. 315.

buta essentialia ejusdem principii rerum omnium, quod « *Inconscium* » nuncupat.

Idealistae nunc temporis fere sunt innumeri, vg. apud *Anglos :* F. H. Bradley, T. H. Green, Mackintosch, E. Mac Taggart, B. Bosanquet, J. B. Baillie, Gries Hibben, Adamson, Ed. Caird (+ 1908), H. Hodgson, etc. — apud *Germanos :* Herm. Lotze (1817-1881), A. Lange (1828-1875), Fred. Paulsen (1846-1908), L. Busse (1862-1907), O. Liebmann, R. Eucken, Cohen, Natorp, Krause, Windelband, Schuppe, E. Cassirer, H. Rickert, E. Mach, M. Verworn, etc. ; — apud *Gallos :* Renouvier (1815-1903), J. Lachelier, Aug. Sabatier (1839-1901), A. Hannequin (1858-1901), O. Hamelin (+ 1907), G. Noel, L. Weber, L. Brunschvicg, A. Bazaillas, Ed. Le Roy, etc. ; — apud *Italos :* Cantoni (+ 1906), Gentile, B. Croce, De Sarlo, Maturi, Testa, Chiappelli, Faggi, etc.

DEMONSTRATIO

Hic locus esset evolutionem Idealismi describere inde a primis suis initiis in philosophia indica usque ad nostram aetatem. Exponendae essent minutatim ex ipsis documentis variae rationes quae variis temporibus ab idealistis philosophis usurpatae sunt, et singulis apta responsio opponenda esset. Quoniam vero hujusmodi opus nimium temporis requirit, et quia, ex altera parte, illud ad historiam philosophiae pertinet, paucae tantum idealistarum rationes hic examini subjicientur.

1ª ratio : *contradictiones sensuum* (= *relativitas sensationis*). — Nullus est « tropus » apud scepticos antiquos magis tritus. Accidit saepenumero ut relationes sensuum sint inter se contradictoriae, vg. ut id quod uni videtur dulce aut rubrum alii videatur neque dulce neque rubrum, sed amarum aut viride. Quare, vel res *sunt* sicuti *apparent* — et tunc judicia contradictoria sunt simul vera ; vel res non sunt sicuti apparent — et tunc « res sicuti apparent » non existunt extra subjectum sentiens : quae est ipsa doctrina *idealismi*. — Quidam ab Aristotele recensentur qui

« opinabantur — ut scribit S. THOMAS in *III de Anima*, l. 2 — nihil esse album aut nigrum, nisi quando videtur ; neque saporem, nisi quando gustatur ; et similiter de aliis sensibilibus et sensibus. Et quia non credebant esse alia entia nisi sensibilia, neque aliam virtutem cognoscitivam nisi sensum, credebant quod totum *esse* et veritas rerum esset in *apparere*. Et ex hoc deducebantur ad credendum contradictoria esse simul vera *propter hoc quod diversi contradictoria opinabantur.* »

Responsio : 1° *Concedimus* factis allatis ostendi necessitatem distinguendi apparentias sensibiles et res ipsas : apparentiae seu phaenomena sunt repraesentationes subjectivae, ideoque necessario dependentes a statu organismi. Potest quidem res eadem *apparere* simul (diversis hominibus) rubra et non rubra ; sed non potest *esse* simul rubra et non rubra — id enim vetat *principium contradictionis*. S. AUGUSTINUS distinguit inter *nuntium* (i. e. repraesentationem sensibilem) et *rem nuntiatam :* circa *nuntium* ipsum non potest esse error, nam *nuntius* est aliquid immediate datum conscientiae ; sed circa *rem nuntiatam* (sc. rem in se) potest esse error, nam res non semper est in se sicuti nuntiatur a sensibus (1). Res in se est objectum intellectus.

2° *Negamus* autem statutis factis probari idealismum : res enim in se, licet non manifestentur nobis sine sensationibus, non exhauriuntur ipsis sensationibus. Praeter sensus existit in nobis facultas non sensitiva, quae mediantibus rerum *apparentiis* sensibilibus, earum *esse* attingit. Cf. supra TH. XXVIII.

2ª **Ratio** : ***contradictiones inter sensus et intellectum.*** — Argumentum sequens fuit in schola ELEATICA celeberrimum : Intellectus tradit nobis *unitatem entis :* sc. primum quod de re qualibet intellectus apprehendit est illam esse *ens* seu *aliquid :* sed « conceptus entis est unus », i. e. quandocumque cogitatur ens, cogitatur idem. Cum igitur omnia

(1) S. AUG., *Confess.*, l. X, c. 6 ; *De vera religione*, c. 32 ; — Cf. S. TH., de *Ver.*, 11, 1.

sint *ens*, et quidem *idem ens*, fieri nullatenus potest ut habeantur plura entia ; et proinde unicum ens existit in mundo. Attamen secundum relationes sensuum clarum est entia existere plura in mundo. Quid inde ? — Multiplicitas entium quam sensus referunt est mera illusio ; idemque dicendum est de extensione et de motu (Recolantur argumenta Zenonis Eleatici). Scilicet *multiplicitas* entium, eorum *extensio* et *mobilitas* nihil sunt extra repraesentationem sensibilem : quae est ipsa doctrina *idealismi* (1).

Responsio. — Haec difficultas solvenda est ex professo in *Metaphysica*. Pauca interim sufficiant : 1° Licet omnia conveniant (i. e. non differant) in eo quod sunt *ens*, hoc tamen non impedit quominus sint plura atque diversa entia. *Ens* enim est conceptus abstractus ; ejus unitas est logica seu mentalis, non realis ; haec unitas obtenta est per abstractionem (confusivam) a determinationibus quibus ens in concreto discriminatur et fit singulare. Habet igitur conceptus entis valorem objectivum quoad id quod concipitur, non autem quoad modum (indeterminationis) quo concipitur ; — 2° Ut componatur unitas entis cum multiplicitate entium, dicendus est conceptus entis esse unus non generica seu univoca unitate, sed analoga, i. e. nomen *ens* applicatum pluribus subjectis non omnino idem significat, sed partim idem et partim non idem ; — 3° Ut possint plura entia concreta existere, necesse est ut omnia praeter *Actum purum*, a quo dependeant, sint composita physice ex *actu* et *potentia* (2).

---

(1) « Ainsi fut posé pour la première fois le problème de la subjectivité de la connaissance sensible, et il le fut à rebours pour ainsi dire ; il est la conclusion de la métaphysique, au lieu d'en être la préface, le προοίμιον; il est le fruit de déductions abstraites, non d'une enquête psychologique. » Abbé Baudin, *L'Acte et la Puissance dans Aristote*, dans *Revue Thomiste*, mars 1899, p. 47.

(2) « Il est infiniment probable que c'est surtout à Parménide et à Zénon qu'Aristote est redevable de sa théorie de l'acte et de la puissance. Leurs thèses, établies avec une correction à laquelle il rend hommage, eurent une énorme influence sur la pensée grecque ; on les

3ª **Ratio : *absentia « pontis » ex subjecto ad objectum.*** — Post Cartesium nemo non admittit distinctionem inter apparentias subjectivas et realitatem externam : totus labor est in via invenienda qua possimus cum certitudine ex factis conscientiae ad existentias extra-subjectivas transgredi. Alii aliter procedunt : CARTESIUS ipse ad veracitatem divinam appellat ; MALEBRANCHE vero ad revelationem : Deus ipse occasione corporum (= *occasionalismus*) impressiones sensibiles in organa nostra producit ; G. BERKELEY necessitatem corporum negat : si solus Deus repraesentationes sensibiles producit, corpora ipsa sunt inutilia, et proinde non existunt. Alii, subjectivitate sensationum admissa, ideo nequeunt e subjecto egredi quia vel negant valere principium causalitatis, vel certe negant illud extra limites conscientiae valere : ita D. HUME, E. KANT, omnes positivistae. Quapropter aliqui *credunt* existere mundum externum (KANTIANI), alii negant (IDEALISTAE ABSOLUTI seu subjectivistae), alii *tacent* (AGNOSTICI POSITIVISTAE).

Cum tot sint discordiae inter doctos, clare constat non certo existere pontem ex subjecto ad objectum.

Responsio. — 1º *Concedi* potest necessitas construendi pontis : aliis verbis concedimus de realitate mundi externi posse moveri problema stricte dictum ; — 2º Sed *negamus* non posse construi pontem : *a*) Pontem construximus in TH. XXVIII. Difficultates quae contra demonstrationem nostram adduci possunt nullius fere sunt momenti et solutae reperiuntur in libris manualibus. Cfr. inter alios Cˡᵘˢ ZIGLIARA, *Summa Phil.*, t. I, pp. 213-216 ; P. PALMIERI, *Inst. Phil.*, t. I, pp. 173-178 ; — *b*) Valor absolutus principii causalitatis — quo usi sumus tanquam fundamento nostri

attaqua souvent, on s'en inspira plus encore : on ne les réfuta jamais au gré du Stagirite, et nous verrons avec quelle abondance d'arguments et quel orgueil il prétend les défaire à jamais, rétablir avec sa doctrine de prédilection la multiplicité et le mouvement, le mouvement surtout, et rendre leur infaillibilité à l'expérience et à la science. » Abbé BAUDIN, *art. cit.*, p. 48.

pontis — pluries fuit a nobis apodictice demonstratus, sc. per reductionem ad principium identitatis. Cf. Th. XIV.

4° **ratio : *principium immanentiae.*** — Cognitio *rei in se*, i. e. rei prouti est in se extra conscientiam seu cognitionem, est aliquid contradictorium : etenim res, eo ipso quod cognita supponitur, jam non est *in se* seu in statu suo absoluto, sed necessariam relationem habet cum facultate qua cognoscitur. Uno verbo : *immanentia* cognitionis pugnat cum « exterioritate » objecti cogniti. Hoc est principium capitale idealistarum, inde a G. Berkeley et a Fichte usque ad nostrates, centies atque centies recitatum (1).

Responsio. — 1° Distinguendum est inter *principium*

(1) Voici quelques formules du *principe d'immanence :*

« Eine Wahrheit, die auch der Realismus, wofern er philosophisch zurechnungsfähig sein will, anerkennen muss und anerkennen kann... ist folgende. Wir kommen nie und nimmer aus unserer individuellen Vorstellungssphäre heraus ; selbst wenn wir etwas von uns Unabhängiges annehmen, so ist uns doch dies absolut Reales nur als unsere Vorstellung gegeben. » O. Liebmann, *Zur Analysis der Wirklichkeit* ³ (1900), p. 28. — « Der Gedanke eines ausserhalb des Bewusstseins existierenden Gegenstandes ist ein Ungedanke, weil er die Forderung in sich schliesst, ein Ding gleichzeitig zu denken und ausserhalb des Denkens zu setzen, also nicht zu denken. » Schuppe, *Erkenntnistheoretische Logik* (1878), p. 64. — « Es gilt der Satz, dass das Wissen nicht weiter reichen könne, als das Bewusstsein reicht, für selbstverständlich und damit muss die Existenz von Dingen ausserhalb des Bewusstseins zum mindesten problematisch bleiben. » H. Rickert, *Der Gegenstand der Erkenntnis* (1892), p. 2. — « ... Une sensation est en moi, est un état du moi et ne peut pas envelopper une existence distincte. Il est contradictoire qu'une réalité, étrangère par hypothèse à la sensation, puisse être appréhendée dans la sensation elle-même. » É. Rabier, *Psychologie* (Hachette 1888), p. 106 — « Peut-on admettre une perception immédiate de quelque chose d'extérieur ? — Cette théorie est contradictoire dans les termes : en effet, qui dit perception immédiate, dit conscience ; car si une perception n'est pas un fait de conscience, elle est ignorée de nous, elle est comme si elle n'était pas, elle n'est pas. Donc la perception et la conscience s'identifient. — Or, qui dit conscience, dit connaissance de ce qui est en nous. Donc il est contradictoire de prétendre saisir, dans sa perception, quelque chose d'extérieur. » Id., *op. cit.*, p. 408-409.

immanentiae, quatenus restrictum est *ad perceptionem sensibilem* (= negatio perceptionismi), et quatenus extenditur *ad cognitionem quamlibet*, etiam intellectualem et ratione obtentam. Textus E. RABIER (in nota citati) primum sensum exprimunt (1), textus vero germanici potius secundum. Primus sensus nunc fere ab omnibus philosophis admittitur, etiam a *realistis* : nam praeter sensus existit in homine intellectus, qui ex datis sensibilibus immediatis potest exitum facere ad existentias externas. Quare controversia versatur praesertim circa secundum sensum.

2° Jamvero principium immanentiae secundo sensu acceptum implicitam confusionem continet inter id quod est *ratio cognoscendi* et id quod est *ratio essendi*. Per se patet non posse rem in se attingi a facultate cognoscente nisi eo ipso aliquam relationem cum ea ineat, imo nisi ipsum subjectum aliquo modo ingrediatur. At ab ista relatione accipit quidem res externa suum *esse cognitum* (relativum), minime vero suum *esse simpliciter* (absolutum). Quin potius, *esse cognitum* rei est aliquid posterius (saltem natura), quod sine *esse rei simpliciter* ratione sufficienti careret.

Porro in hoc nulla includitur contradictio : non affirmamus rem cognitam esse simul intra cognitionem et extra cognitionem — quod contradictorium esset ; sed affirmamus rem cognitam esse *intra cognitionem* quoad suum *esse relativum*, *accidentale*, *intentionale* (quod est *ratio cognoscendi* eam), et esse *extra cognitionem*, quoad suum

(1) Les auteurs qui citent les textes, rapportés par nous, de M. É. RABIER font souvent semblant d'ignorer qu'il est aussi l'auteur des lignes suivantes : « Dans la démonstration de l'existence du monde extérieur, bien que l'objet soit par définition en dehors de la conscience et par conséquent en dehors de toute expérience, la conclusion est certaine, parce qu'elle peut se fonder sur une parfaite exclusion. Si je cherche la cause d'une sensation, il est aisé d'exclure... par l'emploi rigoureux des quatre méthodes expérimentales tous les antécédents donnés dans ma conscience, d'où la conséquence irrésistible que la cause est située en dehors de la conscience. » *Logique*, p. 258, note 1.

esse absolutum, substantiale, proprium (1). Verum est profecto non cognosci *rem in se* nisi relationibus quas mecum habet, sc. ex repraesentationibus sensuum ; attamen hoc modo ita attingitur ut possim ejus existentiam et proprietates essentiales recte concludere.

INSTANTIA : Intelligi nequit quomodo, mediante statu repraesentativo interno, possit cognosci res externa, praesertim heterogenea. — Resp. — Id intelligitur intellecto principio causalitatis : existit proportio inter effectum et causam, ita quidem ut effectus aliquam similitudinem prae se ferat cum causa : *agens agit sibi simile.*

NOTA. Cum effectus rei in subjecto habeat similitudinem cum re extra subjectum, aliqui auctores existimant, hac similitudine apprehensa, immediate apprehendi ipsam rem externam. Sed talis modus loquendi sempiternas discordias parit ; et re quidem vera similitudo rei externae non *est* aliquid *realiter* identicum cum re externa ; et proinde requiritur operatio intellectualis (sc. ratiocinium) qua ex una ad alteram transitus fiat.

(1) « On se contredit lorsqu'on affirme et qu'on nie en même temps la même chose sous le même rapport. Or, quand je conçois un objet qui existe ou peut exister indépendamment du fait d'être pensé, je ne suis pas logiquement contraint d'affirmer et de nier en même temps et sous le même rapport son indépendance à l'égard de ma pensée même. Car ce qui se trouve alors dépendre de celle-ci, ce n'est pas l'être propre et substantiel dudit objet, lequel peut fort bien et précisément exister en lui-même pendant que je me le représente... ; c'est cette sorte d'être accidentel ou de surcroît qu'il acquiert dans ma pensée, qui, à vrai dire, ne se distingue pas d'elle, qui en constitue proprement le contenu, et la valeur représentative. En un mot, je nie qu'il dépende de ma pensée dans son existence *réelle ;* je suis obligé, si je m'entends moi-même, de reconnaître et d'affirmer qu'il en dépend dans son existence *idéale :* qu'y a-t-il là de contradictoire ? Ce n'est pas la même chose de concevoir un objet en dehors de la conception, bref, en ne le concevant pas, et de le concevoir comme existant en lui-même en dehors de cette conception. » H. DEHOVE, *art. cit.*, § 3, n. 4. — Cf. C^al^ MERCIER, *Les origines de la psych. contemp.*, c. 5 ; — P. GÉNY, *Une nouvelle théorie de la connaissance*, pp. 12 sqq. ; *La nouvelle critériologie, Études*, 20 jan. 1911, pp. 165 sqq.

Scholion : *Utrum idealismus sit nihilismus.*

Licet idealismus ad nihilismum logice ducat, attamen multi inter eos qui idealismo intellectualiter adhaerent, eo sensu quod rationes idealismi mente approbant, a nihilismo se liberant diversis motivis ordinis vel sentimentalis vel moralis, sc. per « fidem » extra-intellectualem. Ita vg. Fr. PAULSEN, R. EUCKEN, Ch. RENOUVIER, Aug. SABATIER, etc. Cf. supra TH. XI, XIX.

Sommaire général. — Notre démonstration du monde extérieur — et, par le fait, notre réfutation de l'idéalisme — procède par étapes successives, allant du général au particulier.

Les idéalistes n'admettant pas que l'objet senti soit donné d'emblée comme une réalité extérieure au sujet sentant, nous acceptons leur point de départ, et nous considérons les sensations comme des états internes, à contenu représentatif. Partant de ces états et s'aidant du principe de causalité, l'intelligence juge :

I. Qu'il existe quelque chose hors du sujet : *il faut à nos sensations une cause suffisante. Celle-ci n'est pas uniquement le moi. C'est donc un non-moi ;*

II. Que ce quelque chose est constitué par des éléments quantitatifs, par des corps : *il faut à nos impressions d'étendue une cause suffisante. Celle-ci ne peut être qu'une réalité extérieure ayant des parties situées les unes en dehors des autres et occupant un espace (= corps) ;*

III. Qu'il y a dans les corps certains éléments qualitatifs, *appelés couleurs, sons, saveurs, chaleur, etc., répondant aux états du moi que nous désignons par ces mots.*

Ces conclusions sont certaines ; elles sont basées sur le principe de raison suffisante ou de causalité. « Les dispositions naturelles spéciales des puissances sensitives, et la nature des excitants extérieurs, telle est la raison suprême de la diversité qualitative des sensations. Si banale que cette affirmation puisse paraître, elle est le dernier mot de la psychologie des sensations (1). »

La page suivante du P. GARDEIL, *O. P., nous semble devoir conclure dignement notre chapitre sur la perception du monde sensible.*

« L'intelligence est en nous l'énergie vivante qui aspire à connaître ce qui est. Le réel entier relève d'elle. Or une partie du réel est celle que nous atteignons par les perceptions des sens. Du fait de l'ordination de l'intelligence à l'être, la réalité accessible au sens est donc a priori *homogène au réel que vise l'esprit du fond de son immanence. La seule chose qui fait question est la possibilité de le rejoindre.*

(1) C[al] MERCIER, *Psychologie* [8], t. I, p. 166.

L'intelligence ne le peut, mais les sens le peuvent, du moins à leur manière. De fait, la perception externe concerne la réalité. N'est-elle pas, elle aussi, énergie et vie, indéterminée d'abord, sinon absolument, du moins vis-à-vis de ses perceptions successives ? Elle passe sans cesse de l'état d'indétermination à l'état de sensation déterminée. L'impression qui détermine la sensation est subjective comme sentiment, elle ne l'est pas comme détermination spéciale. Nos perceptions ne sont pas de simples hallucinations ; elles n'atteignent pas le fond du réel, d'accord, mais elles atteignent quelque chose, à savoir ce qui fait face à chaque impression distincte et en est comme l'envers, comme le monde, quel qu'il soit en lui-même, sous lequel le sens reçoit visiblement, en se laissant plus ou moins marquer à son empreinte. Les résonances multiples qu'éveille le choc de l'extérieur peuvent modifier l'empreinte ; il n'en reste pas moins qu'il y a empreinte et relation entre telle empreinte et telle partie du réel. Ces oscillations de la vie sensible n'empêchent pas certaines notes déterminées de se faire voir d'une manière réglée dans notre perception sensible. Et si nous appelons qualité sensible l'impression uniforme que nous ressentons, nous pourrons affirmer l'existence de correspondances qualitatives constantes entre nos sens et le réel. Je n'ignore pas les perturbations accidentelles qui peuvent vicier la perception externe : il n'en reste pas moins que certaines impressions, la couleur, le rouge, par exemple, ont une telle constance qu'il est contradictoire de ne pas les faire correspondre avec un paquet déterminé du réel, quel que soit d'ailleurs l'agencement interne du paquet. Les sens découpent dans le réel, dans ce réel qui est l'objet des sens et de l'intelligence, des constantes qualitatives fixes, qu'ils désignent légitimement par les impressions ressenties à leur présence (1).

(1) *Rev. Thomiste*, 1903, p. 638 sq. Cf. F. Brunetière, *Sur les chemins de la croyance*, p. 156 sq.

CAPUT III

DE COGNITIONE MENTIS

SEU

De Constitutione Scientiae.

In objectis sensibilibus apprehendit mens conceptu quodam confuso *naturam absolutam*, seu *rem in se*, quae *est*, et quae est *talis* aut *talis* (= universalia). (1) Analysi facta notionis sic apprehensae vel comparatione instituta cum alia notione jam habita, obtinentur praedicata immediata, sc. talia quorum nexus cum subjecto absque ullo ratiocinio innotescit (= judicia analytica immediata). Postea, comparatis notionibus cum aliqua tertia, vi principii identitatis, obtineri possunt praedicata nova, seu quae analysi immediata non patent (= judicia mediata deductiva). Denique ex observatione relationum constantium inter facta determinata potest mens, vi principii rationis sufficientis vel causalitatis, alia praedicata essentialia detegere, seu naturam ipsam tanquam principium harum relationum constantium « inducere » (= judicia mediata inductiva). Porro his operationibus constituitur *scientia* (2).

Hinc quatuor erunt articuli hujus capitis.

---

(1) Il n'est fait, pour l'instant, aucune distinction entre « universaux » et « transcendentaux ».

(2) Dans le *chapitre de l'expérience*, l'esprit humain, avons-nous dit, parvient en s'aidant des données sensibles à connaître des corps existants, déterminés, qu'il peut distinguer les uns des autres *numériquement* et *spécifiquement*. Il ne peut faire cela qu'en attribuant à un sujet individuel *hoc* (quod video hic et nunc, quod tango, etc.) des attributs universels ou absolus, les uns *accidents*, les autres *pro-*

ART. I

De Universalibus.

A. **Problema.** — Problema de Universalibus *tria* quaerit.

I. Utrum id quod apprehenditur tanquam commune pluribus existat *ullo modo* extra mentem : vg. utrum *homo* sit realitas existens in pluribus subjectis, in Petro, Paulo, etc. ? (= *quaestio de valore objectivo universalium*).

II. Si universale conceditur existere in pluribus, quaeritur *quomodo* aut *in quo statu* existat ? (= *quaestio de modo et mensura objectivitatis*).

III. Utrum universalia quibus constituuntur gradus metaphysici in eodem individuo significent unam realitatem sub diversis aspectibus inadaequatis, an tot realitates quot gradus (= *quaestio de gradibus metaphysicis*).

B. **Momentum problematis.** — « Scientia est de universalibus » : tantum igitur scientia valebit quantum universalia. 1) Si universalia nihil exhibent quod sit reale extra mentem, tota scientia ad meros conceptuum lusus reducitur : inde scepticismus, idealismus, subjectivismus. 2) Si, e contra, aliquid exhibent quod sit realiter unum extra mentem, diversitas entium est pura illusio : inde monismus, pantheismus, etc.

Ex his sat clare elucet cur problema de universalibus non liceat parvi pendere (1).

---

priétés, les autres enfin *éléments constitutifs* (génériques, différentiels, spécifiques).

La *science* commence avec l'abstraction de *hoc*, ex. gr. *le chêne* (non plus : *tel* chêne) *est un végétal ligneux*. Dans le ch. III *De cognitione mentis*, il s'agit de justifier la valeur objective des propositions de science, i. e. des propositions à sujets abstraits.

(1) « Lorsque nous étudiâmes pour la première fois l'histoire de la philosophie, il y a de cela bien des années et il n'était pas alors question de thomisme, nos professeurs nous exposaient avec une légère pointe d'ironie, cette controverse des universaux qui occupa tout le XII[e] siècle, et qu'ils nous représentaient comme le premier bégaiement de la science moderne à peine sortie de la barbarie. Nous admirions, sur leur parole, la naïveté de ces anciens docteurs et nous pensions qu'ils devaient n'avoir qu'un bien petit nombre d'idées pour

THESIS XXXI[a]

Existunt in homine elementa repraesentativa (= ideae), quae nequeunt ad ullam imaginum collectionem aut elaborationem reduci (I), et quorum valor objectivus constare potest (II).

Auctores

C[ls] Mercier, *Crit. gén.* [5], pp. 329 sqq. ; — Liberatore, *De la connaissance intellectuelle ;* — E. Peillaube, *La théorie des concepts ;* Id., *Dict. de théol. cath.*, art. *Ame*, col. 1035 sqq. ; Id., *Formation des idées abstraites et générales*, dans *Rev. de phil.*, févr. 1911 ; — Gardair, *La connaissance d'après saint Thomas ;* — Cl. Piat, *L'Idée*,

---

s'être acharnés sur une phrase de Porphyre et sur une question qui nous paraissait alors de pure subtilité. Depuis, notre point de vue a bien changé. A mesure que nous pénétrions plus avant dans la philosophie de l'École, nous avons dû reconnaître que la question des universaux est fondamentale. Toutes les controverses sur la métaphysique et sur la théorie de la connaissance se rattachent à une certaine manière d'envisager les universaux. On pourrait dire, sans risquer beaucoup, que la direction générale de chaque système dépend de l'opinion que son auteur s'est faite à ce sujet. » Domet de Vorges. *A propos des Universaux*, dans *Ann. de phil. chrét.*, juil. 1898, p. 453. — « Ceux pour lesquels il n'y a plus lieu d'opter entre le réalisme, le nominalisme et le conceptualisme, sont apparemment des privilégiés : ils ont le secret de l'éternelle énigme. Autrement ils s'apercevraient que pour avancer d'un pas dans la philosophie il faut avoir fait autour des *universaux* une longue halte. Il importe, je le sais, de se bien connaître soi-même ; mais pour répondre à la question : « Que suis-je ? » ne faut-il pas savoir répondre à la question : « Qu'y a-t-il ? » Je suis un être qui pense : mais qu'est-ce cela, que je pense ? De quoi est-ce un assemblage ? de mots ? d'idées ? de choses ? Il faut s'être fait une opinion là-dessus pour pouvoir en connaissance de cause se faire une opinion sur n'importe quel problème de la philosophie. Et si l'on nous objecte que les dernières conquêtes de la science sont plus dignes d'intérêt que ces questions d'apparence byzantine, nous dirons que pour profiter de ces conquêtes, on doit en avoir éprouvé la solidité ? La critique de la connaissance est l'*alpha* de la philosophie. Les docteurs du moyen âge ont eu le mérite de s'en rendre compte. Décidément nous ne leur ressemblons pas assez. » Lionel Dauriac, dans *Critique philosophique*, nouvelle série. Première année (1885), t. II, p. 287. — Cf. R. P. Hugon, O. P., *Cursus phil. thom.*, t. I, pp. 244-247.

pp. 50 sqq. ; Id., *La vie de l'intelligence*, dans *Rev. néo-scol.*, 1910, pp. 165 sqq. ; — Domet de Vorges, *La Perception et la Psychologie thomiste ;* — H. Dehove, *Essai critique sur le réalisme thomiste comparé à l'idéalisme Kantien ;* — Garrigou-Lagrange, *Le sens commun, la philosophie de l'être...*, pp. 24 sqq.

Praenotanda

I. **Status quaestionis.** — « Idea universalis », spectata definitione mere nominali, dicitur repraesentatio aliqua *sui generis* exhibens aliquid ita commune ut possit plura significare et pluribus tribui. De ideis universalibus duo quaeri possunt : *An sint ? — An aliquid valeant ?*

1° ***An sint ?*** — Quaestio utrum existant ideae universales duplicem sensum habet : 1) *utrum dentur elementa repraesentativa quibus exhibeatur aliquid pluribus subjectis commune ?* — Responsio huic quaestioni est sat obvia ; nec verisimile est exstitisse ullo tempore philosophos qui contenderint nominibus communibus nihil subesse praeter ipsum sonum vocis. Cf. infra Th. XXXIII. 2) *Utrum ideae, sic dictae universales, habeant objectum sui generis, quod distinctum sit a quovis elemento sensibili* (i. e. ab *imagine* quoquo modo intellecta et ab omni *tendentia* sensibili ?) — Responsio huic quaestioni non una est apud philosophos.

2° ***Quid valeant ?*** — Circa valorem idearum universalium eaedem sunt confusiones ac de valore certitudinis in genere. Cf. supra, pp. 94-96. Nimirum auctores non pauci fuse inculcant ideis exhiberi aliquod *objectum*, seu aliquid subjecto praesens, et proinde a subjecto vel idea distinctum : clarum est, inquiunt, idea *temporis*, *spatii*, *Dei*, *solis*, *terrae*, etc. fieri menti praesens aliquid quod non se praebet tanquam menti identicum. Sed hoc nemo unquam negavit : *dualitas* sc. est elementum essentiale cujusvis repraesentationis. At problema oritur utrum *objectum intelligibile*, quod in omni conceptu includitur, sit *fictio aliqua subjecti*, an realitatem propriam habeat extra-subjectivam, i. e. a subjecto independentem ; utrum igitur judicia circa hujusmodi objectum aliquid nobis revelent de mundo ontologico.

Hinc non quaeritur num ideae universales aliquid exhibeant — hoc est evidens ; *sed utrum id quod exhibent aliquam realitatem propriam habeat* (1). Ex. gr., idea *Dei* exhibet *Ens supremum quo majus cogitari nequit :* sed non ideo existit Deus in ordine reali : hoc nempe probandum manet.

II. **Status opinionum.** — A. *Circa primam quaestionem.* — *Empiristae*, vel *Sensationistae*, qui nullas repraesentationes in nobis volunt inesse praeter eas quae sensibus formatae sunt, ideas universales ad modalitatem aliquam elementorum sensibilium reducunt. Quare pro eis non existunt ideae stricto sensu universales, sed solummodo perceptiones singulares locum tenentes plurium.

Haec doctrina post HOBBES (1588-1679), J. LOCKE (1632-1704) et G. BERKELEY (1685-1753), multos nacta est patronos, inter quos in *Anglia :* D. HUME (1711-1776), J. STUART MILL (1806-1873), HERBERT SPENCER (1820-

(1) « Toute conception est « objective » ; elle a inévitablement un « objet » aliquid menti objectum. Une représentation qui ne représenterait rien, et serait purement « subjective », est un non-sens. Même l'être de raison, entité purement logique, a son objectivité. Donc le problème relatif à la valeur représentative des termes du jugement ne porte pas, à proprement parler, sur leur objectivité ou leur non-objectivité. La question porte sur la *réalité ou l'irréalité* de l'objet intelligible qui fournit la matière du jugement.

Le jugement applique un *prédicat* à un sujet donné. Mentalement ce prédicat est une forme intelligible. L'objectivité de celle-ci se confond-elle pas avec sa représentabilité ? ou sommes-nous autorisés à dire que, abstraction faite de toute représentation cognitive, l'objet de la pensée est *en soi* quelque chose, *réel ?* Pour être réel, il n'est pas nécessaire qu'il soit un objet existant, il faut et il suffit qu'il soit réalisé ou réalisable, en un mot, *possible en soi.* Le problème qui sollicite en ce moment notre attention est donc celui-ci : Les formes intelligibles qui fournissent les prédicats de nos jugements scientifiques — formes universelles — expriment-elles un objet purement *fictif* ou un objet qui, indépendamment de l'esprit, est *possible en soi ?* Plus brièvement, ces formes intelligibles sont-elles ou ne sont-elles pas douées de *réalité* objective ? » Cal MERCIER, *Crit. gén.*[5], p. 330 sq.

1903), Th. Huxley (1825-1895), G. J. Romanes (1848-1894), etc. ; in *Germania :* Herbart (1776-1841) cum Herbartianis, W. Wundt cum psychologis multis ; in *Gallia :* Condillac (1715-1780) cum schola sensualistica (Cabanis 1757-1808 ; Broussais 1772-1838, etc.), H. Taine (1828-1893) cum positivistis, quibus alii plurimi adhaerent : Th. Ribot (1), A. Binet (2), A. Fouillée (3), L. Dugas (4) H. Bergson (5), Ed. Le Roy (6), etc.

Hi auctores consentiunt in parte negativa suae doctrinae, non autem in parte constructiva. Doctrina apud modernos nunc communior haec esse videtur.

Tria distinguuntur momenta in idea universali efficienda :

1° Aliquod elementum sensibile ab aliis elementis ejusdem complexus attentione *dissociatur* seu separatur (= *abstractio*) ;

2° Accedentibus aliis elementis pariter dissociatis, fit synthesis seu *fusio* omnium, ex qua resultat imago quaedam « composita », omnium similitudines referens (= *generalisatio inferior*) ;

3° Tandem imagini « compositae », quae ex se individualis et concreta manet, associatur *nomen* abstractum et generale ; vi associationis cum tali nomine, imago accipit virtutem repraesentativam generalem seu fit universalis in repraesentando (= *generalisatio superior*). Hoc explicare contendit D. Hume (7) per *consuetudinem*,

(1) *L'Évolution des Idées générales* (Alcan 1897).

(2) *La Psychologie du raisonnement* (4 éd. Alcan 1907).

(3) *La liberté et le déterminisme* (Alcan 1890), p. 266.

(4) *Le Psittacisme et la pensée symbolique* (Alcan 1896), l. III, c. 1 et 2.

(5) *L'Évolution créatrice*, pp. 327, 385 ; cf. *Matière et Mémoire*, pp. 169-176.

(6) *Dogme et Critique* ⁴, passim. — Cf. L. Couturat, *Contre le nominalisme de M. Le Roy* (*Rev. de Mét.-Mor.*, jan. 1900).

(7) « Une idée particulière devient générale par le fait qu'elle est attachée à un terme général, c'est-à-dire à un terme qui grâce à une habituelle association se trouve être en relation avec beaucoup d'autres idées particulières et les fait aisément revivre dans l'imagination. » *Traité de la nature humaine*, l. I, 1re p., sect. VIII.

H. Taine (1) per *tendentiam*, Th. Ribot (2) per « scientiam potentialem in nomine generali latentem. »

Scholastici vero omnes communiter tenent ideas universales nullo modo reduci posse ad aliquod elementum sensibile.

B. ***Circa secundam quaestionem.*** — Clarum est adversari valori objectivo idearum universalium eos omnes qui universalitatem stricte dictam ideae negant. Affirmant nempe objectum ideis repraesentatum esse phaenomenon quoddam internum secundum leges subjectivas confectum, cui nihil respondet extra mentem. Hinc ubi loquuntur de valore objectivo idearum, intelligunt cohaerentiam idearum tum inter seipsas tum cum ideis aliorum hominum.

Scholastici vero semper contenderunt ideis exhiberi realitatem aliquam a mente independentem.

III. Delimitatio thesis. — 1. Agitur de ideis *abstractis* potius quam de ideis universalibus. Scilicet ideae exhibent naturam abstractam, vel absolute spectatam (= *universale directum*), vel ad inferiora relatam (= *universale reflexum*). Hic agimus de natura abstracta simpliciter, seu de objecto quod intuitione abstractiva mentis directe apprehenditur. Dicimus objectum illud (absolutum) : *a*) non esse ordinis sensibilis ; — *b*) et tamen esse repraesentativum alicujus realitatis.

2. Haec realitas concepta non necessario est aliquid actu

---

(1) « Lorsque nous examinons ce qui se passe en nous lorsque de plusieurs perceptions nous dégageons une idée générale, nous ne trouvons jamais que la formation, l'achèvement, la prépondérance *d'une tendance qui provoque une expression*, et, entre autres expressions, un *nom*. » *De l'Intelligence* (1870), t. I, p. 41. « Une idée générale et abstraite est un nom, rien qu'un nom, *le nom significatif et compris*, d'une série de faits semblables, ou d'une classe d'individus semblables. » *Op. cit.*, t. II, p. 259.

(2) « Les termes généraux couvrent un savoir organisé, latent, qui est le capital caché sans lequel nous serions en état de banqueroute, manipulant de la fausse monnaie ou du papier sans valeur. » *L'Évolution des Idées générales*, p. 149.

existens aut positivum : possunt enim apprehendi modo absoluto res *possibiles*, res *negativae*, res *privativae*, vg. paupertas, caecitas, mors, tenebrae, etc.

3. Agimus de ideis *primitivis*, quae sc. abstractione *spontanea* immediate ex sensibus externis aut conscientia psychologica obtinentur ; non autem de ideis *scientificis* et *distinctis* quae ex reflexione et longiori inquisitione resultant (1).

DEMONSTRATIO

Ia PARS : Idea abstracta est aliquid irreductibile.

Arg. — Idea abstracta et « extractum » sensibile differunt non gradu tantum sed notis essentialibus, ut ex introspectione et analysi constat. Ergo idea abstracta non est « extractum » sensibile.

ANTECEDENS probatur :

I. Differunt *notis intrinsecis* (i. e. objecto) :

a) *Idea abstracta*, seu abstractum intelligibile, exhibet *quod quid est*, sc. notas interiores (genericas et specificas) quibus res in se constituitur, vg. ens, substans, corporeum, vivens, etc. (2)

Extractum sensibile non exhibet *quod quid est* rerum, sed exteriora tantum quatenus relationem habent cum sensatione organica (3).

---

(1) Cf. E. PEILLAUBE, *Théorie des concepts*, pp. 302 sq. : — H. DEHOVE, *Essai critique sur le réalisme thomiste*, pp. 72 sqq. ; — R. P. GARRIGOU-LAGRANGE, *Rev. Thomiste*, 1910, p. 824.

(2) « L'idée diffère de l'image parce qu'elle contient la *raison d'être* de ce qu'elle représente (quod quid est, seu ratio intima proprietatum), tandis que l'image commune des nominalistes, accompagnée d'un nom commun, contient seulement à l'état de juxtaposition les notes qu'elle fait connaître et ne rend pas ces notes intelligibles. » R. GARRIGOU-LAGRANGE, *Le sens commun*... p. 25 sq.

(3) « Nomen intellectus quamdam intimam cognitionem importat. Dicitur enim *intellectus*, quasi *intus legere*. Et hoc manifeste patet considerantibus differentiam intellectus et sensus. Nam cognitio sensitiva occupatur circa qualitates sensibiles exteriores. Cognitio autem intellectiva penetrat usque ad essentiam rei. Objectum enim intellectus est quod quid est, ut dicitur in 3 *de Anima*. » 2-2, q. 8, a. 1 ; cf. *De Ver.*, 10, 5.

b) *Idea abstracta* exhibet rem *absolutam*, i. e. liberatam a materia et proinde a conditionibus spatii et temporis.

Extractum sensibile exhibet rem *concretam*, i. e. subjectam materiae, et proinde singularem in loco et tempore.

c) *Idea abstracta* exhibet rem *totam :* non enim dissociat partem a parte sed apprehendit totum objectum in suis elementis constitutivis (= *abstractio totalis*).

Extractum sensibile exhibet partem rei : est enim dissociatio quaedam partis ab aliis partibus (= *abstractio partialis*).

II. Differunt ***notis extrinsecis*** (i. e. proprietatibus quae objectum necessario consequuntur) :

Extractum sensibile, utpote subjectum conditionibus spatii et temporis, non est universale, neque necessarium, neque immutabile, neque aeternum.

E contra, *abstractum intelligibile* : —

a) Est *universale*, saltem fundamentaliter et proxime : id enim quod abstracte apprehenditur ita se habet ut possit existere *indefinite*, nam nullis limitibus internis adstringitur (1).

b) Est *necessarium* et *immutabile :* omissa enim materia, quae est radix mutabilitatis, essentiae abstractae sunt necessario id quod sunt, et aeque immutabiles ac numeri : si quid addatur aut subtrahatur, jam essentia non est eadem, sicut addita aut subtracta unitate mutatur numerus.

c) Est *aeternum* aeternitate negativa, eo sensu quod

(1) « La généralisation résulte d'une autre opération de l'intelligence, qui, considérant l'essence non plus en elle-même, mais dans son rapport avec l'existence, la regarde comme réalisable dans un nombre indéfini de cas. En droit, l'essence abstraite est générale ; pour savoir si elle l'est en fait, il devient nécessaire de considérer non plus un objet unique, mais une pluralité d'objets semblables ; la comparaison de ces objets conduira l'esprit à les assimiler ou identifier en ce qu'ils ont de commun : opération désormais possible, puisque l'intelligence abstrait l'essence des notes individuelles. » E. Peillaube, *Rev. de Phil.*, févr. 1911, p. 192.

essentia abstracta non postulat existere hoc potius quam illo tempore. « Non enim (essentia) dicitur ubique esse et semper, eo quod sit in omni loco et in omni tempore, sed quia abstrahit ab his quae determinant locum et tempus. » S. THOMAS.

Corollaria :

I^m. — Ex indole objecti intellectualiter abstracti intelligitur cur res quaedam non possint exhiberi imagine, quae optime possunt mente concipi. Nempe res ejusmodi continent vel elementum indeterminatum (vg. polygonum, triangulus), vel elementum determinatum quidem, sed nimis complexum (vg. myriagonum), vel elcmentum non sensibile (vg. Deus, angelus, bonum, virtus, sapientia, etc.) (1).

II^m. Intelligitur etiam qua ratione possit existere *scientia*. Objectum scientiae, ut concedunt omnes, debet esse *universale*, *necessarium*, *immutabile*, *aeternum*. Judicium sc. scientificum exprimere debet non id solum quod est « hic et nunc », sed id quod est « ubique et semper ». Porro tale objectum obtinetur abstractione stricte dicta, non « extractione » sensibili.

II^a PARS : Ideae valorem objectivum habent.

Argumentum (*ex origine ideae universalis*). — Quidquid materialiter (i. e. cum notis individuantibus) contentum est in datis sensuum valorem objectivum habet, i. e. tan-

(1) « L'entendement connaît la nature des choses, ce que l'imagination ne peut pas faire. Il y a, par exemple, grande différence entre imaginer et entendre le triangle. Imaginer un triangle, c'est s'en représenter un d'une mesure déterminée, au lieu que l'entendre c'est en connaître la nature et savoir en général que c'est une figure à trois côtés, sans déterminer aucune grandeur, ni proportion particulière. Ainsi, quand on entend un triangle, l'idée qu'on en a convient à tous les triangles, équilatéraux, isocèles et autres, de quelque grandeur et proportion qu'ils soient ; au lieu que le triangle qu'on imagine est restreint à une certaine espèce de triangle, et à une certaine grandeur déterminée. » BOSSUET, *Connaissance de Dieu et de soi-même*, c. I, n. 6.

tum valet quantum ipsa repraesentatio sensibilis (cujus objectivitas supra in C. II probata est). Atqui ideae universales primitivae, quoad id quod repraesentant, materialiter contentae sunt in datis sensuum. Ergo.

MINOR probatur : —1° Existit aliquis nexus dependentiae inter ideas et sensationes ; — 2° Nexus iste in eo consistit quod objectum ideae desumitur ex datis sensuum (internorum aut externorum).

1° *Existit nexus dependentiae.* — Certum est nos non semper ideas habere, nec semper has aut illas ; sed modo ideas habemus et modo non. Si hujusce rei ratio quaeratur, ea in eo reperitur adesse quod phantasmata rerum, sensationibus obtenta, modo habemus et modo non : *a*) Ii quibus organismus vel nondum plane evolutus est vel morbo turbatus, non habent ideas saltem collectas et fixas: ita infantes, amentes, etc. ; — *b*) Ii quibus aliquod organum deest, vg. caeci, surdi, etc. non habent ideas de objectis his organis respondentibus ; — *c*) Si quis vult in aliis ideam alicujus rei excitare, is primum imaginem seu phantasma ejusdem rei, vel rei maxime similis et analogae, proponere conatur. In hoc consistit methodus paedagogica quae dicitur *directa* vel *ostensiva* ; — *d*) Indigemus imaginibus ut possimus ideas nostras recolere eisque uti : nulla enim est cogitatio absque phantasmate. Haec facta ostendunt relationem strictam adesse inter sensationem et ideam.

2° *Hic nexus in eo consistit quod objectum ideae desumitur ex datis sensuum.* — In objectis individuis, sensatione apprehensis, intellectus attingit illud quod notis concretis et singularibus determinatur : hoc est *aliquid*, *substantia*, *corpus*, *vivens*, etc. Inde axioma : « nihil est in intellectu quod non prius fuerit in sensu » aliquo modo, i. e. sub notis concretis seu materialiter. Etenim quando sensus aliquod objectum percipiunt, vg. coloratum vel extensum, statim intellectus in re percepta aliquid apprehendit, quod non est objectum physice existens, nec ejus imago in phantasia (differt sc. imago ab idea, eo quod est extensa, concreta, singularis), sed aliquid sui generis quo fit ut objectum

modo speciali (intentionaliter et abstracte) menti praesens sistatur, et ita cognitum fiat. Hinc objectum sensus et objectum intellectus est idem, sed unum est *concretum*, alterum vero *abstractum*.

EXEMPLUM : Sumatur idea *extensionis*. Ope conscientiae psychologicae comparo hanc ideam cum datis sensuum ; et video nihil positivi in conceptu extensionis adesse quod non sit in sensatione extensionis. Nempe in extensione *concepta* habeo « partes extra partes et aliquo modo sibi unitas » ; jamvero in extensione *percepta*, vg. contactu hujus libri, habeo concrete « partes extra partes et aliquo modo unitas ». Hinc extensio concepta fuit *abstracta* ab extensione sensu percepta.

NOTA. Praeter ideas universales primitivas et genericas, alias habemus magis scientificas in quibus notae apprehensae ita dispositae sunt ut aliae sint *genericae* (genus remotum aut proximum) et aliae *specificae* (differentia specifica) : hae ideae definitiones scientificas constituunt. Porro hujusmodi ideae tunc valent quando *singulae notae*, quibus essentia specifica constat, desumptae sunt ex datis sensuum, et earum conjunctio vel *ordinata dispositio* sub lumine sensationis effecta est. Adimpletio autem conditionis hujus reflectenti potest innotescere, ut dictum est in TH. XIV.

Corollarium

Hinc ideae possunt praebere fundamentum judiciis objective certis. Etenim :

a) Ideae, *per se*, sunt infallibiles, eo sensu quod nequeunt esse difformes a rebus. Positiva namque difformitas non adest quamdiu non tribuitur rei id quod ei non convenit nec ei denegatur quod ei convenit. At in idea, qua tali, nulla fit attributio (1).

b) Quodsi quaeratur utrum idea possit fallere *per accidens*, distinguenda est idea incomplexa et complexa : *incomplexa* ne per accidens quidem potest esse falsa ; *complexa* per accidens potest falsitatem continere, nimirum si

(1) Cf. É. RABIER, *Logique*, p. 348.

duas notas ut sociabiles vel conjunctas exhibet quae reipsa sociabiles aut conjunctae non sunt, vg. Deus injustus, dolor inconscius, causa inactiva, circulus quadratus, etc. Attamen semper potest intellectus, notis attente consideratis, detegere num sint conjungendae necne, et sic suam pseudo-ideam deponere (1).

Scholion : *De demonstratione nostrae thesis.*

Quaeri potest quid valeat demonstratio nostra de objectivitate idearum : nam fieri non potest absque circulo vitioso vel petitione principii. Respondeo demonstrationem nostram esse ostensivam, non argumentativam : fit enim reflexione et analysi introspectiva, non deductione ope medii termini.

Difficultates.

1. Ideae universales idem objectum habent quod imagines, quando sunt de re materiali. Ergo non distinguuntur ideae ab imaginibus. — 2. Nominibus generalibus respondent imagines multiplices, nomen et tendentia ad nomen imponendum imaginibus. R. respondent ea elementa, c. ; et nihil aliud, n. — 3. His sublatis elementis, nihil restat. R. d. ex eo duntaxat quod sunt ablata, n. ; ex eo quod saltem imagines sunt necessariae, c. — 4. Nihil est in idea quod non sit in imaginibus « genericis ». R. Nego dari imagines genericas. — *Inst.* Imagines « compositae » pluribus conveniunt seu plura repraesentant ; ergo sunt genericae. R. d. plura repraesentant per modum typi, n. ; per modum « medii » (= *une moyenne*), c. — *Inst.* Imagines « compositae » praescindunt a determinationibus individuorum ; ergo repraesentant per modum typi. R. d. ab aliquibus determinationibus concretis, c. ; ab omni determinatione individua, n. — 5. Idea universalis nihil reale exhibet : nam quidquid est reale est individuum. R. d. *rat.* : est individuum quoad suam entitatem, c. ; quoad ideam qua

(1) Id., *ib.*, pp. 10-14.

repraesentatur, sd. qua repraesentatur adaequate, c. ; inadaequate, n. — 6. Si idea universalis aliquid reale exhibet, omnis idea universalis dicenda erit objectiva : attamen ideae *montis aurei*, vel *Entis quo majus cogitari nequit* non sunt objectivae. R. Agimus de ideis primitivis, quarum elementa, sive seorsim sive conjunctim, desumpta sunt absque elaboratione ex datis sensuum. — 7. Idea *entis* non est objectiva : nam non potest probari Deus ex idea entis. R. Idea directa entis exhibet ens indeterminatum, quod existit quidem sed non in statu indeterminationis. — 8. Nihil potest concipi quod non sit determinatum : nam quod determinatum non est, est nihil. R. d. quod non habeat determinationes *genericas* vel *specificas*, c. ; quod non habeat determinationes *individuales*, n.

Sommaire. — Le P. Peillaube *résume excellemment notre thèse.* « *Il y a un abîme, dit-il* (Dict. de théol. cath., *art.* Ame, *col.* 1037), *entre l'abstraction des sens et l'abstraction de l'intelligence. Ces deux procédés sont irréductibles. L'abstrait des sens n'est pas réellement un abstrait, mais un concret. Dans le complexus* a b c d e f *qui désigne les qualités d'une rose, vous avez beau porter sur* a *votre attention, vous ne faites que l'isoler des autres images, mais* a *reste très individuel : c'est, par exemple, la couleur ; or, cette couleur est concrète, après comme avant l'acte d'attention. On peut la représenter sur une toile et la photographier. Au contraire, l'abstrait de l'intelligence ne peut être figuré : il est dépouillé de ses notes concrètes, individuelles et matérielles. On peut bien tracer au tableau noir un triangle scalène ou isocèle, mais il n'est pas possible d'y tracer le triangle abstrait, celui qui n'est ni scalène ou isocèle, ni aucun autre triangle particulier, que je connais bien cependant et que je définis une figure plane limitée par trois lignes qui se coupent, abstraction faite de la façon dont les lignes se coupent. Aussi l'abstrait conceptuel est-il susceptible d'être généralisé, tandis que l'abstrait sensible ne l'est pas. Ce dernier est, en effet, individuel. Or, il y a une antinomie irréductible entre l'individuel et l'universel. Il est impossible que ce qui est individuel soit généralisé, sans avoir été dépouillé par l'abstraction de toutes les déterminations particulières et concrètes. L'image générique n'est pas universelle : c'est une moyenne. On a obtenu par la photographie, d'après des médailles, un portrait composite de Cléopâtre. Or, tandis que la beauté de la reine d'Égypte était méconnaissable sur chacune de ces images frustes et grossières, la photographie a composé une figure plus agréable et retrouvé en quelque sorte la beauté de Cléopâtre.*

Le portrait composite apparaît comme la moyenne optique des médailles composantes. Or, une moyenne n'a rien d'universel. C'est une quantité particulière comprise entre d'autres quantités avec lesquelles elle a certaines relations déterminées ; elle est, par conséquent, de même nature que les autres quantités. L'image générique, si elle est une moyenne entre des images semblables, devra être aussi quelque chose de singulier, d'individuel et de concret, dont les degrés d'individualité, de singularité et de concrétion tiendront le milieu entre les différents degrés des images particulières, individuelles et concrètes. Elle n'embrasse donc, ni en fait, ni en droit, tous les cas particuliers d'une série. L'image générique d'homme représente des traits qui ne sont pas communs à tous les hommes : tous les hommes n'ont pas un âge moyen, une taille moyenne. Les enfants et les vieillards, les grands et les petits des deux sexes sont des hommes, et la représentation qui les embrasse tous peut seule être appelée universelle. Enfin, l'image générique est vague. Le concept est, au contraire, bien défini. On imagine très mal un myriagone, on le conçoit très bien...

Conclusion. *L'abstrait de l'intelligence est irréductible à l'abstrait des sens, il creuse un abîme entre l'homme et l'animal.* »

THESIS XXXII[a]

Universalia non habent aliquam realitatem formaliter universalem, sive extra individua (I), sive in ipsis individuis (II).

Praenotanda

I. **Status quaestionis.** — Ex thesi antecedenti novimus ideis abstractis exhiberi aliquid reale ; habent igitur ideae *aliquem* valorem objectivum. — Nunc autem ulterius quaeritur *quo modo* vel *qua mensura* objectivitatem habeant. In qua solvenda quaestione sat magna difficultas implicata est.

A. ***Facta ex quibus oriuntur problemata.***

1° Dicimus : X est homo, Y est homo, Z est homo. Porro *a*) in istis sententiis, habemus tria subjecta (X Y Z) et unum praedicatum (homo) ; — *b*) istud praedicatum est unum in mente mea, exprimitur uno nomine, et applicatur singulis subjectis (X Y Z) in prorsus eodem sensu. Hinc *c*) habemus aliquid *unum in pluribus*, sc. aliquod universale.

2° Dicimus : Homo X est *ens*, *substantia*, *corpus*, *vivens*,

sentiens, rationalis ; et cum Y quoque sit homo, haec eadem praedicata debent ei tribui. Hinc eidem subjecto conveniunt multa universalia.

B. ***Problemata.***

1° *Forma generalis.* — Quaeritur *in genere* quomodo haec sint possibilia ? — Nimirum cum in omni judicio vero identitas adesse debeat inter subjectum et praedicatum, quomodo fieri potest ut idem praedicatum possit esse identicum cum tribus subjectis realiter distinctis ? Scilicet subjectis X, Y, Z tribuitur eadem humanitas : nam conveniunt in humanitate ; et nihilominus, accipientes eamdem humanitatem, sunt tres homines ! Aliis verbis : eadem humanitas est identica cum X, i. e. cum subjecto singulari, et proinde incommunicabilis est ; at nihilominus eodem tempore communicatur subjectis Y et Z, ita ut etiam cum eis sit identica !

2° *Forma specialis* (*mediaevalis*). — Quaeritur *in specie* quomodo se habeant notae genericae et specificae (universales) in eodem individuo : quid sint *genera*, *species*, *differentiae*, *propria* et *accidentia ?* Sub hac forma agitatum fuit problema *de Universalibus* medio Aevo, occasione desumpta ex commentario Boethii in *Isagoge Porphyrii* (1), qui in scholis praelegebatur.

---

1. « Puisqu'il est nécessaire, dit Porphyre — pour comprendre la doctrine des catégories d'Aristote — de savoir ce que sont le *genre*, la *différence*, *l'espèce*, le *propre* et l'*accident*, et puisque la connaissance de ces choses est utile à l'établissement des définitions et à tout ce qui concerne la division et la démonstration, j'essaierai de te mettre devant les yeux en un abrégé succinct et en manière d'introduction, ce que nos devanciers ont enseigné à ce sujet, m'abstenant des questions élevées, m'arrêtant même assez peu sur les plus simples. Ainsi, je ne rechercherai point si les genres et les espèces subsistent par soi ou s'ils consistent en de pures pensées ; — si, dans l'hypothèse où ils seraient subsistants, ils sont corporels ou incorporels ; — s'ils existent enfin, séparés des objets sensibles, ou immanents à ces objets et en faisant partie. Ce problème est trop encombré de difficultés et demande des recherches trop étendues. » *Isagoge* ou *Introduction aux Catégories d'Aristote.*

C. ***Solutiones.*** — Ad haec problemata solvenda philosophi omnium temporum accesserunt. Praecipuae solutiones — ad quas caeterae revocantur — vocari possunt : *Realismus*, *Anti-realismus*, *Semi-realismus* (= *realismus moderatus* vel *conceptualismus realisticus*).

II. **Generalis descriptio Realismi extremi.** — *Realistae* et *Anti-realistae* hoc principium statuunt :

« Idem debet esse modus quo res est *in se* et *in mente* » : secus deficeret veritas seu conformitas intellectus cum re.

Hoc statuto principio, ita *Realistae* arguunt : Res concepta, quae pluribus tribuitur, est eadem ; vox qua exprimitur est eadem ; hinc realitas conceptui respondens debet esse eadem. Propterea extra conceptum mentalem existit realitas aliqua identice eadem in pluribus individuis. Scilicet in X, Y, Z eadem prorsus reperitur humanitas ; atque exinde provenit quod unusquisque est homo, eodem modo et eodem sensu — ita fere sicut si tres homines essent possessores ejusdem agri.

Nonne tamen X, Y, Z differunt inter se ? Nonne sunt *tres* homines ? — Profecto, inquiunt Realistae ; sed differunt *individualitate sua* ; individualitas autem non afficit intrinsece humanitatem quae communis est tribus ; eam afficit solum accidentaliter et quasi ab extrinseco. Differunt igitur homines non humanitate, quae est identice una eademque in omnibus, sed accidentibus huic humanitati extrinsecis. Aliis verbis : id quo individua multiplicantur est aliquid accidentale quod eorum definitionem non ingreditur.

Si humanitas communis sita sit tum extra individua tum extra Deum, ita tamen ut individua eam possideant, eo fere modo quo nummi argentei participant eamdem effigiem, tunc habetur *Platonismus*.

Si humanitas communis sita sit in individuis ipsis, extrinsece affecta diversis accidentibus, tunc habetur *Realismus monisticus*. Si existit in Deo (ad modum ideae divinae), habetur *Ontologismus*.

III. Notiones de singulis formis realismi extremi.

A. ***Platonismus.*** — De mente PLATONIS non una est auctorum sententia.

1° Secundum ARISTOTELEM (1), haec Plato docuit : — Res mundanae sunt singulares, contingentes, corruptibiles. Ut igitur conceptus, quibus scientia conficitur, sint veraces, eorum objecta dicenda sunt existere extra mentem et extra res, et proinde in formis quibusdam quae sint universales, necessariae, aeternae, etc. Hujusmodi formae dicuntur exemplares, utpote causae et essentiae eorum omnium quae sensibus subjiciuntur — vg. existit forma hominis, separata ab individuis humanis et extra Deum, per se subsistens, etc. quam singuli homines participant per modum imitationis, sicut plures effigies participant eumdem sigillum. Hinc non videtur Plato aliud admisisse praeter universalia in repraesentando et causando. Hanc sententiam non fuisse ex calumnia Platoni adscriptam ab Aristotele, manifestum est ex ipsius Platonis operibus.

2° Alii cum S. AUGUSTINO, ideas platonicas benigniori sensu intelligunt : negant ideas ponendas esse secundum Platonem extra Deum ; nihil sc. essent aliud quam ideae divinae. Fatendum est hanc interpretationem posse admitti pro idea *pulchri* et *boni*, non autem pro aliis — vg. *unitatis*, *dualitatis*, *magnitudinis*, *parvitatis*, etc.

B. ***Realismus monisticus.*** — Haec sententia duplicem formam medio aevo videtur induisse :

Prima : Una eademque est natura in singulis individuis, ita quidem ut « nulla esset in essentia individuorum diversitas, sed sola multitudine accidentium varietas » (2). Haec doctrina, ob testimonium Abailardi, tribui solet Gulielmo CAMPELLENSI (Guillaume de Champeaux, 1070-1121). Attamen non desunt rationes quae movere nos debent

(1) I *Met.*, c. 6, n. 4, c. 9, n. 22, sqq. ; III *Met.*, c. 2, etc. ; — Cfr. S. TH., I, 84. 4.

(2) ABAILARDUS, *Historia Calamitatum*, C. V.

ad dubitandum de veritate hujus attributionis (1).

Secunda : Una eademque est natura singulorum, sed haec essentia est forma quaedam ab individuis realiter distincta, cujus autem singuli fiunt participes et qua constituuntur in sua specie : sic vg. humanitas in singulis non esset homo, sed forma vi cujus unusquisque participans fit homo. Haec doctrina tribui solet Gilberto Porretano (Gilbert de la Porée, 1076-1154) (2). Multi medio aevo, imo multo prius (3), similia dixerunt (4) ; nonnulli auctores

(1) Cf. P. Adlhoch, O. S. B., dans *Philosophisches Jahrbuch*, 1909, pp. 468-481. Le réalisme de G. de Champeaux passe par trois formules : la nature humaine est « *essentialiter* » la même dans tous les hommes ; puis elle est « *indifferenter* » la même ; enfin elle est « *similiter* » la même. Le P. Adlhoch pense que les formules *indifferenter* et *similiter* ne sont pas une rectification de la formule *essentialiter*. Les trois sont explicatives les unes des autres et expriment une doctrine orthodoxe.

(2) Voici cependant une phrase d'un réalisme très modéré : « Non solum enim rationalium, sed etiam non rationalium substantiarum universalia quaedam sunt quae ab ipsis individuis humana ratio quodam modo abstrahit, ut earum naturam perspicere... possit. » Migne, P. L. LXIV, col. 1374.

(3) Cf. Abbé Vacandard, *Saint Victrice*² (Lecoffre 1903), pp. 30 sq.

(4) Par exemple, Vincent de Beauvais : « Universalia non solum in intellectu sunt, sed et in re. Nam homines individuam quamdam inter se naturam communem participant, quae est humanitas, per quam unumquodque dicitur homo, et illa a quolibet eorum participata dicitur universale, et est similitudo specialis ipsorum. Ab ipso tamen intellectu accipitur praeter individua. Sicut enim linea quaevis non possit esse praeter materiam, non tamen falsus intellectus qui capit sine materia, quia non intelligit eam separari a materia, sed intelligit eam non habito respectu ad materiam, et bene hoc potest. Sic et universale, licet absque singularibus vel praeter singularia non sit, potest tamen intelligi non habito respectu ad ea... Ad aliud dicendum, quod universale egreditur in esse per generationem, non tamen primo sed ex consequenti, quia generato Sorte (individuo), generatur ex consequenti homo... Si vero quaeratur utrum hoc universale, homo, sit in quolibet homine secundum se totum, an secundum partem, dicendum est quod secundum se totum, i. e. secundum quamlibet sui partem definitivam, quia simplex est, nec a loco capitur, nisi per accidens, i. e. in suo singulari, non autem secundum quamlibet sui subjectivam est in quolibet homine. » *Speculum doctrinale*, l. III, c. IX et XI.

hac doctrina utebantur ad propagationem peccati originalis explicandam.

Saeculo XIX, idem fere docuerunt in schola Lovaniensi Ubaghs (1), Laforêt (2), etc.

C. ***Ontologismus.*** — Nonnulli auctores universales formas reponunt neque in individuis creatis, neque in seipsis independentes, sed in ipso Deo. — *a*) Secundum quosdam, ita sunt in Deo ut sint formaliter ipse Deus : Deus igitur esset formaliter equus, homo, arbor, etc. Tribuitur haec sententia Joanni Scoto Eringenae (810-890), cujus tamen mens est sat obscura. Huc accedunt etiam Pantheistae quidam mediaevales : Amaury de Bène, Amaury de Chartres, David de Dinant, etc. — *b*) Secundum alios, universalia existunt in Deo, quatenus eorum realitas est cum ideis divinis identica ; hinc ideas divinas attingimus per immediatum intuitum Dei, cujus tamen non sumus conscii. Ita Malebranche, Rosmini, Gioberti, etc. (3). Ontologistae nonnullos locos S. Augustini et S. Bonaventurae ad sensum suum adducere voluerunt (4). Uberior expositio Ontologismi ad Psychologiam remittitur, ubi ex professo tractatur quaestio *de origine idearum.*

---

(1) *Le problème ontologique des universaux* (2 éd., Louvain 1861).

(2) « Les réalistes n'admettent point, écrivait Laforêt, que la nature se multiplie avec les individus ; ils voient dans tous les membres de l'espèce humaine la même nature, qui demeure numériquement une, malgré la multiplication des personnes. D'après ce sentiment qui est aussi le nôtre, tous, tant que nous sommes, nous avons la même nature humaine, qui ne change point, ne se multiplie point : c'est l'unité dans la variété... Que si cette opinion est fondée, il est clair que la difficulté qui est le point de départ de toutes les autres sur le mystère de la Trinité est complètement résolue d'avance, ou plutôt qu'elle est un non-sens, etc. » *Les dogmes catholiques* [8], t. I, pp. 148-150.

(3) Cf. C[al] Mercier, *Crit. gén.* [6], pp. 370-373.

(4) Cf. C[al] Zigliara, *De la lumière intellectuelle et de l'Ontologisme ;* — Liberatore, *De la connaissance intellectuelle.*

DEMONSTRATIO

Quamquam rejici potest Realismus ob eam rationem quod *principium contradictionis* evertit, dum statuit *unum et idem* (sc. praedicatum universale) esse sub eodem respectu (sc. reali et concreto) *unum et multiplex*, consultius videtur singulas Realismi formas directe confutare. Hinc duplici parte constabit demonstratio.

Ia PARS : Non existit formaliter universale extra individua.

A. ***Confutatur Platonismus*** (1). — **Arg. Im** (*positivum*) : Platonismus contradicit persuasioni omnium in testimonio conscientiae nitenti. Etenim : *a*) Individua humana non ideo dicuntur homines, quia sunt imitationes vel participationes unius ejusdemque humanitatis in genere. Sed, vice versa, humanitas in genere obtinetur *abstractione*, qua homines individui ob naturam communem sub uno conceptu apprehenduntur : non sunt igitur universalia *ante* res sed *post* res ; — *b*) Si homo esset humanitas seu realitas quaedam subsistens *extra* subjectum concretum et singulare, falso diceretur vg. *Petrus est homo :* nam non potest esse homo nisi per aliquid sibi intrinsecum, imo identicum (2).

Arg. IIm (*negativum*) : Plato ideas separatas induxit ut posset scientiam tueri. Atqui ideae separatae ad hunc finem consequendum non sunt necessariae sed potius noxiae. Ergo rejiciendae sunt.

Major : Duplex proponitur argumentum a Platone : — Im : Si nihil est stabile et constans, non potest sciri quidquam. Ideoque extra res sensibiles, quae fluxae sunt, necesse est subsistant realitates quaedam aeternae, uni-

(1) Cf. Cal Mercier, *Crit gén.*, pp. 360-370.

(2) « Universale, quod intendimus, praedicatur de suis inferioribus, quorum unumquodque est ipsum. Tale autem universale, quod Plato ponebat separatum, non praedicatur de suis inferioribus, nec aliquod ipsorum est ipsum. Ergo aut non est ponere universale, aut non est sic ponere sicut Plato ponebat. » Tract. I *de Universalibus*.

versales, immutabiles, sc. *ideae quaedam separatae :* — 2m : Rebus naturae, licet in perpetuo fluxu positis, reipsa attribuuntur ideae. Sed non posset id fieri nisi in eis haberetur participatio aliqua idearum.

Minor : 1a *pars* — *Ideae separatae non sunt necessariae.*

1. Verum est non posse dari scientiam nisi habeantur objecta stabilia. Sed res in ordine rerum existentes, postquam apprehensae sunt abstracte a conditionibus contingentibus, sunt objecta stabilia, necessaria, aeterna, etc. Cfr. th. praecedens. Ergo ideae separatae non sunt necessariae.

2. Verum est etiam rebus contingentibus tribui formas universales. Exinde autem ad summum sequeretur res contingentes esse quasi imitationes idearum exemplarium in mente artificis existentium, minime vero has ideas exemplares praexistere in statu absoluto extra mentem. Caeterum ad ideas exemplares concipiendas ducimur *abstractione* mentis ex elementis experientia suppeditatis ; et similitudo rerum sensibilium cum ideis exemplaribus *reflexione* detegitur. Proinde necessariae non sunt ideae separatae.

2a *pars.* — *Ideae separatae sunt noxiae.*

Nam, admisso Platonismo, objectum cognitionis non essent res ipsae, sed rerum ideae extra res ipsas existentes (1). Neque juvat dicere : cognosci res indirecte ob suam similitudinem cum ideis. Haec enim similitudo cognosci eatenus potest quatenus cognoscitur res quae est similis ; hac autem cognita, superfluae sunt ideae platonicae.

B. ***Confutatur Ontologismus.*** — **Arg. Im :** Ontologismus ex eo argumentum desumit quod ideae universales sunt

(1) « Derisibile videtur ut, cum rerum quae nobis manifestae sunt notitiam quaerimus, alia entia in medium afferamus, quae non possunt esse eorum substantiae, cum ab eis differant secundum esse ; et sic, illis substantiis cognitis, non propter hoc de istis sensibilibus judicare possemus. » S. Th., I q. 84, a. 1.

necessariae, aeternae, incorruptibiles, etc. Hoc profecto concedendum est ; sed confundunt ontologistae necessitatem hypotheticam et idealem cum absoluta et reali, item aeternitatem negativam cum positiva, incorruptionem abstractam cum concreta, etc.

Arg. II[m] : Intelligi nequit quomodo vg. *homo*, quem absoluta consideratione attingo in Petro, Paulo, etc., et quem singulis univoce tribuo, possit esse aliquid divinum seu ipsa idea divina. Nam 1) sic idem *esse divinum* esset simul unum (utpote cum Deo identicum) et multiplex (utpote existens *divisim* in Petro, Paulo, etc.) ; — 2) si omnia essent id quod sunt per participationem ejusdem *esse divini*, logice admittendus esset Pantheismus.

Nota. Quodsi universalia eo sensu ideae divinae dicantur quod, si Deus creet, ideae quas in mente gerit sunt causae exemplares omnium rerum quae creantur et quae existunt in similitudine speciei, nihil est reprehendendum. Attamen hujusmodi ideae non sunt universalia *in essendo*, sed potius *in repraesentando* et *causando*(1). Fortasse haec habuit in mente Plato, sed ambigue locutus est (2).

II[a] PARS : Non existit formaliter universale intra individua.

Arg. I[m]. — Secundum *Realismum monisticum*, una est omnium individuorum (vg. hominum) natura, ita scilicet ut in singulis essentialiter indivisa maneat (sicut essentia divina in tribus personis, in dogmate catholico). Atqui talis existendi modus qui in SS. Trinitate mysterium est, in creaturis est impossibilis. Etenim :

1. In Trinitate, Pater, Filius et Spiritus Sanctus differunt personalitate et non natura, quia sibi opponuntur *origine*. Haec autem oppositio originis non existit inter omnes homines.

2. Si homines naturam numerice eamdem haberent, non essent plures homines, sed unus homo, sicut tres

(1) Cf. C[al] Mercier, *Op. cit.*, p. 372.
(2) Cf. Schiffini, *Princ. Phil.*, t. I, n. 354.

eamdem habentes divinitatem sunt unus Deus. Jamvero unusquisque conscius est se a caeteris hominibus numerice distinctum esse. Cf. Th. XXV, 2ª p.

3. Eadem natura acciperet praedicata contradictoria : idem homo esset simul loquens et non loquens, nasceretur Romae et moreretur Neapoli, gauderet in caelo, cruciaretur in inferno (1).

Arg. IIm (*ad hominem*). — *Realismus monisticus* logice ducit ad Pantheismum. Nam si unica est humanitas quia praedico humanitatem de omnibus hominibus, ob eamdem rationem dicenda erit unica substantia in mundo, imo unicum ens (2).

Difficultates.

I. *Pro Platone.* — 1. Admittendum est exemplar rerum singularium; atqui tale exemplar est idea platonica. R. exemplar immediate conspectum, n. ; reflexione cognitum, c. — 2. Atqui admittendum est exemplar immediate conspectum : nam admittenda est essentia immediate apprehensa ; porro essentia repraesentat speciem ut exemplar. R. essentia repraesentat rei speciem realiter et per identitatem, c ; idealiter et per similitudinem, n. — 3. Atqui repraesentat rei speciem realiter et idealiter : nam essentia rei est ejus causa exemplaris quae confunditur cum causa formali. R. confunditur cum causa formali intrinseca, n ; cum causa formali extrinseca, c. — 4. Atqui causa formalis intrinseca et causa formalis extrinseca sunt eadem causa : nam utraque determinationem confert rebus individuis per sui participationem. R. per idem genus participationis, n. ; per diversum, c. Formalis intrinseca participatur realiter, ita ut ipsa sit in re singulari ; extrinseca vero participatur idealiter, ita ut imitetur. — 5. Atqui causa formalis extrinseca participatur realiter : nam eadem est essentia quae est in re et quae extra rem par-

(1) Cf. Remer, *Prael. phil. schol.*, t. I, p. 114.
(2) Cf. Remer, *ibid.*

ticipatur. R. eadem est physice per identitatem, n. ; eadem est logice per similitudinem, c. — 6. Idea platonica est essentia una et multiplex ; atqui objectum ideae universalis est unum et multiplex. R. objectum ideae universalis est unum realiter, n. ; logice, c.

II. *Pro Realismo monistico* — 1. Realismus docet unam esse humanitatem, unam animalitatem. Atqui hoc est verum. R. docet esse unam identitate numerica seu reali, c. ; identitate specifica seu logica vel similitudinis, n. — 2. Species existunt in rerum natura ; atqui species est universale formaliter tale. R. existunt formaliter, n. ; fundamentaliter, c. — 3. Humanitas est communis pluribus ; ergo est formaliter universalis. R. communis, i. e. una et eadem, n. ; una et similis, c. — 4. Definitio exprimit aliquid reale ; atqui natura exprimit naturam universalem. R. reale quoad id quod concipitur, c. ; quoad modum quo concipitur, n. — 5. Id quod est unum realiter in pluribus est universale ; atqui natura divina est una in pluribus ; item anima in pluribus partibus corporis, etc. R. quod est unum realiter in pluribus divisis, c. ; in pluribus indivisis, n. — 6. Quod est unum unitate formali et simul multiplex est universale ; atqui ita sunt essentiae ante operationem mentis. R. nego minorem. — 7. Objectum ideae universalis est necessarium ; atqui quod est necessarium illud est divinum. R. necessarium necessitate absoluta et reali, n. ; necessitate hypothetica et ideali, c.

Sommaire. — 1. *Une chose est remarquable chez PLATON, c'est son insistance à réclamer pour la science un double caractère : celui d'unité, de nécessité, de pérennité, d'une part ; et celui de réalité, d'autre part. La science contemple le réel immuable. Cette notion de la science a traversé les âges ; elle domine encore aujourd'hui chez les philosophes, malgré les tentatives anti-intellectualistes : savoir c'est connaître ce qui est absolument, indépendamment des temps et des lieux. Malheureusement Platon fait fausse route dès qu'il veut situer l'objet de science. Irréductible perceptioniste, il tient que la connaissance intellectuelle nous donne le non-moi tel quel et par identité ; et c'est pourquoi il est impossible que l'objet intelligible soit autre dans l'esprit que dans les choses ; l'un n'est pas une copie de l'autre ; c'est*

l'autre. Il existe, par conséquent, en dehors de l'esprit (*et, cela va de soi, en dehors du monde contingent*) *des réalités nécessaires, éternelles, immuables : ce sont les* Idées.

Chose paradoxale, le réalisme de Platon, en s'exagérant finit par se confondre avec l'idéalisme contemporain : toute réalité est refusée aux objets sensibles ; le monde corporel changeant n'est rien, les Idées *sont tout.*

*Il a manqué à Platon une compréhension nette de l'*abstraction, *que le moyen âge devait mettre en pleine lumière. L'esprit va chercher dans le réel sensible l'objet de science ; il le tire de la matière : l'objet ainsi abstrait est universel, nécessaire, immuable, absolu.*

(2) *L'erreur de Platon, ou plutôt son point de départ, a conduit les ONTOLOGISTES à placer en Dieu les idées universelles.*

(3) *Il semble bien que les Réalistes médiévaux aient entrevu la vérité : ce que nos idées représentent se trouve réellement* (*de quelque manière*) *dans les choses individuelles. Il leur a manqué la formule satisfaisante qui pût sauver à la fois l'unité et la multiplicité. Quant aux docteurs antiscolastiques du Louvain de* 1834 *à* 1866, *il est regrettable qu'ils aient dépensé tant de bonne volonté et de subtile intelligence au service d'une si mauvaise cause.*

THESIS XXXIII[a]

Attamen Universalia neque sunt mera nomina (I), neque conceptus pure subjectivi (II).

I. **Scopus thesis.** — De problemate solvendo cfr. TH. antecedens, PRAENOT. I. — Hic confutatur *Anti-realismus*, sub variis suis formis. Statuto principio : « Idem debet esse modus quo res est *in se* et *in mente* », Anti-realistae ita arguunt : Res in se extra mentem sunt multiplices et singulares, ita quidem ut nihil sit realiter commune pluribus individuis. Dicendum est igitur Universalia, quatenus exhibent aliquid unum commune pluribus, esse vel *nomina* vel *conceptus mere subjectivos.*

II. **Notiones de singulis formis Anti-realismi.** — Anti-realismus non anteponit intellectum sensibus, sicut Realismus ; sed, vice versa, sensus vel cognitionem sensibilem anteponit intellectui. Res quae sensibus obversantur sunt mutabiles, contingentes, etc. ; res autem quae intellectu referuntur sunt immutabiles, necessariae, absolutae. Quid

igitur ? — Qui non vult esse scepticus, i. e. assensum suum suspendere, necesse est vel condemnet sensus (ita *Realistae*), vel condemnet intellectum (ita *Anti-realistae*), vel tandem componat sensus cum intellectu (ita *Semi-realistae*).

Anti-realismi plures fuerunt aetates :

I. **Apud Antiquos.** — P. Fonseca, S. J., (*in Met.* l. 5, c. 28, q. 11, sect. I) haec habet :

« Occasionem hujusmodi philosophis (sc. Nominalistis) dederunt Heraclitus, Antistenes et Epicurei, qui cum singularia omnia fluxa et caduca esse crederent, neque in eis stabile quidquam conciperent, scientiam omnem certamque rerum cognitionem de medio tollebant, quod Nominales ne facerent, scientias omnes, quas negare non ausi sunt, ad nomina communia retulerunt, quod nullam etiam, quemadmodum et illi, communem naturam, quae per se stabilis esset et constans, in singulis esse arbitrarentur. Et sane Heraclitus ejusque discipulus Cratylus docebant nullum dari in rebus universale, eo quod adverterant res omnes existentes, uti sensus referunt, esse in continuo fluxu (πάντα ῥεῖ). Item Epicurei, criterium et originem veritatis unice in sensibus ac sensuum repraesentationibus reponentes, nullum conceptum universalem a rebus hauriri posse consequenter deducebant. Unde de Epicuro Tullius aiebat : « Tollit definitiones, nihil de dividendo et partiendo docet, non quomodo efficitur concludaturque ratio tradit, non qua via captiosa solvantur, ambigua distinguantur, ostendit, judicia rerum in sensibus posuit. » (1) Ac proinde nullam aliam dari scientiam asserebant, praeter eam quae ad vitae commoditatem aliquid confert. Stoïci e converso admittebant conceptus universales, his autem nihil respondere in rebus censebant ; eo quod hi sunt incorporei, res vero corporeae. Ex his tamen conceptibus oritur scientia, cui assensus praebendus est ratione subjectivae necessitatis seu practicae vitae exigentiae. Unde Cicero refert, quod « Zeno ad haec, quae

(1) *De finibus*, l. I, c. 7 ; cf. l. II, c. 6.

visa sunt et quasi accepta sensibus, assensionem adjungit animarum, quam esse vult a nobis positam et voluntariam (1). »

II. **Apud mediaevales.** — Circa indolem Anti-realismi in medio aevo, multa sunt historice obscura (2). In hoc quidem convenerunt Anti-realistae quod Realismo adversati sunt ; verum quid ipsi positive docuerint non distincte constat. Distingui solent Anti-realistae alii rigidiores, alii moderatiores.

A. Rigidiores vocantur ***Nominalistae***, quorum doctrina ita describi consuevit : Res, quae sunt diversae, et quas ut diversas concipimus (i. e. quas diversas esse novimus), appellantur *uno* nomine. Hinc uni nomini nec respondet res una, nec conceptus unus ; aliis verbis : non respondet res una *in se*, nec res una *in mente*. Ideoque sola nomina sunt communia, eo sensu quod ad diversa individua designanda inservire possunt. Ex altera autem parte, neque diversitas nominum arguit diversitatem ullam in rebus : vg. *animalitas* et *rationalitas* in homine sunt solummodo *duo nomina* ejusdem rei.

Ita sensisse videntur antiqui : *Heraclitus*, *Cratylus*, etc. Eadem sententia tribui solet Roscellino (3) (+ 1092) ; sed ejus doctrina est potius negativa, i. e. non realistica (4). Caeterum dubitare licet num exstiterit unquam philosophus qui censuerit nomini communi nihil in mente respondere, seu qui fuerit stricto sensu *nominalista*. Hinc in medio aevo nominalismus et conceptualismus vix distinguuntur (5).

B. Moderatiores vocantur ***Conceptualistae*** quorum

---

(1) *Acad.*, I, 14.40 ; cf. II, 12.37.

(2) Cf. M. de Wulf, *Histoire de la philosophie médiévale* (2 éd. Louvain 1905).

(3) Cf. S. Anselmus apud Migne, P. L. CLXXVIII, col 358 seq; — Joannes a Salisbury, *Metalogicus*, l. II, c. 13, etc.

(4) Cf. M. de Wulf, *Op. cit.*, n. 195 ; — Cnl Mercier, *Crit. gén.*, pp. 338. 345. 356.

(5) Cf. De Wulf, *Op. cit.*, pp. 161-163, 447-450.

doctrina sic exprimi potest : Res, quanquam sunt diversae, non tantum uno nomine appellantur, verum concipiuntur etiam uno conceptu. Proindeque nomini communi non respondet quidem res una *in se*, i. e. in ordine reali, sed respondet res una *in mente*, sc. quatenus *concepta*. Communitas igitur conceptus est pure subjectiva, ita quidem ut nullum reale fundamentum habeat in rebus. At, ex adversa parte, neque diversitas conceptuum arguit diversitatem rerum.

Inter *conceptualistas* numerantur :

Gulielmus Ockam, O. S. F. (1280-1349), et ejus discipuli Robertus Olcot (+ 1349), Gregorius Riminensis (+ 1358), Joannes Buridanus (+ 1362 ?), Petrus Alliacensis (+ 1425), Gabriel Biel (1430-1495). Quibus addi possunt Durandus (+ 1332), Albertus Saxonicus (+ 1390). Notandum est non quemlibet valorem idearum negari ab his auctoribus, sed valorem universalem tantum, quatenus *realem* (1).

III. **Apud Modernos.** — A. *Nominalistae* sunt nostris diebus *empiristae* et *sensationistae* omnes, pro quibus conceptus sic dicti universales non habentur tanquam repraesentationes *sui generis* a qualibet sensatione distinc-

(1) Cf. De Wulf, *ll. cc.* « Ils (les *conceptualistes* ou *terministes*) ne niaient pas, comme les nominalistes modernes, l'existence de concepts universels, ils accordaient à l'entendement le pouvoir de les engendrer et ne les considéraient pas comme de purs *flatus vocis*, quoique parfois on leur attribue cette thèse. Ils admettaient la valeur *idéale* des concepts, la valeur analytique des jugements en matière nécessaire, mais déclaraient devoir ignorer leur valeur, leur objectivité *réelle*, ne sachant si dans la nature quelque chose correspondait à ces concepts et, si oui, dans quelle mesure précise. Seulement Occam échappait au subjectivisme qui paraît logique dans son système comme dans le kantisme, parce qu'il posait, outre la connaissance sensible qui ne perçoit que d'une façon vague et purement phénoménale, outre la connaissance intellectuelle abstractive, une connaissance intellectuelle *intuitive* percevant les substances. La représentation cognitive abstraite est pour lui un signe, un symbole, un terme *naturel* par opposition aux signes artificiels. » M. Balthasar, *Rev. néo-scol.*, 1907, p. 458.

tae : ita HOBBES, BERKELEY, DUGALD STEWART, J. STUART MILL, etc. — de quibus cf. TH. XXXI. Pro istis philosophis nulla existit in nobis repraesentatio objecti *abstracti* et *absoluti*, sed imagines tantum « compositae » nomini generali associatae.

B. Ad *conceptualismum* magis accedunt : 1. E. KANT, cum Kantianis et neo-Kantianis. Pro his, nulla est objectivitas realis conceptuum universalium : natura absoluta, seu abstractum totale, est fictio aliqua imaginationis, quam ratio sibi repraesentat tanquam universalem et necessariam extra formas et categorias mentis. At in hoc latet « illusio transcendentalis » ; siquidem nihil est necessarium aut universale in experientia sensibili.

2. Henricus BERGSON, cum anti-intellectualistis. Habetur heterogeneitas totalis inter experientiam et conceptum, ita quidem ut nulla realitas reveletur conceptibus. Realitas scilicet prout intuitioni obversatur, est aliquid continuum, perpetuo fluens, dynamicum ; objectum autem conceptus est discretum, fixum, staticum. Hinc conceptus non possunt haberi ut *revelatio* realitatis ; attamen aliquid utilitatis habent eo quod practice dirigunt experientiam (1). Eamdem doctrinam pluries defendit americanus psychologus William JAMES (+ 1910) (2).

NOTA. De conceptualismo J. H. NEWMAN lege L. de GRANDMAISON, *Études*, jan. 1907, pp. 58 sqq. ; de relationibus inter conceptualismum et « philosophiam novam », cf. N. BALTHASAR, *art. cit.* ; L. ROURE, *Études*, 1908, I, pp. 297 sqq. ; inter conceptualismum et Modernismum cf. X. MOISANT, *Études*, 5 mai 1908. Quomodo persistant apud nostrates nominalismus et realismus explicat P. HEDDE, *Rev. Thomiste*, jan. 1907.

---

(1) Cf. *Introduction à la métaphysique*, *Rev. de Mét. Mor.*, 1903, pp. 7 seq., 25 seq. ; *l'Évolution créatrice*, c. 4, pp. 203-206, 217, 270, 370 seq., etc. ; *Journal of Phil., Psych. and sc. Methods*, 7 July 1910.

(2) Surtout dans *A pluralistic Universe* (New York 1909), Lect. V-VIII. — Cf. *La théorie des concepts chez M. Bergson et W. James* dans *Rev. de Phil.*, déc. 1910.

DEMONSTRATIO

Demonstratio in duas partes dividitur, licet argumenta nonnulla valeant contra omnes Anti-realismi formas.

Ia PARS : Universalia non sunt mera nomina.

Arg. Im. — Existit discrimen essentiale inter nomina et conceptus universales qui nominibus significantur. Ergo.

ANTECEDENS probatur : —

1° *Nomina* mutantur in diversis linguis ; *conceptus* vero, seu id quod significatur, idem semper manet : vg. *homo*, *homme*, *Mensch*, *man*, etc. ; — 2° *conceptus* saepe menti praesto est, ubi deficiunt *vocabula* ad eum exprimendum ; — 3° uno eodemque *nomine* possunt tum diversi *conceptus*, tum diversa individua significari, vg. terminis aequivocis et analogicis. Ergo conceptus non sunt nomina.

Arg. IIm. — Nominalistae concedunt dari nomina communia — id enim est nimis evidens. Atqui hoc explicari nequit nisi dentur etiam conceptus universales. Ergo.

ANTECEDENS probatur : —

Ideo sc. adhibetur eadem vox in pluribus casibus quia idem in pluribus casibus mente concipitur. De facto, « ille qui unum tantum individuum alicujus naturae vidit, occurrentibus postea sibi aliis ejusdem naturae individuis, licet quoad notas individuantes dissimilibus, applicat idem nomen ac primo individuo pridem sibi noto. Atqui hoc non fieret, nisi ex primi individui inspectione et consideratione genita in mente fuisset notio determinatae illius naturae, abstractae a notis individuantibus et aptae inesse pluribus, i. e. notio aliqua universalis (1). »

IIa PARS : Universalia non sunt conceptus mere subjectivi.

Arg. Im (*positivum*). — Quando dico : Petrus est *homo*, Paulus est *homo*, Jacobus est *homo*, etc., tribuo pluribus

(1) P. REMER, *Op. cit.*, t. I, p. 107.

subjectis eamdem naturam humanam; sed non eam tribuo ut est in mente mea, quatenus est conceptus pure subjectivus, verum quatenus competit subjectis realibus extra mentem existentibus. Porro *natura* quam tribuo : — *a*) *est aliquod universale :* nam est natura hominis absolute spectata, secundum elementa essentialia quae hominem specifice constituunt ; — *b*) *est aliquid reale :* nam α) desumpta est per abstractionem ex ordine reali ; — β) ideo tribuitur pluribus subjectis realibus, quia innotescit tanquam in eis materialiter contenta cum eisque identica.

Arg. IIm (*negativum*). — Conceptibus universalibus aliquid extra mentem respondere negatur : *aut quia sunt abstracti* — cum in rebus nihil sit abstractum ; aut *quia exhibent aliquid commune pluribus* — cum in rebus nihil existat nisi singulare. Atqui neutra ratio valet. Ergo.

Minor probatur : —

1a *pars.* — Non valet ***prima***. Nam ex eo quod conceptus est abstractus, sequitur rem exhiberi modo abstracto, i. e. sine notis individuantibus, et proinde *modo inadaequato ;* minime vero sequitur rem aut nullo modo exhiberi, aut exhiberi secundum elementa, quae in ea non insunt. Ita, ex. gr., effigies Caesaris in nummo impressa non refert colorem, neque staturam, nec alia multa quae in Caesare vivente aderant ; nihilominus vera effigies dicitur. Eadem prorsus ratione, ut conceptus nostri vere referant objecta quae exhibent, non necesse est referant ipsam notam singularitatis, dummodo aliquid exhibeant quod vere in individuis insit, sc. essentiam ejus vel naturam (1).

2a *pars.* — Non valet ***secunda***. Nam iterum ex eo quod conceptus exhibet aliquid commune pluribus, sequitur profecto rem non exhiberi modo *adaequato*, cum res modo adaequato spectatae, i. e. cum notis suis individuantibus, singulares sint et incommunicabiles ; minime vero sequitur nihil conceptui respondere. Imo vero, aliquid certo respondet conceptui, si res plures revera sunt sibi similes sub eo

(1) Cf. Cal Mercier, *Op. cit.*, p. 347.

respectu sub quo uno conceptu vel una idea exhibentur. Ita, ex. gr., ut aliquid respondeat conceptui *hominis*, sufficit ut sit in Petro, Paulo, Jacobo, etc., aliquid in quo sint sibi similes, sc. *humanitas*. Jamvero res singulares esse similes sub eo respectu sub quo una idea exhibentur, adversarii conceptualistae non ostendunt repugnare (1).

Ergo concedendum est conceptualistis universalia non existere *formaliter* qua talia in rebus ; sed negandum est ea non existere *fundamentaliter* et *quoad naturam conceptam*.

Corollarium : *De universalitate Kantiana.*

Doctrina E. Kant de universalitate notionum est arbitraria, utpote quae neque evidens sit, neque cum factis certis consentiens : —

1. Principium : « Nihil est necessarium in experientia », quod Kant centies recitat, nullibi ab eo demonstratum est. Jamvero principium istud est ambiguum. Licet enim universalitas et necessitas non existant *formaliter* in rebus experientiae subjectis, nihil impedit quominus existant in rebus aliquo modo, nempe *fundamentaliter :* saltem hoc non est excludendum absque probatione.

2. Separatio quam inducit Kant inter elementum objectivum (universale) et elementum subjectivum (singulare) non consentit cum datis experientiae immediatae. Nimirum natura abstracte concepta ejusque universalitas et necessitas non apprehenduntur tanquam juxtapositae seu extrinsecus superpositae rei singulari sensibus perceptae. Vg. triangulus imaginatus, in quo mens considerat elementa trianguli constitutiva, non constat ex individuatione sensibili pura et vacua cui adnecti videam naturam absolutam trianguli. Individuatio et natura se potius offerunt menti ut idem materialiter objectum sub duobus respectibus formaliter tantum distinctis. Quapropter aeque reales sunt et admitti debent, aut aeque fictitiae et rejiciendae

(1) Id., *ibid.*

sunt. Sed nulla prodit ratio cur unum elementum retineatur, altero rejecto — quod tamen fecit Kant.

Difficultates.

1. Quidquid existit est singulare ; ergo universale est aliquid mente fictum. R. ita singulare ut non praestet ullum fundamentum ideae universali formandae, n. ; secus, c. — 2. Quod existere nequit id non potest concipi : atqui universale existere nequit. R. quod existere nequit ob repugnantiam notarum, c. ; ob certum existendi modum, sd. non potest concipi ut existens cum illo modo, c. vel tr. ; non potest concipi quin concipiatur ut existens cum illo modo, n. — 3. Si differt modus quo res est in mente et extra mentem, conceptus non exhibet id quod est. R. si modus existendi rerum non praebet fundamentum tali modo concipiendi, c. ; si fundamentum praebet, sd. conceptus non exhibet *adaequate* id quod est, c. ; non exhibet *inadaequate*, sd. et tunc falsitas est *positiva*, n. ; *negativa*, c. — 4. Nihil est unum commune pluribus. R. nihil realiter unum est realiter commune pluribus, c ; nihil logice unum est logice commune, n. — 5. Omnis necessitas est *a priori*. R. i. e. pendet a forma mentis, n. ; i. e. antecedit experientiam, sd. ita ut non innotescat in experientia, n. ; ita ut possit cognosci ante omnem experientiam, tr. *Nota :* id falsum est pro intellectu *humano :* nam universalitas objecti oritur *abstractione* a notis individuantibus objecti sensibilis. — 6. Scholastici docent universalia pendere a mente. R. ut *cognoscantur*, c. ; ut *sint*, sd. quoad id quod concipitur, n. ; quoad modum quo concipitur, c. ; — 7. Objectum universale debet pendere *ut sit* aut a sensu aut ab intellectu. R. nego disjunctionem. — Vide alias difficultates optime solutas in libris manualibus, vg. apud P. Remer, *op. cit.*, pp. 110-112.

Sommaire. — D'après les Conceptualistes, nos concepts sont tirés de la réalité, en ce sens qu'ils naissent en nous à l'excitation du réel extra-mental ; mais leur contenu ne se trouve pas pour autant hors de

l'esprit. Il n'existe aucun rapport du concept au réel ; et connaître l'objet conçu (l'abstrait) n'est point connaître l'objet réel.

1. *Le réel est singulier, unique, incommunicable ; l'objet conçu est, au contraire, communicable, il est commun à une foule de singuliers.*

2. *Le réel est mouvant, actif, dynamique ; l'objet conçu est immobile, inerte, statique.* « *Que certains concepts soient* extraits *par nous de la réalité, cela ne me paraît pas douteux ; mais je ne conclue pas de là qu'ils y aient été* contenus. *L'appareil photographique* extrait *d'un spectacle mouvant des vues immobiles : il ne s'ensuit pas que les immobilités aient fait partie du mouvement... Je n'ai jamais pensé que l'immobile fût aussi réel que le mouvant ; bien au contraire...* » (M. H. Bergson, Journal of Philosophy, art. cit.).

3. *Enfin le réel est un, il n'a pas de parties distinctes ; le concept sectionne le réel, il y taille des morceaux adéquatement distincts : il y a autant de morceaux que de concepts. Sectionner et morceler le réel, comme fait le concept, c'est évidemment le fausser : c'est, en effet, le faire multiple alors qu'il ne l'est pas. Pour que les concepts fussent des représentations exactes, il faudrait pouvoir refondre les idées partielles en un concept unique, un comme l'objet.*

Ces objections ne sont pas neuves : elles consistent à présenter des faits et à en tirer des conclusions anti-réalistes ou anti-intellectualistes. Nous admettons les faits, nous rejetons les conclusions, parce que les faits ne les imposent pas.

« *Il semble, à première vue, dit le C*^{al} Mercier, *qu'il y ait conflit entre les caractères des choses soumises à l'expérience sensible, et les caractères qu'elles présentent lorsqu'elles deviennent un objet de réflexion et de science. Dans le premier cas, elles incluent des notes différentielles et entraînent la multiplicité ; dans le second, elles excluent les notes différentielles et impliquent l'unicité.*

Mais il y a un intermédiaire qui sert de point de jonction entre les deux états extrêmes. En ce troisième état, la chose est envisagée dans les éléments qui la constituent, d'une façon absolue. *Ce point de vue est appelé par saint Thomas « consideratio naturae absoluta, quantum ad ea tantum quae per se competunt tali naturae. » Ainsi le concept abstrait d'homme désigne ce qui fait la nature humaine, comme telle, rien de plus, rien de moins.*

Étant envisagée dans les éléments qui la constituent, la nature d'une chose n'embrasse pas les notes différentielles propres à chaque chose particulière : elle n'est donc pas multipliée. *Étant envisagée d'une façon absolue, elle n'est point mise en comparaison avec les sujets qui la possèdent, et dès lors* elle n'est point jugée une chez tous, universelle (unum versus omnes).

D'autre part, la nature à l'état absolu n'est pas autre *que les incarnations diverses de cette nature chez des sujets particuliers. La nature*

humaine que désigne l'homme *est la nature que possède* cet homme, *avec cette seule différence que la nature humaine*, l'homme, *objet d'un concept abstrait, néglige les caractères différentiels propres à cet homme. En toute vérité, l'on peut donc dire : Pierre est homme, Paul est homme, Jean est homme.*

Sans doute, il y a chez cet homme, *des notes différentielles non comprises dans le concept abstrait* homme, *mais il n'y a rien dans le concept d'homme qui ne se trouve en vérité chez* cet *homme.*

Le concept abstrait est inadéquat *aux types particuliers qu'il représente et dont on l'affirme..., mais il serait inexact de dire que le concept abstrait est* infidèle, *qu'il* fausse *la réalité. Il représente* incomplètement *les choses, mais il les représente* vraiment. *La critique n'a donc rien à opposer à la thèse qui affirme la réalité objective du concept abstrait.* » Crit. gén.[e], p. 346 seq.

THESIS XXXIV[a]

Universalia, quoad naturam conceptam, existunt in rebus (I), sed non in statu absoluto (II). Adest tamen in rebus fundamentum cur natura consideretur ut una in pluribus (III).

Auctores

Sanctus THOMAS, *de Ente et Essentia*, c. IV ; 2 *de Anima*, l. 12 ; *Summa theol.*, I q. 84 et 85 ; cf. ARIST., Met. l. VIII, c. 13 et 14 ; inter opuscula s. Thomae attributa, opusc. 44 : *Totius logicae Summa*, tract. I, c. 1 ; opusc. 56 : *De Universalibus*. Praeter libros in capite TH. XXXI indicatos, commendandi sunt libri manuales neo-scholasticorum (i. e. saec. XIX), qui plerumque eminent in problemate de Universalibus tractando, vg. REMER, SCHIFFINI, HUGON, DONAT, etc. Aliquid etiam de re nostra praebent : P. POTVAIN, *Kantisme et Réalisme* in *Ann. de phil. chrét.*, oct. 1897 ; Abbé GAYRAUD, *Kantisme et Sensualisme* in *Questions du jour* (Bloud 1897), etc.

Praenotanda

I. **Scopus thesis.** — De problemate cf. TH. XXXII, PRAENOT. I.— Hic exponendus est *Semi-realismus* (1), sc. ea

(1) « Il y a, dit Mgr Ch. SENTROUL, quelque chose de logique et de réel dans les catégories d'Aristote : de logique, puisque le mot *prédicat* comme tel est un terme logique ; de réel, puisque le prédicat exprime ce qu'est le sujet. Ce mélange de logique et de réel repose sur la *signification* du verbe *être* et sur sa fonction de copule verbale

solutio problematis quae medium tenet inter *Realismum* et *Anti-realismum ;* communiter appellatur *realismus moderatus* vel *conceptualismus realisticus.*

In hac doctrina :

1. Rejicitur principium : « Idem debet esse modus quo res est in mente et extra mentem ».

2. Distinctio fit inter *id quod* concipitur (tanquam absolutum vel commune pluribus) et *modum quo* concipitur.

3. Conceptus rei, qui abstractione praecisiva obtinetur, est *inadaequatus* quidem respectu rei singularis quam exhibet, sed *falsus* non est.

4. Tandem communitas conceptus fundamentum suum habet in relatione similitudinis quae inter res singulares viget. Ex. gr. *homo* vere convenit *Petro*, *Paulo*, *Joanni*, etc. quoad *id quod concipitur ;* et *id quod concipitur* ideo potest spectari ut aliquid commune pluribus, quia Petrus, Paulus, Joannes sunt sibi similes in eo quod unusquisque est homo.

Semi-realismus, licet formulis subobscuris, defensus est a P. Abailard (1079-1142), clarius ab Al. Halensi (+ 1245), Alberto Magno (1193-1280), clarissime vero a S. Thoma (1225-1274). Postea eadem doctrina facta est communis in Schola. Cf. Bossuet, *Logique*, cc. XXIX, XXX, XXXI. Eam hodie defendunt auctores tam multi ut ab eis nominandis necessario abstinendum sit.

II. Notiones generales.

I. ***De Universali in essendo.*** — *Universale* (unum versus alia) opponitur singulari ; significat « id quod respectum habet ad plura ». Universale *complexum* est propositio ex qua conclusiones multae deduci possunt ; universale *incomplexum* est notio simplex.

Hoc posterius distinguitur triplex : 1) Universale *in*

---

dans le jugement... Les catégories d'Aristote sont, nous le répétons, mi-logiques, mi-ontologiques, en tant qu'elles expriment le réel par abstraction, mais non par déformation. » *L'Objet de la Métaphysique selon Kant et selon Aristote*, pp. 122-123.

significando, sc. unum quod multa significat, vg. termini communes, 2) *in causando*, sc. una causa plurium effectuum, 3) *in essendo*, sc. unum existens actu vel potentia in multis divisim et univoce, vg. animal. Id quod aptum est ut in multis insit potest affirmari seu praedicari de multis, ideoque dicitur etiam universale in *praedicando* (1).

II. ***Elementa essentialia universalis in essendo.*** — *Duo* sunt hujusmodi elementa : *a*) *Unitas*, et quidem non solum nominis sed etiam *rei* (« rationis ») nomine significatae. Hinc aequivoca et analoga non possunt esse universalia in essendo ; — *b*) *Aptitudo ut sit in pluribus numerice distinctis*, ita ut fiat multiplex numero pro multiplicitate subjectorum, vg. animal ita convenit bovi, equo, mulo, etc. ut unumquodque sit vere animal, et sint plura animalia realiter distincta. Hinc essentia divina in tribus personis, anima humana in omnibus partibus corporis, Christus Dominus in omnibus hostiis consecratis, nequeunt dici universalia in essendo.

Ex thesi apparebit quaenam unitas et multiplicitas universalibus conveniat.

III. ***De triplici consideratione naturae.*** — Universale, ut patet, dicitur non de conceptu subjectivo, sed *objectivo*, i. e. de objecto repraesentato. Porro hoc objectum est *essentia* aliqua seu *natura*.

Jamvero *natura* triplici modo considerari potest :

1° *Secundum esse quod habet in individuis* = status singularitatis vel « contractionis », vg. humanitas in Petro (Petreitas) ;

2° *Secundum esse intelligibile quod habet in mente*, sc. prout consideratur ut abstracta a notis quibus contrahitur in individuis = status abstractionis, vg. humanitas, homo, etc. ;

3° *Secundum se absolute*, sc. cum notis quibus eius comprehensio constat = status absolutus vel naturae

(1) Cf. SCHIFFINI, *op. cit.*, t. I, n. 329 seq.

absolute spectatae, vg. animal rationale in homine (1).

Porro natura in statu singularitatis non est universalis nisi fundamentaliter et remote ; natura in statu abstractionis considerata est universalis praecisive ; natura absolute spectata neque est universalis, neque singularis (i. e. neque universalitas, neque singularitas sunt aliqua nota ejus constitutiva).

IV. ***De universali directo et reflexo.*** — Recentiores duplex universale distinguunt ex diversitate modi quo mente formatur : sc. directum et reflexum.

A. Nempe *primo* apprehendit mens naturam absolute spectatam, sc. absque notis individuationis quibus in singulis subjectis contrahitur. Hoc efficit *abstractione* quae dicitur *totalis*, qua ex duobus realiter identicis mens unum sine altero considerat, ita tamen ut elementum abstractum possit de subjecto praedicari : vg. Petrus est animal. In ea operatione nulla falsitas adest, quia mens notas individuales non negat positive, sed abstractive, i. e. ad eas non attendit (1). Sic obtinetur *universale directum*.

Nota. Abstractio, secundum S. Thomam, fit sponte naturae ex consideratione unius individui, sc. concipitur natura, omissa singularitate ; nulla igitur comparatio individuorum requiritur. Secun-

(1) « Triplex est alicujus naturae consideratio. Una prout consideratur secundum esse quod habet in singularibus ; sicut natura lapidis in hoc lapide et in illo lapide. Alia vero est consideratio alicujus naturae secundum esse suum intelligibile ; sicut natura lapidis consideratur prout est in intellectu. Tertia vero est consideratio naturae absolute (*ou* absoluta) prout abstrahit ab utroque esse ; secundum quam considerationem consideratur natura lapidis vel cujuscumque alterius, quantum ad ea tantum quae per se competunt tali naturae. » *Quodlibet.* VIII, 1. « Patet quod natura... absolute considerata abstrahit a quolibet esse (i. e. in singularibus et in intellectu), ita quod non fiat praecisio alicujus eorum ; et haec natura sic considerata est quae praedicatur de omnibus individuis. » *De ente et essentia*, c. IV. Cf. S. Th., I. 85, 3 ad. 1 ; ibid., 2 ad 2 ; 2-2, 29. 6. — Vide etiam opuscula : *Summa totius Logicae Aristotelis*, tract. I, c. 1 ; *De sensu respectu singularium, et intellectu respectu universalium ; De Universalibus.*

(1) Cf. S. Th., I, 85, 1.

dum Suarezium intellectus prius cognoscit *singulare*, et naturam communem abstrahit *post comparationem* individuorum inter se. Haec dissensio quaestionem logicam non mutat.

B. *Deinde* novo actu potest mens in naturam abstracte conceptam (sc. *universale directum*) *reflectere* et sic statum ipsum abstractionis deprehendere. Actus igitur reflexionis ontologicae non efficit ut natura actu directo apprehensa sit abstracta — nam est jam abstracta — sed ut cognoscatur tamquam abstracta, et proinde universalis. Quare reflexio ideo solum requiritur ut universale fiat cognitum qua tale (= *universale reflexum*) ; ad hunc autem finem cum actu reflexionis conjungi debet comparatio inter naturam absolute spectatam et individua : secus non appareret discrimen inter naturam cum individualitate et naturam sine individualitate. Universale *directum* est *fundamentum proximum* universalis reflexi.

Nota. Universale *directum* dicitur etiam *metaphysicum* vel *materiale* ; universale vero reflexum dicitur *logicum* vel *formale*.

V. ***Distinctio inter « id quod » et « modum quo ».*** — In universali non est idem *a*) *id quod* concipitur, sc. natura, vg. *homo*, et *b*) *modus* quo concipitur, sc. *abstractio ab omni singularitate*. Primum elementum est positivum ; secundum est carentia aliqua. Natura quae abstracte concipitur habet universalitatem, *non ratione sui* (sc. quia talis natura est) — nam extra mentem ubique individualis est ; sed *ratione modi* quo concipitur, sc. quia abstracta est. Hinc natura ut universalis semper est abstracta (1).

(1) « Cum dicitur universale abstractum, duo intelliguntur, sc. ipsa natura rei et abstractio seu universalitas. Ipsa igitur natura, cui accidit vel intelligi vel abstrahi vel intentio universalitatis, non est nisi in singularibus, sed hoc ipsum, quod est intelligi vel abstrahi vel intentio universalitatis, est in intellectu... Humanitas, quae intelligitur, non est nisi in hoc vel in illo homine ; sed quod humanitas apprehendatur sine individualibus conditionibus, quod est ipsam abstrahi, ad quod sequitur intentio universalitatis, accidit humanitati, secundum quod percipitur ab intellectu. » I. 85. 2, ad. 2.

III. **Formula thesis.** — Nostra thesis magis communiter enuntiatur a modernis scholasticis hoc modo : « *Universale directum existit in rebus quoad id quod concipitur, non autem quoad modum quo concipitur. Universale vero reflexum existit formaliter in mente, fundamentaliter in rebus.* Sed de formulis non est litigandum.

DEMONSTRATIO

1ª PARS : Natura quae concipitur existit in rebus.

Arg. I^m (*ex modo quo obtinetur natura absolute spectata*). — Natura absolute spectata (= universale directum), quoad omnia elementa positiva quibus constituitur, obtenta est per *abstractionem* praecisivam ab objectis sensibilibus realiter existentibus, et proinde in illis realiter seu materialiter continetur. Nempe intellectus ita format conceptum naturae ut nihil realitatis in re concepta ponat aut mutet : hinc natura quae concipitur (quoad realitatem quam habet) existit in rebus. Formalitas autem vel universalitas qua concipitur non est perfectio mente imposita naturae, sed mera entia ex abstractione resultans.

Arg. II^m (*ex attributione naturae subjectis realibus*). — Dico : Petrus est *homo*, Paulus est *homo*, Joannes est *homo*. Atqui in hisce judiciis, *homo* 1) est natura absolute spectata, quae 2) existit in singulis subjectis extra mentem existentibus. Ergo.

MINOR probatur : —

1ª *pars : homo est natura absolute spectata.* — Etenim id quod Petro voce *homo* tribuo non est natura humana *in statu singularitatis* — nam potest tribui eodem modo aliis subjectis ; nec natura *in statu abstractionis* — nam tribuitur Petro ita ut fiat aliquid identicum cum ipso individualiter existente ; sed *natura absolute spectata*, sc. animalitas cum rationalitate conjuncta, quae potest quidem tribui pluribus subjectis sed ita tamen ut singulis tributa fiat aliquid cum ipsis identicum.

2ª *pars : natura absolute spectata existit in subjectis rea-*

libus. — Ideo enim *homo* tribuitur Petro, Paulo, Joanni quia *natura humana* (quae hac voce significatur) innotescit tanquam in eis materialiter contenta, et ita ut singulis conveniat per identitatem. Cum, ex altera parte, supponantur subjecta realiter existentia, sequitur naturam ipsam qua constituuntur esse realem.

Confirmatur. — Objectum scientiae est natura rerum absolute spectata (sc. universale directum). Porro viri scientifici persuasum habent objectum de quo agunt esse simul universale et reale. Ex. gr., quando physicus determinat proprietates magnetis aut aquae, non agit de magnete *hoc* aut *illo*, de aqua *hujus diei* vel *loci*, sed de magnete aut aqua *absolute spectatis* ; attamen certum habet proprietates quas determinat existere realiter in *hoc magnete* aut in *hac aqua*.

IIª PARS : Non existit in statu absoluto.

Arg. Im (*ex modo quo obtinetur natura absolute spectata*). — Natura absolute spectata obtinetur omittendo (per abstractionem praecisivam) notas individuantes quas natura de facto habet in rebus individuis. Ergo in rebus individuis natura abstracta non existit qua talis, sc. ut abstracta.

Arg. IIm (*ex attributione naturae subjectis realibus*). — Quando judico : Petrus est *homo*, etc., mihi reflectenti certum est 1) me non attribuere subjectis modum abstractionis sub quo praedicatum *homo* concipio — 2) me ideo a tali attributione abstinere, quia video naturam humanam non esse in subjectis absque notis individuantibus. E contra clarissime intelligo humanitatem vg. in Petro obviam veniente ita determinatam esse ut sit alii prorsus incommunicabilis. Hinc ex eodem conscientiae testimonio manifestum est *modum quo* natura concipitur se tenere ex parte cognitionis, *id autem quod* concipitur, ex parte cogniti.

Arg. IIIm (*ex impossibilitate rei*). — Natura in statu absoluto est natura sine notis individuantibus. Atqui nulla

natura in rebus potest existere sine notis individuantibus : nempe nulla natura existit ita indeterminata ut possit inesse pluribus singillatim et univoce. Sic vg. humanitas Petri, propterea quia est Petri, nequit esse simul in Paulo aut Joanne, etc.

IIIa PARS : Adest fundamentum cur natura spectetur ut una in pluribus.

Licet natura formaliter ut universalis non existat in rebus singularibus, sed in sola mente, quaeritur utrum non existat in ipsis rebus aliqua ratio vel fundamentum cur natura concepta habeatur ut communis pluribus. Aliis verbis : quaeritur utrum non existat in rebus ratio cur possint, non obstante sua multiplicitate et diversitate, sub uno conceptu repraesentari. Respondemus affirmative.

Argumentum. — Ratio cur res plures atque diversae uno conceptu repraesentantur in ipsis rebus existit, si res ipsae sub eo respectu sub quo unico conceptu repraesentantur sunt sibi similes. Atqui revera res in multis sunt sibi similes. Ergo.

MINOR explicatur : Res singulares, utpote singulares, sunt sibi mutuo incommunicabiles, et proinde nihil est commune pluribus. Attamen hoc non impedit quominus possint communi conceptu repraesentari ; sufficit ut plures res habeant SIMILITER *id quod conceptus exhibet*. Ex. gr., habeo conceptum *mineralis* : ut hic conceptus sit communis pluribus, seu ut res plures repraesententur hoc conceptu, sufficit ut existant plura mineralia. Jamvero non tantum *plura mineralia* existunt, sed *plura viventia*, *plura sensitiva*, *plura colorata*, *plura extensa*, etc., etc. (1). Hinc

(1) « Si accipiantur multa singularia, quae sunt indifferentia (gal. *indifférenciés*) quantum ad aliquid unum eis existens, illud unum, secundum quod non differunt, in anima receptum est primum universale, quidquid sit illud, sive sc. pertineat ad essentiam singularem, sive non. Quia enim invenimus Socratem et Platonem et alios esse indifferentes quantum ad albedinem, accipimus hoc unum, sc. album, quasi universale, quod est accidens. Et similiter, quia inve-

individua ipsa inter se similia, ut talia, intellectui fundamentum praebent ut, relictis differentiis, uno conceptu solum id exprimat in quo plura similia sunt, atque ita aliquid obtineat quod pluribus convenire et de pluribus praedicari possit. Uno verbo : communitas conceptus rationem suam habet in similitudine reali entium singularium.

Corollaria

I. ***De unitate universali.*** — Ex dictis elucet quaenam unitas competat universali. Triplex scilicet distingui debet unitas : 1° *formalis*, seu naturae absolute spectatae, 2° *numerica* (realis, materialis), seu naturae concretae et individuae, 3° *universalis*, quae simul dicit *unitatem* (sc. formalem et logicam seu mentalem) et *multiplicitatem* (realem), utpote implicans actualem ordinem ad plura. Hinc unitas competens universali est unitas formalis et logica (quae in mente existit, qua talis), non numerica seu realis. Sic solvitur problema supra statutum (Th. XXXII) : quomodo homines *eamdem* accipientes humanitatem possint esse *plures* homines. Nimirum eadem est humanitas absolute spectata, sc. spectatis notis essentialibus quibus humanitas formaliter constituitur ; attamen haec humanitas ita est in pluribus ut cum singulis fiat identica : hinc humanitas non est eadem *numerice*. Humanitas in X, Y, Z mul-

---

nimus Socratem et Platonem et alios esse indifferentes quantum ad rationabilitatem, hoc unum in quo non differunt, sc. rationabile, accipimus quasi universale, quod est differentia.

Qualiter autem hoc unum accipi possit manifestat consequenter (Aristoteles). Manifestum est enim quod singulare sentitur proprie et per se ; sed tamen *sensus est quodammodo et ipsius universalis*. Cognoscit enim Calliam, non solum in quantum est Callias, sed etiam in quantum est *hic homo*, et similiter Socratem in quantum est *hic homo*. Et inde est quod, tali acceptione sensus praeexistente, anima intellectiva potest considerare hominem in utroque. Si autem ita esset quod sensus apprehenderet solum id quod est particularitatis, et nullo modo cum hoc apprehenderet universale in particulari, non esset possibile quod ex apprehensione sensus causaretur in nobis cognitio universalis. » S. Th., in 2 *Anal. Post.*, l. 20.

plicatur ita ut X differat ab Y et Z, et tres sint homines ; sed diversitas est solummodo *numerica*, non *formalis :* nam elementa humanitatis reperiuntur eadem in X, Y, Z. Differentia numerica, secundum S. THOMAM, provenit ex materia cujus munus est principia formalia ad individuum contrahere. Cfr. *Metaphysica generalis.*

II. ***De deformatione naturae singularis.*** — Elucet quoque quid respondendum sit tritae objectioni : « Res est singularis ; conceptus autem eam facit universalem ; ergo eam deformat (1). »

R. — Quod natura (proprietas — ut dicit H. BERGSON) *abstracte* apprehenditur efficit quidem ut conceptus rei sit inadaequatus, non autem ut sit falsus, dummodo tamen hic modus inadaequationis ipsi rei non tribuatur : *a*) Notae enim quae abstractione percipiuntur vere sunt in re singulari, licet distinctae non sint a singularitate ; — *b*) Quodsi, ut recte dicitur, natura abstracte concepta fit universalis, id nihil mutat in re. Nam singularitas aut universalitas non pertinent ad *comprehensionem* naturae (sc. ad elementa ejus constitutiva) sed ad ejus *extensionem*, quae naturam intrinsece non afficit.

Instantia : Omissa singularitate, natura quae concipitur non jam est hujus individui potius quam alius individui. Inde sequitur individua non cognosci intellectu.

---

(1) Voici la difficulté telle que l'expose M. BERGSON : « Le concept généralise en même temps qu'il abstrait. Le concept ne peut symboliser une propriété spéciale qu'en la rendant commune à une infinité de choses. Il la déforme donc toujours plus ou moins par l'extension qu'il lui donne. Replacée dans l'objet métaphysique qui la possède, une propriété coïncide avec lui, se moule au moins sur lui, adopte les mêmes contours. Extraite de l'objet métaphysique et représentée en un concept, elle s'élargit indéfiniment, elle dépasse l'objet puisqu'elle doit désormais le contenir avec d'autres. Les divers concepts que nous formons des propriétés d'une chose dessinent donc autour d'elle autant de cercles beaucoup plus larges dont aucun ne s'applique sur elle exactement. Et pourtant, dans la chose même les propriétés coïncident avec elle et coïncident par conséquent ensemble. » *Introduction à la métaphysique, Rev. de Mét.-Mor.* 1903, p. 8.

R. — Natura quae concipitur non est *potius* hujus quam alius, c. ; sed hoc non impedit quominus vere sit *hujus* individui : nihil sc. est in hac natura quod non sit in hoc individuo. Individua cognoscuntur ratione naturae conceptae quae in eis est ; ipsa autem individua, qua talia, seu singularia, cognoscuntur solummodo *reflexione*, qua naturam abstractam complexibus sensibilibus unitam apprehendimus.

III. ***De Scientia.*** — Intelligitur ex thesi quomodo *Scientia* in tuto posita sit. Objectum enim scientiae sunt naturae absolute spectatae, i. e. non prouti sunt in *hoc* vel in *illo individuo*, sed prouti continent has vel illas notas *absolute* sumptas. Hujusmodi autem notae (vg. animalitas, etc.) sunt de facto quoad id quod concipitur in individuis imo sunt individua ipsa concrete sumpta ; hinc ipsa individua ratione suae naturae sunt objecta scientiae. Sic intelligitur axioma antiquum : « Scientia est de Universalibus. » Ut patet, agitur de universalibus directis seu de naturis absolutis.

Scholion : *Utrum doctrina nostra multum differat a Kantiana.*

Nonne distinguimus, sicuti Kant, *materiam*, quae singulariter existit in rebus, et *formam* universalitatis, quae provenit a mente ?

R. — In objecto sensibus percepto nihil est nisi singulare ; sed mens *abstrahit*, et universalitas objecti consequitur abstractionem mentis. Universalitas enim non est aliquid positivum singularibus inditum : sc. mens nihil sui addit sed solummodo non attendit ad notas singulares (quod est mere negativum). Id quod ita apprehenditur vere existit in singularibus, licet alio modo ; et proinde in nostra doctrina mens attingit res in se (*noumena*) seu res ipsas. Discrimina inter nos et Kant haec fere sunt : 1. Kant distinguit materiam et formam in universali, non duplex universale ; nos e contra ; — 2. pro Kant materia est noumenon ignotum ; non apud nos ; — 3. distinctio Kantii

est arbitraria ; nostra autem nititur in analysi immediata cognitionis.

Difficultates.

1. Natura absoluta directe apprehensa supponit *abstractionem* quamdam immediatam ; atqui abstractio non est operatio immediata. R. supponit abstractionem quamdam spontaneam, c. ; volitam et reflexione institutam, n. — 2. Doctrina *abstractionis* supponit essentias rerum non cognosci ratiocinio ex effectibus. R. non cognosci confuse, c. ; distincte, n. — 3. Doctrina universalis reflexi seu formalis supponere videtur aliquid concipi posse ut commune pluribus quin ea prius cognita sint. R. quin ea cognita sint ut realia, c. ; ut possibilia, n. — 4. Sed requiritur praevia et actualis cognitio plurium : nam requiritur *comparatio*. R. requiritur comparatio actualis, n. ; concepta, c. — 5. *Semi-realismus* tenet medium inter duo contradictoria, i. e. inter *Anti-realismum*, secundum quem « universale *non est* reale » et *Realismum*, secundum quem « universale *est* reale. » Sed inter contradictoria non existit medium. R. Distinguitur vox *universale* (quoad *id quod concipitur* = natura absolute spectata, et *modum quo concipitur* = status absolutus naturae), minime vero particula negans *non* (sc. non dicitur : universale partim *est* et partim *non est*). — 6. Si universale non existit formaliter qua tale, neque fundamentaliter existit : nam res singularis est fundamentum. R. quatenus *singularis*, n. ; quatenus *res*, c.

Sommaire. — La doctrine scolastique des Universaux *se trouve lumineusement résumée dans la* Logique *de* Bossuet (*loc. cit.*) :

« *Dans la nature tout est individuel et particulier. Il n'y a point de triangle qui subsiste en général ; il n'y a que des triangles particuliers qu'on peut montrer au doigt et à l'œil. Il n'y a point d'âme raisonnable en général. Toute âme raisonnable qui subsiste est quelque chose de déterminé, qui ne peut jamais composer qu'un seul et même homme distingué de tous les autres. On enseigne en métaphysique que la première propriété qui convient à une chose existante, c'est l'unité individuelle et par là incommunicable. Cette vérité ne demande pas de preuves, et ne veut qu'un moment de réflexion pour être entendue.*

Il n'y a rien en soi-même d'universel, c'est-à-dire qu'il n'y a rien

qui soit réellement un dans plusieurs individus. Un certain cercle, à le prendre en soi, est distingué des autres cercles par tout ce qu'il est : mais parce que tous les cercles sont tellement semblables, comme cercles, qu'en cela l'esprit ne conçoit aucune différence entre eux, il n'en fait qu'un même objet.... et se les représente sous la même idée.

Ainsi, l'universalité est l'ouvrage de la précision, par laquelle l'esprit considère en quoi plusieurs choses conviennent, sans considérer ou sans savoir en quoi précisément elles diffèrent.

Par où il se voit que l'universel est et ne subsiste que dans la pensée, et que l'idée qui représente à l'esprit plusieurs choses comme un seul objet est l'universel proprement dit.

Cette idée universelle, par ex., celle du cercle a deux qualités ; la première, qu'elle convient à tous les cercles particuliers, et ne convient pas plus à l'un qu'à l'autre : la seconde, qu'étant prise en elle-même, quoiqu'elle ne représente distinctement aucun cercle particulier, elle les représente tous confusément, et même nous fait toujours avoir sur eux quelque regard indirect, parce que, quelqu'occupé que soit l'esprit à regarder le cercle, comme cercle, sans en contempler aucun en particulier, il ne peut jamais tout à fait oublier que cette raison de cercle n'est effective et réelle que dans les cercles particuliers à qui elle convient. Par là se comprend parfaitement la nature de l'universel. Il y faut considérer ce que donne la nature même et ce que fait notre esprit.

La nature ne nous donne, au fond, que des êtres particuliers, mais elle nous les donne semblables. L'esprit venant là-dessus et les trouvant tellement semblables qu'il ne les distingue plus dans la raison en laquelle ils sont semblables, ne se fait de tous qu'un seul objet, comme nous l'avons dit souvent, et n'en a qu'une seule idée.

C'est ce qui fait dire au commun de l'école, qu'il n'y a point d'universel dans les choses mêmes : Non datur universale a parte rei ; *et encore que la nature donne bien, indépendamment de l'esprit, quelque fondement à l'universel, en tant qu'elle fournit des choses semblables ; mais qu'elle ne donne pas l'universalité aux choses mêmes, puisqu'elle les fait toutes individuelles ; et enfin que l'universalité se commence par la nature et s'achève par l'esprit :* Universale inchoatur a natura, perficitur ab intellectu.

Ceux qui pensent le contraire et qui mettent l'universalité dans les choses mêmes, indépendamment de l'esprit, ne tombent dans cette erreur que pour n'avoir pas compris la nature de nos idées, qui regardent d'une même vue les objets semblables, quoique distingués, et pour avoir transporté l'unité, qui est dans l'idée, aux objets qu'elle représente.

Il paraît par la doctrine précédente, que de même qu'il se fait par les précisions une distinction de raison fondée sur quelque distinction réelle, il se fait, dans l'universalité, une espèce d'unité de raison fondée sur la ressemblance, qui donne lieu à l'esprit de concevoir plu-

sieurs choses, par exemple, plusieurs hommes et plusieurs triangles sous une même raison, c'est-à-dire sous celle d'homme et sous celle de triangle. »

THESIS XXXV[a]

Universalia, quibus constituuntur gradus metaphysici, non distinguuntur realiter in eodem individuo (I), sed solummodo ratione cum fundamento in re (II).

Praenotanda

I. Status quaestionis. — Expositum est supra qua ratione aliquid unum possit reperiri in pluribus. Sed specialis oritur difficultas ubi agitur de pluribus notionibus universalibus uni eidemque individuo applicatis.

Quaeritur num respondeat diversa realitas singulis notionibus, an una tantum, quae *tota* licet sub diversis conceptibus *inadaequatis* exhibeatur (1) ? — Problema de universalibus, quod sub hac forma propositum acriter agitatum est in scholis mediaevalibus, vocari solet *problema de gradibus metaphysicis.*

Gradus metaphysici dicuntur attributa quibus aliquod ens per se unum in sua essentia constituitur : vg. *Petrus est homo* — Petro, quatenus est *homo*, haec conveniunt attributa : *substantia*, *corpus*, *vivens*, *sentiens*, *rationale.*

a) ***Gradus*** dicuntur, quia per haec attributa quasi per gradus quosdam fit ascensus inde ab individuo (vg. Petro) usque ad supremum genus (= substantia). Cf. arborem Porphyrianam ; — *b*) ***Metaphysici*** gradus dicuntur, quia mente tantum, datis experientiae innixa, percipi possunt. — Quaeritur quomodo se habeant hujusmodi gradus metaphysici in eodem individuo : vg. quomodo in Petro individuo se habeant primo *animalitas* et *rationalitas* (quibus fit *homo*) et deinde *humanitas* et *Petreitas* (quibus fit *Petrus*).

(1) « La discussion du nominalisme ancien se concentre autour de cette question : est-il vrai qu'il ne peut y avoir plusieurs concepts objectivement différents d'une même chose ? Est-il vrai qu'une distinction logique pour n'être pas trompeuse doit correspondre à une diversité réelle ? » C[al] Mercier, *Op. cit.*, p. 358.

II. Status sententiarum. — Eaedem sunt scholae de quibus jam antea diximus :

1. ***Realistae*** mediaevales contendebant gradus metaphysicos esse realitates distinctas in individuis, etiam independenter a consideratione mentis.

2. ***Anti-realistae*** prioribus contradicebant. — 1) *Nominalistae* docebant hos gradus non esse res sed diversa nomina ejusdem rei : quare inter gradus metaphysicos distinctio est *nominalis* : — 2) *Conceptualistae* vero censebant hos gradus neque esse res neque mera nomina, sed conceptus diversos ejusdem rei : quare inter gradus metaphysicos distinctio est *pure mentalis*.

3. Inter hosce adversarios subtilem locum occupant ***Formalistae***. Hi concedebant quidem gradus metaphysicos non esse res ; sed vehementer contendebant eos esse *formalitates* (= elementa formalia) distinctas independenter a consideratione mentis. Ex. gr., *animalitas* et *rationalitas* in homine non debent dici *res*, quia sunt *inseparabiles* in eodem individuo ; attamen ita sunt distinctae — *et quidem sua ipsarum natura* — ut de una possit aliquid affirmari quod de altera negari debet, et vice versa. Quare inter gradus metaphysicos datur distinctio non realis sed *formalis ex natura rei*.

Haec forma realismi defensores nacta est in schola *Scotistarum*. De mente vero ipsius JOANNIS SCOTI (1266 aut 1274-1308) disputare licet (1).

4. ***Thomistae***, cum DOCTORE ANGELICO, docebant gradus metaphysicos non esse res plures, sed rem unam, quae tamen fundamentum praebeat ut possit pluribus conceptibus inadaequatis apprehendi. Sic *animalitas* et *rationalitas* non sunt duae res *humanitatem* componentes ; humanitas enim in ordine physico est res una et simplex. Haec autem res una et simplex (sc. humanitas) ansam intellectui

1. Voir une défense de DUNS SCOT dans Dr Parthenius MINGES, O. F. M., *Der angebliche exzessive Realismus des Duns Scotus*, coll. BÄUMKER, t. VII, fasc. 1 (Munster 1906).

praebet ut sub duplici nota concipiatur, quarum una se habet ad modum *generis* (= animalitas) et altera ad modum *differentiae* (= rationalitas). Quare inter gradus metaphysicos datur *distinctio rationis cum fundamento in re.* — Aliqui tamen thomistae (vg. P. de MARIA, S. J.) distinctionem aliquam realem propugnant, quae difficile intelligitur.

Nos S. THOMAE adhaeremus.

NOTA. Praesens quaestio, licet connectatur cum problemate metaphysico de *principio individuationis*, non debet cum eo confundi. Cf. SCHIFFINI, *Op. cit.*, t. I, p. 361.

DEMONSTRATIO

Ia PARS : non realiter distinguuntur in individuo.

A. *Contra Realistas.*

Arg. (*ex natura judicii*). — Judicia objective certa pronuntio, in quibus varii gradus metaphysici eidem subjecto individuo tribuuntur per identitatem realem. Atqui quae sunt identica cum uno tertio, ea sunt inter se identica. Ergo varii gradus metaphysici in eodem individuo non realiter distinguuntur inter se, sed sunt eadem res sub diversis conceptibus.

MAJOR probatur :

Dico : *Petrus est homo, Petrus est animal rationale, Petrus est ens subsistens, corporeum, vivens, sentiens, ratione praeditum.* Atqui his in judiciis 1) habetur objectivitas (ubi conditiones adsunt quas enuntiat TH. XIV) ; — 2) praedicata sunt varii gradus metaphysici quibus Petrus in se constituitur ; — 3) haec praedicata tribuuntur Petro per identitatem realem. Ergo.

CONSEQUENTIA explicatur :

Re quidem vera, si vg. *homo* esset aliquid re distinctum a *Petro* (sc. ab *hoc* individuo), sive partialiter sive totaliter, non posset jure dici : *Petrus est homo ;* item si *animal* esset aliquid re distinctum a *Petro* non posset jure dici : *Petrus est animal.* Ergo Petrus, homo, animal, etc. *idem* sunt,

sed illud *idem* exhibent alio modo, i. e. diversis conceptibus inadaequatis. Inadaequatio autem se tenet ex parte *modi* quo res concipitur, non autem ex parte *rei* quae concipitur : nam res semper *tota* concipitur (1).

B. ***Contra Formalistas.***

Arg. I^m (*positivum*). — Non existit distinctio *formalis ex natura rei*, quae sit media inter distinctionem *realem* et distinctionem *virtualem*. — Etenim supponamus *humanitatem individuam*, in qua secundum Scotistas distinguitur formaliter *natura universalis* (specifica) et *singularitas*, vg. humanitas + Petreitas ; humanitas + Pauleitas, etc. Ita arguere licet : humanitas, postquam facta est individua (in Petro vel Paulo), vel manet eadem, vel non. *Si 1^m*, distinctio est *rationis* (sive rationis purae, sive virtualis) ; *si 2^m*, distinctio est *realis*. Ergo non existit distinctio intermedia, quae esset *formalis ex natura rei* (2).

Arg. II^m (*negativum*). — Doctrina Scotistarum fundamento caret. Afferunt scilicet hoc argumentum tanquam praecipuum : « Formalitates quibus praedicata contra-

(1) Cf. REMER, *Summa Prael. phil. schol.*, t. I, p. 117. — C'est en cela que se différencie l'abstraction *totale* de l'abstraction *formelle*. Celle-ci sépare une qualité de son sujet ou substrat ; la qualité séparée n'étant qu'une partie du sujet, ne peut lui être attribuée par identité. Je ne puis pas dire par exemple : *Pierre* est *blancheur*. Au contraire, dans l'abstraction totale j'ai *tout* le sujet, bien que je ne l'*exprime* pas tout entier ; je puis donc dire : Pierre est blanc, comme je puis dire : Pierre est homme. Ce qui est Pierre, ce qui est homme, ce qui est blanc, c'est une même chose, un même sujet. Cf. S. TH., *de Ente et Essentia*, c. III. — NOTA. Il n'est pas ici question, répétons-le, des principes ontologiques qui font que Pierre est substance, corporelle, vivante, etc. Il va de soi que ces principes peuvent être réellement distincts. « De homine praedicatur per identitatem, quod sit substantia *materialis* et *rationalis*, quae proinde praedicata non possunt reipsa distingui nec inter se, nec ab homine. Hoc tamen non impedit, quominus ab homine et inter se distinguantur, distinctione reali saltem inadaequata, principia unde haec praedicata exoriuntur, et sic materialitas oritur ex materia, rationalitas ex forma. » SCHIFFINI, *Op. cit.*, p. 314, n. 361.

(2) Cf. C^al MERCIER, *Op. cit.*, p. 374.

dictoria conveniunt, realiter, qua formalitates, distinguuntur. Atqui ita se habent in homine *animalitas* et *rationalitas* ». Jamvero hujusmodi argumentum non valet.

Etenim :

1° Si quid valeret, distinctionem *realem* probaret, non *formalem ex natura rei* ;

2° Minor argumenti eatenus est vera quatenus *animalitas* et *rationalitas* non concipiuntur *adaequate*. Nimirum nequit humanitas concreta *uno* conceptu a mente humana apprehendi, sed *pluribus*, qui abstractione obtinentur, ideoque inadaequati sunt. Porro hi conceptus inadaequati, licet exhibeant eamdem rem eamque totam, possunt *praecise qua abstracti et inadaequati*, accipere praedicata contradictoria ; at exinde nequaquam probatur distinctio realis inter gradus metaphysicos, sed rationis tantum cum fundamento in re (1).

II^a PARS : Differunt ratione cum fundamento in re.

Nota. Fundamentum ex parte *subjecti* cognoscentis cur res diversis conceptibus apprehendantur est infirmitas intellectus humani, qui non potest unico intuitu totam realitatem comprehendere (2). Sed quaeritur num sit fundamentum in ipsis objectis ; et respondemus affirmative.

---

(1) Id., *ib.*, pp. 375-377.

(2) « Un pouvoir d'intellection capable d'épuiser d'un coup toute la richesse de compréhension d'un être n'aurait pour chaque être intelligé qu'un seul concept ; la distinction et le nombre des concepts répondraient donc exactement, dans cette hypothèse, à la distinction et au nombre des êtres de la nature. Mais ce pouvoir d'intellection n'est pas le nôtre : l'abstraction, qui est la loi de notre pensée, doit décomposer l'objet intelligible en différentes raisons objectives pour nous en permettre ensuite la compréhension totale ; la connaissance adéquate d'une chose n'est donc possible, pour nous, qu'à l'aide de plusieurs analyses suivies d'une synthèse totale de la réalité.

Nous avons ainsi des concepts qui diffèrent les uns des autres par leur contenu respectif et qui tous, cependant, empruntent leur contenu à la même réalité intégrale. En conséquence, la science humaine ne porte pas seulement sur des relations *extrinsèques* d'un concept avec les choses, elle n'a pas pour objet des concepts tout *subjectifs*, simples *signes* d'individualités multiples de la nature, elle nous

Arg. — Gradus metaphysici differunt ratione cum fundamento in re, si vere adest ratio cur res ipsae possint exhiberi pluribus conceptibus inadaequatis. Atqui existit hujusmodi ratio eaque *remota* et *proxima*. Ergo.

A. REMOTA. — Ratio remota est ipsa finitudo naturae creatae, qua fit ut nulla res creata capax sit totam amplitudinem τοῦ *esse* in se complectendi. Perfectio vero τοῦ *esse* ita in creaturis distributa est ut superiores habeant id quod habent inferiores et aliquid ulterius. « Planta, e. g. habet perfectionem mineralium et insuper perfectiones vitae vegetativae ; animal vero his essendi rationibus aliam perfectionem adjectam habet, perfectionem sc. vitae sensitivae ; homo denique in se continet perfectiones omnes vitae vegetativae, sensitivae, rationalis. Ita fit ut in ipsis rebus intellectus rationem inveniat, propter quam unam perfectionem sibi repraesentare possit sine alia, et consequenter *quidditatem* rerum, sine notis individuantibus (fundamentum objectivum universalitatis) ; ita etiam fit, ut in ipsis rebus rationem detegat propter quam de re physice una (vg. homine) quatuor vg. conceptus sibi efformare possit, quorum rationes objectivae apparent ut genera, species, differentia specifica (corpus, vivens, sentiens, rationale) : aliud ut perfectibile et in potentia (genus) aliud (differentia specifica) ut determinans et perficiens (fundamentum universalitatis reflexae ut talis) (1). »

B. PROXIMA. — Ratio proxima est *similitudo* et *dissimilitudo* quae exsurgit in rebus ex eo quod aliae aliis quasi superponuntur. Ex. gr., planta aliquid commune habet

---

représente, d'abord, diverses *raisons objectives abstraites* des individualités de la nature ; puis, elle nous les fait voir fusionnées en un même objet total et arrive ainsi, en fin de compte, laborieusement mais sûrement, à une expression fidèle de la réalité. Ce double travail d'analyse et de synthèse, nécessaire à la pensée humaine, a fait donner au jugement la dénomination complexe de « compositio et divisio », composition et division. » Cal MERCIER, *Op. cit.*, pp. 358-359.

(1) S. REINSTADLER, *Elem. phil. schol.*[4], t. I, pp. 189-190.

cum mineralibus (sc. substantia corporea = *genus*) et aliquid dissimile (sc. organica = *differentia specifica*) ; item homo sua humanitate convenit cum brutis (= *animalitas*) et differt a brutis (= *rationalitas*) (2).

Corollaria

I^m. ***De Abstractione totali.*** — Ex thesi intelligitur quantum adsit discriminis inter abstractionem scholasticam et abstractionem modernorum. Apud modernos, abstractio, ut diximus in TH. XXXI, est dissociatio quaedam notarum quibus aliquis complexus sensibilis constituitur ; hinc pars nequit praedicari de toto nisi ob relationem aliquam extrinsecam. Apud scholasticos vero, abstractio qua formatur *universale directum* (seu natura absolute spectata) et quae dicitur « praecisiva totalis », non fit separando partem a parte sed apprehendendo essentiam (*naturam, formam, quidditatem, quod quid est*) sine individuatione, « sicut forma circuli abstrahitur per intellectum ab omni materia sensibili. » S. TH., I, 40. 3. Ad hanc abstractionem efficiendam non requiritur ut natura singularis constet ex natura communi et notis individuantibus realiter ab ea distinctis ; sufficit ut natura possit seorsim considerari.

Ex dictis etiam intelligitur quomodo, apprehensa natura quae est *in individuis*, ipsa individua apprehendantur : natura siquidem et singularitas non re sed ratione tantum differunt.

II^m. ***De « fragmentatione » conceptuali.*** — Aliqua « fragmentatio » est procul dubio concedenda, quae, ut dictum est, ex infirmitate vel angustiis mentis humanae provenit. Sed 1) haec « fragmentatio » se tenet ex parte *modi* quo res concipitur, non ex parte *rei* quae concipitur ; — 2) haec « fragmentatio » non tantum non tribuitur ipsis rebus singularibus sed de eis *expresse* negatur ; — 3) tandem, in judicio res conceptibus divisa iterum, quasi novo conceptu

(2) Cf. HUGON, *La lumière et la foi*, c. III.

integrali, ad unitatem identitatis reducitur. Inde apparet in conceptu nihil falsitatis inesse : falsitas enim sicut veritas ibi tantum existere potest ubi fit *compositio* aut *divisio* (1).

Difficultates.

Animalitas et rationalitas realiter distinguuntur in eodem individuo. Nam : 1° *animal* non includit *rationale ;* — 2° animal non est animal, quia rationale ; — 3° homo sua animalitate convenit cum equo, sua rationalitate differt ab equo ; — 4° animal supponitur rationalitati et ab ea perficitur ; — 5° dici nequit : in homine rationalitas est animalitas.

R. *Ad* 1 : D. conceptus genericus animalis, c. ; animal physicum, sd. animal brutum, c. ; animal humanum, n.

Ad 2 : D. animal non est animal abstracte sumptum (ut genus) aut animal brutum, quia est rationale, c. ; non est animal humanum (sc. homo) quia est rationale, n.

Ad 3 : D. homo sua humanitate *inadaequate* sumpta,

---

(1) Nous avons cité plus haut le Cal Mercier. Voici Mgr Sentroul, un disciple, qui, comme le maître, s'inspire de saint Thomas. « Un jugement nous montre une chose dédoublée dont il rétablit l'unité ; c'est comme la vue stéréoscopique des objets. Saint Thomas se demandant : « An possumus multa simul intelligere ? » répond : « Non potest intellectus humanus multa per modum multorum intelligere, sed per modum unius, scilicet per unam speciem. » (*S. th.*, I, 85, 4)... Et plus loin (art. 5) : « Compositio intellectus est signum *identitatis* eorum quae componuntur. Non enim intellectus sic componit ut dicat quod homo est albedo, sed dicit quod homo est albus, i. e. habens albedinem. Idem autem est subjecto quod est homo et quod est habens albedinem. »

« Que conclure de là ? Fût-il la conclusion de toute une série de syllogismes, le jugement... ne constitue qu'un concept plus compréhensif d'une chose unique formellement considérée comme telle. Saint Thomas dit : « Discursus rationis semper incipit ab intellectu et terminatur ad intellectum ». *Vrai Thomisme contre vrai Kantisme*, *Rev. néo-scol.*, 1906, p. 178. — Ces quelques remarques fournissent les éléments essentiels de la réponse à opposer au « morcelage » du concept, tant exploité par la « philosophie nouvelle. »

quatenus *animalis* est, convenit cum equo, et eadem humanitate item *inadaequate* sumpta, quatenus *rationalis* est, differt ab equo, c. ; sua humanitate, quatenus contineret duas formalitates realiter distinctas, n.

Ad 4 : D. logice et quoad modum nostrum concipiendi, c. ; realiter et independenter ab intellectu nostro, n.

Ad 5 : D. si intelligitur identitas realis et concreta, n. ; si intelligitur identitas conceptualis, c. In sermone quotidiano, cum de rebus loquamur prout subsunt nostris conceptibus, clarum est formulam : « rationalitas est animalitas » esse absonam ; sed ea non amplius male sonat ubi quaestio de distinctione *philosophice* tractatur.

Sommaire général. — Distinguons les faits, les problèmes, les solutions :

Faits. — 1. *Nous disons — c'est un fait — : « Pierre est homme, Paul est homme, Jean est homme. » Je soumets ce fait à l'analyse. Je trouve* 1) *un* seul *prédicat* (homme) *affirmé de trois sujets distincts ;* 2) *ce prédicat n'est pas seulement* un *dans ma pensée et dans le mot qui l'exprime, il est* un *encore dans l'application que j'en fais aux divers sujets : c'est-à-dire que je l'attribue dans exactement le même sens ;* 3) *en disant : « Pierre est homme », j'entends qu'il est une* substance corporelle, douée de vie, de sensibilité et de raison.

2. *Nous pensons ce que nous disons — c'est encore un fait. En disant : « Pierre est homme, Paul est homme, Jean est homme », nous pensons dire la* même chose *de chacun ; nous pensons qu'ils sont vraiment trois à posséder la* même humanité. *Nous avons conscience que, si nous disons des trois : ils sont hommes, c'est que nous voyons l'humanité réalisée pareillement en chacun des trois.*

Problèmes. — *L'étonnement qui, là comme partout, engendre les problèmes, peut revêtir plusieurs formes.*

1. A toutes les époques de la philosophie, *il s'est exprimé de la manière générale que voici : comment est-il possible qu'une même entité soit une et multiple ? qu'elle soit la même et cependant diverse ? Comment comprendre que l'*humanité *puisse, en restant identique à elle-même, se communiquer à divers sujets de façon à constituer plusieurs hommes ?*

Voici, en effet, le dilemme : ou mon concept est correct, et la réalité conçue est une *comme il est* un *— mais alors comment les êtres sont-ils* plusieurs ? (= *problème ontologique de l'un et du multiple*) ; *ou les êtres sont plusieurs — mais alors comment se fait-il que je puisse m'en former un concept unique ?* (= *problème psychologique*) ; *ensuite, comment se fait-il que ce concept unique de plusieurs êtres puisse être*

correct ? comment n'est-il pas une déformation du réel ? = *problème logique*).

2. Au moyen âge, *le problème des Universaux est suspendu à un passage de l'*Isagoge *de* Porphyre. *Il ne s'agit pas précisément de savoir si les notions universelles sont objectives, mais plutôt comment se comportent entre elles les réalités objectives signifiées par les notions. L'on se dispute sur les* genres *et les* espèces, *sur les* différences spécifiques, *les* propres *et les* accidents. *Quand je dis :* Pierre est une substance corporelle, douée de vie, de sensibilité et de raison, *que sont tous ces prédicats que j'attribue à Pierre ? Des noms ? des concepts ? des choses ?* (= *problème des degrés métaphysiques*).

Solutions. — I°. Le Réalisme. — « *Pierre est homme, Paul est homme, Jean est homme.* — *Pierre est homme, i. e. substance corporelle, douée de vie, de sensibilité et de raison.* »

a) Le mot *est le même* (homme), *le* concept *est le même, la* réalité *répondant au concept doit être la même. C'est, par conséquent, la même humanité qui est en Pierre, Paul et Jean : ils sont hommes au même titre et de la même façon. Cependant ils sont hommes, au pluriel, i. e. ils sont trois hommes : il faut donc qu'ils diffèrent l'un de l'autre. Or, ils diffèrent par l'individualité. Cette individualité n'affecte pas intrinsèquement l'humanité qui est commune aux trois : elle ne l'affecte qu'accidentellement, pour ainsi dire, et par le dehors. Si l'humanité commune est dite exister en dehors des individus et de Dieu, nous avons le* Platonisme ; *si elle est en Dieu, nous avons l'*Ontologisme, *si elle est immanente aux individus, nous avons le* Réalisme moniste.

b) Pierre est homme. *Il est donc composé d'autant de réalités que j'en conçois pour avoir le prédicat* homme.

II°. L'Anti-réalisme. — 1° Le nominalisme : *le mot* homme *est le même, mais il est appliqué à des sujets* (*Pierre, Paul, Jean*) *que je vois différents : la réalité signifiée par le mot* homme *est donc totalement différente dans chacun des trois sujets. Le mot est un, la réalité est diverse : la nature est peuplée de singuliers.* il n'y a que les mots qui soient universels. *Mais si l'unité du mot n'implique pas l'unité dans les choses : inversement, la multiplicité des mots n'implique pas, non plus, la multiplicité des choses. Pierre est* un, *malgré tous les noms dont je puis le désigner.*

2° Le Conceptualisme : *le mot* homme *est le même, la* réalité conçue *mentalement et signifiée par le mot est aussi la même. Mais la réalité extra-mentale, celle qui se trouve dans les individus, n'est pas la même. L'homme qui est Pierre n'est pas le même qui est Paul, ni le même qui est Jean : j'ai beau prononcer le même mot et dire d'eux la même chose, ils ne sont pas la même chose. Bref, ce que mon esprit conçoit est conçu comme commun à plusieurs ; mais en réalité rien n'est commun à plusieurs. La nature est peuplée de singuliers,* il n'y a que les concepts qui

aient universels. L'accroissement la pluralité des concepts n'est pas un garant de la pluralité des choses.

III° Le Semi-réalisme. — *Le mot homme est le même, le concept est le même, la réalité répondant au concept est en partie la même et en partie différente. Ce qui est conçu se trouve en plusieurs individus, mais il ne s'y trouve pas exactement en la manière dont il est conçu. L'universalité est ici logique, ne ontologique.*

La réalité attribuée dans le même sens à plusieurs sujets (= natura absolute spectata : universale directum) s'y trouve certes en fait quant à ses éléments positifs. Mais elle s'y trouve mêlée et même physiquement identifiée avec les éléments constitutifs des individus, et, par conséquent, elle ne s'y trouve pas à l'état absolu, telle que l'esprit la conçoit par abstraction.

La réalité absolue, en tant qu'absolue, c'est-à-dire en tant qu'abstraite, donc indifférenciée et universelle (= natura prout concepta : universale reflexum) n'existe pas dans les individus. Cependant l'esprit trouve dans les individus une raison (= similitude, ressemblance), de représenter ce qui est multiple, individué, différencié, par un concept un et absolu, et, par conséquent, d'attribuer aux individus une réalité une et absolue (= universale in repraesentando et in essendo).

ART. II

De Judiciis Immediatis.

Ex datis sensuum (experientia interna et externa) — de quibus in CC. I et II —, per abstractionem intellectus spontaneam, apprehenduntur naturae quaedam absolutae, quae sunt vel notiones *transcendentales* : ens, unum, bonum, etc., vel notiones *praedicamentales* : substantia, quantitas, qualitas, relatio, locus, tempus, etc. De notionibus ita obtentis duplicis generis judicia formari possunt, alia ***analytica***, alia ***synthetica***.

1. Nimirum potest mens naturas absolutas, per reflexionem ontologicam, analysi subjicere : sic, nulla interveniente experientia, innotescunt notae quaedam tanquam naturae ita inspectae essentiales, sive ut elementa intrinseca, sive ut proprietates necessariae. Vg. considerata natura trianguli, video esse proprium circulo ut habeat angulos suos aequales duobus rectis. Judicia hoc modo formata vocantur *analytica*. — 2. Potest etiam mens naturas absolutas videre actu existentes in aliquo subjecto con-

creto experientia apprehenso ; porro in natura sic existenti, adhibita methodo inductionis, possunt detegi notae essentiales quae analysi ideali prius facta non innotuerant. Judicia hoc modo formata vocantur *synthetica*.

In his judiciis, id quod dicitur analysi aut synthesi repertum, non est (saltem non necessario) praedicatum ut est notio aliqua separata, sed praedicatum formaliter qua tale, seu nexus alicujus notae cum subjecto. Agemus primo de judiciis analyticis, postea de syntheticis.

THESIS XXXVI[a]

Per analysim idearum obtineri possunt judicia analytica immediata (I), quae sunt objective certa (II).

Praenotanda

I. **Notiones.** — A. ***De judiciis analyticis.*** — « Analyticum » in philosophia critica opponitur « synthetico ».

1. Judicium est ***analyticum***, quando praedicatum tribuitur subjecto ex sola analysi subjecti vel praedicati : vg, *totum est majus sua parte* ; $2 + 2 = 4$, etc. Judicium analyticum dicitur etiam : *a*) *necessarium* (vel in materia necessaria), quia praedicatum enuntiat notas quae vel constituunt essentiam subjecti vel ex essentia primario fluunt ; — *b*) *a priori*, quia nexus praedicati cum subjecto se prodit menti absque experientia sensibili, siquidem convenientia terminorum adest independenter ab eorum actuali existentia. Dicitur quoque *metaphysicum*, *rationale*, etc.

Nota. In sermone scholastico, propositio judicium metaphysice necessarium exprimens dici solet « immediate nota » vel « per se nota. » *Stricto sensu*, propositio « per se nota » ea est cujus veritas immediate nobis manifesta est ; sed *latiori sensu* vocatur propositio « per se nota » ea quae talis est ut, spectatis objectis quae terminis significantur, possit ejus veritas immediate patere. In primo casu, propositio dicitur « *per se nota quoad nos* », in secundo « *per se nota quoad se* ». Ulterius distinguitur duplex propositio « nota quoad nos » : aliae sunt per se notae *solis doctis*, eo quod indocti terminos propositionis vix intelligunt ; aliae sunt per se notae *omnibus*, quia nemo terminos ignorare potest. Posteriores vocantur « *axio-*

mata » vel « *dignitatis* », et sunt demonstrationis principia simpliciter prima (1).

2. Judicium est ***syntheticum***, quando convenientia praedicati cum subjecto ex analysi terminorum non innotescit, sed solummodo ex experientia, sive interna (vg. *doleo*, *esurio*, etc.), sive externa (vg. *pluit*, *nix est frigida*, etc.). Judicium syntheticum dicitur etiam : — *a*) *contingens* (vel in materia contingenti), quia praedicatum notas enuntiat quae vel non pertinent ad essentiam subjecti vel ad eam pertinere non cognoscuntur ante experientiam ; — *b*) *a posteriori*, quia nexus praedicati cum subjecto non potest patere nisi post experientiam. Ideoque vocatur etiam judicium istud *experimentale*, *empiricum*, *physicum*.

B. ***De judiciis immediatis.*** — « Immediatum » in philosophia critica opponitur « mediato ».

1. Judicium est ***immediatum*** quando convenientia praedicati cum subjecto innotescit absque auxilio medii termini, vel medii extranei. *Immediate* igitur non significat *statim*. — Judicium est ***mediatum***, si obtentum est cum auxilio termini medii ; et proinde judicium mediatum est conclusio syllogismi.

2. Judicia analytica et synthetica possunt esse tum immediata tum mediata : — *a*) Judicium *analyticum* est immediatum, si sufficit inspectio terminorum ut appareat praedicatum in subjecto contineri ; est mediatum, si requiritur tertius terminus ; — *b*) Judicium *syntheticum* est immediatum, si ex sola experientia constat praedicatum convenire subjecto, vg. *cogito*, *volo*, *doleo*, etc. ; est mediatum, si requiritur ratiocinium, vg. *corpora coelestia sunt gravia*, etc.

II. **Status quaestionis.** — Distinguendae sunt quaestiones primo de *existentia*, secundo de *origine*, tertio de *valore* judiciorum analyticorum et praesertim primorum principiorum.

---

(1) Cf. C^al^ Mercier, *Crit., gén.*, p. 117 note ; P. de Backer, *Theol. Natur.*, p. 16.

1° ***De existentia.*** — Existere judicia quaedam maxime generalia et necessaria nemo negat : ita sunt, ut plurimum, prima principia in omnibus scientiis ; imo quaedam scientiae, sc. rationales, talibus judiciis omnino constant. Sed dissensio incipit ubi agitur de *indole* universalitatis quae his judiciis competit : num sc. objectiva sit an subjectiva. Quae dissensio dirimitur attenta horum principiorum origine.

2° ***De origine.*** — De modo quo formantur prima judicia seu principia disputant inter se : *a*) *Empiristae* (sensationistae, associationistae, etc.) qui docent judicia (sc. syntheses repraesentationum) oriri in nobis vi sensationum se mutuo appellantium secundum leges psychologicas associationis, quibus addidit H. SPENCER leges hereditatis. Ita HOBBES, LOCKE, HUME, CONDILLAC, LAROMIGUIÈRE, TAINE, STUART MILL, H. SPENCER, Alex. BAIN, etc. — *b*) *Rationalistae* (lato vel stricto sensu « innéistae ») qui docent oriri in nobis judicia prima vi analysis idearum ab experientia sensibili independentium. Ita licet diverso modo DESCARTES, LEIBNIZ, WOLFF, etc. — *c*) *Empirico-rationalistae*, qui docent oriri in nobis judicia prima per analysim notionum ex datis sensibilibus abstractarum. Ita schola peripatetica, inde a Stagyrita usque ad nostros dies.

3° ***De valore.*** — Qui putant judicia prima esse mere empirica, ii eorum valorem ad ordinem empiricum restringunt. KANT tenet quidem judicia analytica esse stricte universalia ; sed ea vocat « declarativa » et « tautologica », eo quod censet in hujusmodi judiciis praedicatum non esse aliud quam repetitionem clariorem subjecti. Alii, hac in re sicut in aliis rebus, ad instinctum quemdam caecum appellant, aut ad fidem aliquam invincibilem.

Nos, e contra, docemus : 1) per analysim notionum obtineri judicia analytica stricte talia : — 2) horum judiciorum certitudinem posse coram ratione reflectente justificari.

III. **Delimitatio thesis.** — 1. Agitur de judiciis *analyticis immediatis*. De syntheticis immediatis, prout facta

referunt conscientiae praesentia, dictum est in C. I. hujus 2ae PARTIS.

2. Thesis non est nova : *prima* pars ejus exposita est in TH. II 1ae PARTIS Criteriologiae ; *secunda* pars vero in TH. XIII, ubi de objectivitate judiciorum ordinis idealis tractavimus. Attamen breviter hic sunt recolendae, ut appareat eorum locus in scientia humana constituenda.

DEMONSTRATIO

Ia PARS : Existunt judicia immediata.

Arg. Im (*ex analysi introspectiva*). — Reflexione attente instituta, possumus ipsi apprehendere modum quo formantur in nobis syntheses logicae inter subjecta et praedicata. Cf. TH. II. Porro conscii quandoque sumus conjungi a nobis praedicatum cum subjecto non ob experientiam (internam aut externam) nec ob testimonium alienum, sed ob eam unice rationem quia, inspectis terminis, videmus praedicatum vel contineri in subjecto vel ab eo postulari. Ex. gr. *Id quod est, est* ; *idem nequit simul esse et non esse* ; *inter esse et non esse non datur medium* ; *totum est majus sua parte* ; $2 + 2 = 4$, etc.

Arg. IIm (*ex proprietatibus horum judiciorum*). — Principia sic dicta analytica (et quae pro Positivistis experimentalia sunt) habentur ab omnibus tanquam absolute universalia atque necessaria. Atqui *a*) isti characteres nullo modo possunt explicari per experientiam, etiam adductis legibus associationis et atavismi : nam experientia ostendit id quod est hic et nunc, non quod est ubique et semper ; experientia ostendit id quod est, non quod necesse est esse, etc. ; — *b*) optime explicantur, e contra, si praedicatum desumptum est ex analysi subjecti : subjectum enim, utpote natura quaedam absoluta, est abstractum et proinde universale, saltem proxime ; omnia igitur elementa ad illud pertinentia pariter absoluta et proinde universalia et necessaria sunt. Cf. exempla superius data.

IIa PARS : Sunt objective certa.

Arg. (*ex charactere analytico synthesis judicialis*). — Judicia analytica immediata (utpote ordinis idealis) dicenda sunt objective certa, si synthesis inter subjectum et praedicatum asseritur ob motivum objectivum, i. e. a mente judicante independens (sc. non requiritur ut subjectum et praedicatum existant in ordine reali) — in hoc enim consistit objectivitas in judiciis ordinis idealis. Atqui ita se res habet. Ergo.

Minor :

In judiciis analyticis immediatis, *lex judicandi*, seu ratio conjungendi praedicatum cum subjecto, non provenit a mente mea, nec a consuetudine nec ab ulla vi caeca sed a natura ipsa terminorum, menti praesentium. Nimirum, analysi instituta terminorum, constat in subjecto contineri praedicatum, vel ut elementum ejus essentiale vel ut proprietas ab eo necessario fluens. Aliis verbis : subjectum et praedicatum ita apparent inter se conjuncta ut negatio unius sit negatio alterius, et vice versa. Ex. gr. si *totum* non esset majus sua parte, non esset totum ; si *triangulus* non haberet suos angulos aequales duobus rectis, non esset triangulus, etc.

Hinc judicia analytica immediata sunt absolute necessaria et universalia : siquidem nituntur in principio identitatis et ab eo vim suam ultimo derivant (1).

---

(1) « Intellectus semper est rectus secundum quod intellectus est principiorum, circa quae non decipitur ex eadem causa qua non decipitur circa *quod quid est* (= quidditas). Nam principia per se nota sunt illa quae statim intellectis terminis cognoscuntur, ex eo quod praedicatum ponitur in definitione subjecti. » S. Th., I, 17. 3 ad 2. « Proprium horum principiorum (sc. primorum) est quod non solum necesse est ea vera per se esse, sed etiam necesse est videri quod sunt per se vera. » Id., in *Anal. Post.* I, lect. 19. « Intellectus naturaliter et ex necessitate inhaeret primis principiis. » Id., I, 82. 2.

Corollaria

I^m. ***Ex thesi intelligitur falsitas :*** *a*) Doctrinae CARTESII secundum quam Deus, utpote liberrimus, nulli necessitati logicae subditur, et proinde efficere potuisset ut 2 + 3 essent 4 vel 6 non secus ac 5 (1); item doctrinae philosophi helvetae Ch. SECRÉTAN, qui hac in re Cartesio adhaeret (2); — *b*) Doctrinae Fr. SUAREZ, secundum quem principium identitatis comparatae (*quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se*) est principium empiricum quod ad Deum applicare non licet (3); — *c*) Doctrinae J. STUART MILL et aliorum secundum quos judicia mathematica sunt mere empirica, et proinde valoris contingentis (4).

II^m. — In judiciis analyticis proferendis, quae prima principia dicuntur, homo aliquatenus particeps est divinae infallibilitatis. Etenim, ut recte advertit P. LIBERATORE (5), ad cognoscenda prima principia homo non fertur propria vi et industria, sed impulsu ipsius naturae. Cf. TH. IV. Inde est quod haec principia saepe dicuntur *innata ;* sc. eorum cognitio non procuratur a nobis volentibus, sed sponte innascitur in animo. In his principiis admittendis homines sunt sibi aequales, licet alii possint ea enucleatius explicare quam alii. — Attamen non recte loquuntur ii qui dicunt ea principia *credi*. Ea enim *creduntur* quae

---

(1) Voir *Réponses aux sixièmes objections* (éd. Cousin, t. II, p. 353). — « Il y a dans ce point de vue une étrange confusion ; nier que 2 × 4 fassent nécessairement 8, c'est encore une fois nier le principe d'identité ; c'est dire que Dieu peut se nier lui-même comme être, en réalisant des contradictions ». M. BALTHASAR, *Rev. néo-scol.*, 1907, p. 474.

(2) *La Philosophie de la liberté*, leçon I, pp. 16-17. — Cf. C^al MERCIER, *Métaphysique générale* ^4, p. 53.

(3) Cf. C^al BILLOT, *De Deo trino* ^4, p. 405.

(4) « Mill's contention that even arithmetical truths are contingent, and that in some other universe 2 + 2 might not equal 4, can now be shown to be utterly devoid of any meaning. » Morris R. COHEN, *Journal of Philosophy*... 1911, p. 354.

(5) *Institutiones Philosophicae* (éd. 1889), t. I, p. 149.

obscura sunt ; haec vero principia sunt maxime evidentia. Quodsi demonstrari nequeunt, id non ex defectu claritatis provenit sed ex nimia claritate. Hoc sensu Deus nihil potest sibi demonstrare.

Scholia

I^m. — *De partibus experientiae in formandis judiciis analyticis.* — Experientia suppeditat notiones, earumque synthesim concretam ostendit ; sed necessitatem absolutam et rationem internam hujus synthesis *solus intellectus* percipere potest. « Etiamsi veritas principiorum ex analysi notionum reperiatur idque facile, tamen scholastici affirmant, ad evidentem cognitionem eorum, si maxime obvia excipiantur, praecedere debere *experientiam* de uno alterove individuo vel casu particulari, non quidem tanquam adaequatum motivum affirmationis, sed ut notiones clare perspiciantur, itaque « ut intellectus manuducatur ad intelligendas exacte rationes terminorum, quibus intellectis ipse videt clare immediatam connexionem eorum inter se, quae est unica ratio assentiendi illis (1). » Hinc etiam ad intelligenda principia geometrica, figurae oculis subjiciuntur » (2).

II^m. — *Utrum judicia analytica tautologiam* ($A = A$) *contineant ?* — Haec contra E. KANT sunt tenenda : 1. Subjectum et praedicatum in judiciis analyticis non sunt conceptus *formaliter* identici, et ex hac parte praedicatum aliquid subjecto superaddit ; — 2. Comprehensio subjecti in simplici apprehensione plerumque confusa est ; analysi autem fit distincta ; — 3. Ipsa comparatione subjecti cum praedicato novi aspectus vel novae relationes et proprietates terminorum innotescunt ; — 4. Caeterum vix est ullus philosophus qui doceat Mathesim esse mere tautologicam ; immo neque KANT id docuit, sed propterea judicia mathematica decrevit esse synthetica a priori.

---

(1) SUAREZ, *Disp. Met.*, I, 6.

(2) DONAT, *Critica*, p. 119, n. 190. — Cf. C^al MERCIER, *Crit. gén.*, p. 307 ; REMER, *Prael. phil. schol.*, I, p. 187.

Difficultates.

1. Principia analytica sunt fabricamentum mentis, non secus ac termini quibus constant. — 2. Recte dici possunt *leges* cogitandi, sed nequaquam sunt *leges essendi* seu *leges rerum.* — 3. Haec principia facile explicari possunt per solam experientiam sive sensibilem stricto sensu sive imaginatam. — 4. Universalitas horum principiorum nihil est aliud quam impossibilitas aliter (i. e. contrarium) cogitandi. Atqui haec impossibilitas est mere subjectiva. — 5. Ex eo quod res aliqua nequit concipi nondum sequitur eam esse impossibilem ; vg. antiqui non poterant concipere antipodes, attamen nulla est impossibilitas antipodum. Respondent his difficultatibus Cl^is^ MERCIER, *Crit. gén.*, pp. 299 sqq. ; Cl. PIAT, *La vie de l'intelligence, Rev. néo-scol.*, 1910.

Sommaire. — Des idées générales, obtenues par abstraction des données sensibles, l'esprit passe aux jugements. Les premiers jugements sont analytiques : ils surgissent de la considération de l'être : l'être est ; il est impossible que l'être ne soit pas ; entre être et n'être pas, il ne se rencontre pas de milieu. *Ces jugements sont appelés « premiers principes » : ils sont premiers en âge et en importance ; ils précèdent les autres jugements et ils les conditionnent. Les jugements analytiques, qu'ils soient ou non premiers, qu'ils naissent de notions primaires ou de notions secondaires, ont ceci de particulier que le rapport entre le sujet et l'attribut y est affirmé indépendamment de l'expérience, et parce qu'il a été trouvé par la seule analyse des termes en présence. Par le fait, ces jugements sont nécessaires et universels. Nous pensons qu'ils expriment non pas seulement les* lois de l'esprit, *mais les* lois des choses.

Nous avons raison. Mais, dira-t-on, toutes ces propositions analytiques supposent le principe de contradiction ; or, qui m'assure que le principe de contradiction est objectif, vrai, disant ce qui est *et non* ce qui me semble ? *On croit cela ; on ne le prouve pas ; on prétend même que cela ne se prouve pas, que c'est indémontrable. Alors, c'est par instinct, par une contrainte subjective que je dis* $1 = 1$; *c'est parce que je ne puis faire autrement, parce que le contraire m'est impensable* ?

Le principe d'identité $1 = 1$ *ne se prouve pas, non point à cause que son obscurité s'y oppose, mais tout au contraire parce qu'il est trop clair pour être démontré. Les Scolastiques, après Aristote mais sans*

qu'ils aient eu besoin pour cela d'Aristote, tenaient le principe de contradiction pour le premier de tous les principes : premier par l'importance et premier pour la clarté. Si 1 *n'est pas* égal à 1, *il s'ensuit qu'il est* égal à 2 *ou* à 3, *etc. Mais qui ne voit que c'est à la fois poser* 1 *et ne pas le poser ? C'est avoir devant soi* 1 *et le supprimer : car* 1 *est* 1 *ou n'est rien du tout.* 1 *n'est pas* 2, *car* 2 = 1 + 1 ; *or, il est évident que* 1 *n'est pas* 1 + 1, *mais seulement* 1.

Que 1 *soit* égal à 1, *cela n'est pas uniquement une loi de mon esprit, trop borné pour voir autre chose que* 1 = 1. *Il ne faut pas s'imaginer, comme Descartes, que Dieu ou un esprit d'essence supérieure pourrait voir que* 1 *est autre chose que* 1. *Quand je dis* 1 = 1, *la loi de mon jugement n'est pas en moi, dans mon idiosyncratie de race ou d'individu ; elle n'est pas non plus dans la partie souterraine de ma conscience, là où il fait psychologiquement noir — tout cela, ce sont des rêves ; mais elle est, cette loi de mon jugement, dans les éléments mêmes qui sont donnés à mon esprit, dans les termes du jugement* 1 = 1. *Ces éléments, ces termes sont ce qu'ils sont, sans moi ; je n'en puis pas faire ce que je veux, je suis obligé de les unir ou de les désunir, suivant qu'ils sont entre eux compatibles ou incompatibles. Je ne leur impose pas* ma *loi ils m'imposent* la leur.

Et il en va de même de tous les principes analytiques : car tous doivent pouvoir se ramener en définitive à 1 = 1. *Ces principes sont donc objectifs, d'une objectivité idéale mais absolue.*

ART. III

De judiciis mediatis deductione obtentis.

Crebro accidit ut nexus inter duas ideas objectivas ex ipsa utriusque analysi non immediate innotescat. Tum mens, duce natura, confugere solet ad tertiam aliquam ideam, quacum duae priores successive comparantur; tertia idea vocatur « medius terminus ». Propositio sive affirmativa sive negativa ex hac comparatione resultans dicitur « per aliud nota », et processus quo obtinetur variis nominibus solet appellari : *ratiocinium, deductio, discursus.*

Mens humana, quatenus quiddítates rerum abstrahit et de eis immediate judicat, vocatur a Scholasticis « intellectus »; quatenus vero ex una ad aliam per medium terminum discurrit, vocatur « ratio ». Complexus autem propositionum ratiocinando obtentarum dicitur « scientia ». De hac posteriori operatione mentis, quae in homine perfec-

tionem simul et imperfectionem arguit, nunc quaerendum venit quid valeat, et utrum aliquid novi nos docere possit.

THESIS XXXIIIa

Judicia deductione obtenta, quotiescumque praemissae verae sunt et leges syllogismi observatae, sunt objective certa (I) et aliquid novi docere possunt (II).

Auctores

Cfr. MERCIER, *Logique* [4], pp. 176-195; — É. RABIER, *Logique*, pp. 75-85 ; *Psychologie*, c. XXV, pp. 324 sqq ; — R. P. FOLGHERA, O. P., *Le Syllogisme : Stuart Mill et M. Rabier*, *Rev. Thomiste*, 1897, pp. 371 sqq ; P. ÉLIADE, *Quomodo fiat syllogismus quidque valeat* (Leroux 1898), etc.

Praenotanda

I. **Notiones.** — A. ***De Ratiocinio.*** — Ratiocinium, in genere, est transitus a noto ad ignotum, vel ex propositionibus datis ad propositionem novam.

a) Spectato *termino* ad quem devenitur, ratiocinium est *deductivum*, si transitus fit ab universali propositione ad particularem ; — est *inductivum*, si a propositione particulari ad universalem.

b) Spectatis *praemissis*, ratiocinium est *purum*, si utraque praemissa est analytica ; — *empiricum*, si utraque est synthetica ; — *mixtum*, si una est analytica et altera synthetica.

c) Spectata *evidentia*, propositiones per ratiocinium obtentae, dicuntur *mediate evidentes :* nam si propositio indigeat discursu ut ejus veritas pateat, ea *per se* seu *immediate* evidens non est, sed *per aliud* seu *mediate*.

B. ***De Syllogismo.*** — Syllogismus est perfectior forma ratiocinii deductivi. Definitur ab ARISTOTELE : «*argumentatio in qua, positis duabus propositionibus, necesse est tertiam poni ex eo solo quod duae priores fuerunt positae.* »

Necesse est tertiam poni... Haec necessitas, vel impossi-

bilitas negandi conclusionem post concessas praemissas, est *logica* simul et *psychologica*.

a) *Logica :* hoc scilicet est proprium formae syllogismi « ut *vi praemissarum* conclusio *necessario* sequatur, quatenus *unica et tota* ratio cur ipsa admittenda sit, reperiatur in praemissis, ex quibus ea deducitur (1). » Quandocumque conclusio non necessario fluit ex praemissis, non habetur proprie dictus syllogismus : nam deficit id sine quo natura syllogismi adesse non potest, sc. nexus, vel « consequentia (2). »

b) *Psychologica :* nempe syllogismus, per se, tollit libertatem assensus : « facit scire », i. e. producit scientiam, quae eo differt a fide quod non indiget directo influxu voluntatis.

C. ***De elementis syllogismi essentialibus.*** — Syllogismus *essentialiter* continet tres terminos (= *materia remota*) in tribus propositionibus (= *materia proxima*) ita dispositas ut tertia propositio necessario sequatur ex prioribus. In prima praemissa, fit comparatio termini extremi majoris cum medio, et exprimitur eorum identitas (= *propositio affirmativa*) vel non-identitas (= *propositio negativa*). In secunda praemissa, comparatur minor extremus cum eodem medio. In conclusione, exprimitur identitas vel non-identitas extremorum, prout inventi sunt identici aut non identici cum medio termino, conformiter ad principium identitatis comparatae : *Quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se.*

Exinde elucet in syllogismo contineri expressionem aliquam principii contradictionis. Tanquam principium directivum syllogismi citari quidem solet : *Dictum de omni, dictum de nullo*, sc. *quod affirmatur de omnibus, de singulis affirmari debet ; et quod negatur de omnibus, debet de singulis negari ;* sed principium illud non est aliud quam prin-

(1) Nic. Monaco, S. J., *Prael. logicae dialecticae et Critices* (Prati 1910), p. 176.

(2) Cf. Arist., I *Top.* c. 1 (éd. Didot, t. I, p. 172).

cipium contradictionis ad materiam syllogismi proxime accommodatum.

D. ***De legibus syllogismi.*** — Ut certo constet syllogismum esse manifestationem sinceram principii contradictionis, necesse est syllogismus sit *in forma*, seu habeat *consequentiam*. Ut innotescat *forma*, quaerenda est primo *figura* syllogismi (quae patet ex positione medii termini), deinde *modus* (ex quantitate et qualitate propositionum), tandem exquirendum est utrum leges sint observatae, sc. leges figurae et leges generales syllogismi (1). Cf. *Dialectica*.

II. **Status quaestionis.** — *De facto*, homines quotidie ratiocinantur, i. e. ex judiciis praeviis alia deducunt (cf. TH. II) ; praeterea persuasum habent cognitiones ita deductas esse *certas* et *novas*.

Quaeritur utrum hujusmodi persuasio sit non tantum *res facti*, sed et am *res juris* i. e. utrum possit coram ratione justificari.

III. **Status sententiarum.** — Apud ANTIQUOS non defuerunt qui syllogismum variis vitiis accusaverint ; inter alios SEXTUS EMPIRICUS. Praecipuum vitium hoc esset : Antecedens jam occulte enuntiat conclusionem, siquidem eatenus est vera MAJOR quatenus singulis subjectis n eo contentis potuit applicari. Aliis verbis : ut possit poni MAJOR, cognosci debet conclusio.

Apud MODERNOS, primus inter contemptores syllogismi numeratur BACO. Attamen non valorem dialecticae negavit BACO, sed observationem naturae commendavit, ut possint primo detegi secreta mundi sensibilis, et deinde in ser-

(1) Voici ces règles en vers scolastiques :

Tum re tum sensu triplex modo terminus esto.
Latius hos quam praemissae conclusio non vult.
Nequaquam medium capiat conclusio fas est.
Aut semel aut iterum medius generaliter esto.
Ambae affirmantes nequeunt generare negantem.
Utraquo si praemissa negat, nihil inde sequetur.
Nil sequitur geminis ex particularibus unquam.
Pejorem sequitur semper conclusio partem.

vitium hominis converti. — J. Locke, e contra, explicite docet logicam formalem quavis utilitate carere, eo quod neque ad verum detegendum, neque ad errorem vitandum, neque ad novas cognitiones adipiscendas inserviat (1).

Apud hodiernos syllogismum maximo contemptui habent philosophi qui *anti-intellectualistae* vocantur ; inter quos alii ratiocinio diffidunt, alii aperte illud condemnant. Ex. gr. J. H. Newman, in suis operibus passim, praecipue vero in *Grammar of Assent ;* item M. Blondel, in *L'Action*, W. James, in *L'Expérience religieuse*, F. C. S. Schiller, in *L'Humanisme*, *Études sur l'Humanisme*, H. Bergson, in *Matière et Mémoire*, l'*Évolution créatrice*, etc. His addendi sunt *Modernistae* omnes, qui fontem certitudinis, saltem religiosae, non in ratione sed in subconscientiae latebris reponunt (2).

---

(1) « Il semble que ce soit une sorte d'infirmité contractée par la pratique des exercices scolastiques, que de ne pouvoir juger des vérités sans le secours des règles, comme les myopes ne peuvent apercevoir les objets sans lunettes. Il est bien loisible à ceux dont la logique a ainsi affecté la vue, de se servir des recettes de l'École, mais ils ne doivent pas penser que tout le monde soit obligé de s'en servir. Le syllogisme, dit-on, peut manifester les sophismes qui se cachent parfois sous l'éclat de la rhétorique ; mais il y a des gens qui, sans connaître les lois de la logique, découvrent d'abord les faux raisonnements d'un discours artificieux et plausible (*Essay*, XVII, 4, 4e éd.). Mais la plus grande imperfection du syllogisme est de ne rien faire découvrir de nouveau ; il est inutile à l'invention des preuves, et a pour objet l'arrangement de celles que l'on possède déjà (XVII, 5). Locke ne tente pas de prouver que le syllogisme est stérile. Cela, sans doute, lui paraît évident, après ce qui a été dit des moyens d'augmenter la connaissance ; il se contente de souhaiter avec le « judicieux Hooker », que l'on s'efforce de découvrir « les vrais secours de la raison », et d'appeler, en se retranchant derrière un « judicieux Romain », les logiciens, « serviles imitateurs les uns des autres, une espèce de bétail » qui va *non quo eundum, sed quo itur.* » H. Ollion, *La philosophie générale de John Locke* (Alcan 1909), pp. 342-343.

(2) Cf. J. de Tonquédec, *La notion de vérité dans la « philosophie nouvelle. »* Ie partie ; — Cl. Piat, *Insuffisance des philosophies de l'intuition*, pp. 1-15.

Positivistae, negata universalitate conceptuum et judiciorum analyticorum, asserunt in ratiocinio transitum fieri non posse nisi a particulari ad particulare. Hic autem transitus fit secundum leges psychologicas associationis. Nemo vero tam acriter theoriam peripateticam syllogismi impugnavit ac J. STUART MILL, in opere *System of Logic*, t. I. quem confutant Ch^is MERCIER, É. RABIER, etc.

Apud *Scholasticos*, processus discursivus semper in magno honore habitus est. Eorum thesis constanter fuit ea quam defendimus : *Judicia deductione obtenta, dummodo praemissae verae sint et leges syllogismi observatae, sunt objective certa et aliquid novi docere possunt.*

DEMONSTRATIO

I^a PARS : Judicia deductiva sunt objective certa.

Arg. (*ex analysi deductionis*). — Judicia deductione obtenta sunt objective certa, si praedicatum conclusionis tribuitur subjecto ob nexum identitatis inter utrumque existentem. Atqui rem ita se habere quandoque constat. Ergo.

MINOR probatur :

Nexus identitatis adest inter subjectum et praedicatum, si : *a*) ambae praemissae sunt verae, et *b*) si consequentia est recta. Atqui constare potest adimpletio utriusque conditionis. Ergo.

MAJOR certa est ex principio contradictionis : sc. quando praemissae sunt verae et consequentia recta, nemo negare potest conclusionem post concessas praemissas quin sibi contradicat. Secundum principium identitatis, ea quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se ; et idcirco, concessa (vel negata) identitate in praemissis, identitas (vel non-identitas) debet pariter concedi in conclusione. Quodsi error latere posset in conclusione, sequeretur ipsum principium contradictionis falsum esse — quod profecto repugnat. Inde sequitur axioma : *verum antecedens, ergo et con-*

sequens — et vice versa : *falsum consequens, ergo et antecedens*, sc. una saltem ex praemissis est falsa.

MINOR : 1ª pars — *Constare potest veritas praemissarum.*

Praemissae vel sunt *per se evidentes :* tunc earum veritas immediate constat ; — vel sunt *deductae*, mediante uno vel multiplici syllogismo, ex principiis per se evidentibus : tunc earum veritas videtur in principiis per se notis ex quibus fluunt ; — vel denique acceptae sunt *ex testimonio :* tunc eamdem habent certitudinem ac testimonium ipsum, cujus auctoritas evidenter constare potest, ut dicetur infra, c. IV.

MINOR : 2ª pars — *Constare potest rectitudo consequentiae.*

Hoc constat non novo ratiocinio — sic enim procederetur in infinitum ; sed vel immediate, i. e. absque ullo labore, ut in syllogismo simplici et maxime naturali, vel cum aliqua reflexione et attenta regularum applicatione, ubi syllogismus est difficilior. Habetur evidentia consequentiae rectae, quando conclusio extorquetur quasi ex necessitate ; hanc necessitatem non esse mere subjectivam ex eo manifestum est quod assensus profertur sub lumine principii identitatis, quod non est solummodo lex mentis, sed etiam lex rerum. Cf. MAJOR.

NOTA. Infallibilitas deductionis in hoc consistit quod propositiones deductae connectuntur, mediantibus aliis propositionibus, cum principiis primis per se notis et ab eis certitudinem suam derivant (1). Nonnumquam difficultas non levis occurrit in repe-

(1) « In intellectu principiorum causatur determinatio (= certitudo) ex hoc quod aliquid per lumen intellectus sufficienter inspici per seipsum potest : in scientia vero conclusionum causatur determinatio ex hoc quod conclusio secundum actum rationis (i. e. discurrendo) *in principia per se visa resolvitur*... Ideo certitudo quae est in scientia et in intellectu est ex ipsa evidentia eorum quae certa esse dicuntur. » S. TH., in 3 D. 23, q. 2, a. 2. — « Natura in omnibus suis operationibus bonum intendit et conservationem eorum quae per operationem naturae fiunt, et ideo in omnibus naturae operibus semper principia sunt permanentia et immutabilia et rectitudinem conservantia : principia enim manere oportet, ut dicitur in *1 Phys.* Non enim potest esse aliqua firmitas vel certitudo in his quae sunt

riendis vinculis quae conclusionem cum principiis per se notis conjungant. Ob difficultatem hanc, accedente pigritia vel alio defectu ex parte voluntatis, committi potest error deductionis, qui ex natura ipsa intellectus non provenit, et ideo *per accidens* dicendus est.

IIa PARS : Judicia deductiva aliquid novi docere possunt.

PROBATUR : 1o ***Positive.***

Arg. Im (*ex analysi ratiocinii deductivi*). — In judicio deducto, seu in conclusione syllogismi, tribuitur actu et formaliter subjecto particulari aliquid quod ei non fuerat tributum in praemissis. Ergo judicium deductum seu conclusio syllogismi aliquid novi docet.

ANTECEDENS probatur :

1. In syllogismo apodictico, MAJOR est propositio universalis : i. e. subjecto *abstracto* (= universale directum vel natura absolute spectata) tribuitur praedicatum *essentiale* (i. e. subjecto conveniens *per se*, sc. quatenus est abstractum seu essentia absoluta, non *per accidens*, sc. quatenus existit actu in subjecto aliquo determinato vel in collectione determinata subjectorum), vg. *Homo est mortalis*. Talis igitur propositio est *abstracta*, *essentialis*, *universalis*, *causalis* (1).

Atqui in propositione universali continentur quidem inferiora, sed *virtute* tantum et *potentia*, non autem *actu* et *formaliter* (2). Ergo. — Haec clara sunt omnibus qui doc-

---

a principiis, nisi principia essent firmiter stabilita. Et inde est quod omnia mutabilia reducuntur ad aliquod primum immobile : inde est etiam quod omnis specifica cognitio derivatur ab aliqua certissima cognitione, circa quam error esse non potest, quae est *cognitio primorum principiorum universalium*, ad quam omnia alia cognita examinantur, et ex quibus omne verum approbatur et omne falsum respuitur. » *De Ver.*, 16. 2. — Cf. I. 79.8 ; I. 82.2 ; *de Ver.*, 11. 1; etc.

(1) Cf. P. FOLGHERA, *art. cit.*, pp. 374-378.

(2) « Lorsque l'esprit considère une idée, les singuliers, les idées plus complexes, dont elle est le résumé et l'essence, n'existent pas pour lui. Il les ignore et cependant il les connaît, car dans l'universel

trinam peripateticam de ideis universalibus intelligunt et admittunt.

2. In syllogismo apodictico, MINOR est propositio particularis, i. e. in qua natura absolute spectata (= *subjectum majoris*) alicui subjecto particulari tribuitur : vg. *Petrus est homo*. Manifestum est hanc naturam tribui subjecto particulari (hic : *Petro*) cum omnibus notis ejus essentialibus, speciatim vero cum ea nota quae explicite enuntiata est in MAJORE. Ideoque simul ac natura absoluta Petro tribuitur ita ut fiat cum eo identica, ea natura est *causa* cur innotescat Petrus tanquam habens essentialiter omnes notas quae ab hac natura inseparabiles sunt. Porro hoc exprimitur in CONCLUSIONE : sc. *Petrus est mortalis* (1).

NOTA. Exemplum hic allatum est tritum quidem, et ideo nihil videtur nos docere : scimus jam Petrum esse mortalem antequam conficiatur syllogismus. Attamen si velimus certitudinem nostram *causaliter* exponere, i. e. per suas causas explicare, appellandum nobis erit ad naturam hominis, nempe compositi ex materia et spiritu. Petrus est mortalis *quia* est homo ; particula causalis *quia* arguit latentem syllogismum.

---

qui est comme leur centre et leur noyau, ils ne sont pas et ils sont : ils ne sont pas dans leur multiplicité, leur bigarrure, leurs particularités ; ils sont dans leur unité ; leur ressemblance, leur fond. » ID., *art. cit.*, p. 375. — Cf. ARIST., *Post. Anal.*, l. I, c. 1 ; S. TH., *in Anal. Post.*, l. I, lect. 3.

(1) « ... Cum ad conclusionem inferendam duae propositiones requirantur, sc. major et minor, scita propositione majori, nondum habetur conclusionis cognitio... Rursus autem si in minore propositione inducatur, sive assumatur aliquid contentum sub universali propositione, quae est major, de quo manifestum non sit quod sub hoc universali contineatur, nondum habetur conclusionis cognitio, quia nondum erat certa veritas minoris propositionis. Si autem in minore propositione assumatur terminus, de quo manifestum sit quod contineatur sub universali in majori propositione, patet veritas minoris propositionis ; quia id quod accipitur sub universali habet ejus cognitionem, et sic statim habetur conclusionis cognitio. Ut si sic demonstraret aliquis : « Omnis triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis » : ista cognita, nondum habetur conclusionis cognitio ; sed cum postea accipitur : « haec figura in semi-circulo descripta est triangulus », statim scit quod habet tres angulos aequales duobus rectis. » S. TH. in *I Post. Anal.*, lect. 2.

Arg. II^{m} (*ex regulis syllogismi*). — Hoc argumentum fundatur in natura syllogismi, et proinde non valet independenter ab ARG. I. Illud, hac adjecta correctione, ex E. RABIER desumimus, qui ita argumentatur :

Conclusio aliquid novi docet, si non continetur in *Antecedente* (neque identice, neque implicite) ea cognitio quae in *Consequente* exprimitur. Atqui ita se res habet. Ergo.

Sit EXEMPLUM : *quaeritur* utrum Socrates fuerit graecus.

MAJOR statuitur : *Omnis Atheniensis est graecus.*

MINOR inducitur : *Socrates erat Atheniensis.*

Concluditur : *Ergo Socrates erat graecus.*

Si conclusio contineretur in *Antecedente* identice aut implicite, esset vel in *majore*, vel in *minore*, vel in *utraque praemissa* conjunctim sumpta. Atqui nihil ex his obtinet. Ergo.

MINOR probatur :

1° *Non in majore.* Nam, si conclusio contenta esset in majore, *a*) idem deberet esse subjectum in majore et in conclusione ; — *b*) dubium quod, ante syllogismum, afficit conclusionem : sc. num Socrates sit graecus, deberet afficere majorem eamque incertam efficere. Atqui neutrum obtinet : nam *a*) subjectum *Atheniensis* differt a subjecto *Socrates*, qui, dum enuntiatur major, vel nullo modo cogitatur, vel certe non cogitatur ut atheniensis, — et *b*) quia nondum cogitatur ut atheniensis, ideo dubitare licet num sit graecus, cum tamen apertum sit *Athenienses* omnes graecos esse.

2° *Non in minore.* Nam *a*) praedicatum non idem est in conclusione et in minore ; — *b*) ex minore, si separatim sumatur a majore, nullo modo potest sequi conclusio.

3° *Non in utraque praemissa conjunctim sumpta.* Nam eatenus in praemissis simul sumptis contineretur conclusio (identice aut implicite), quatenus identica esset cum eis sive *totaliter* (vg. 10 milites mortui sunt heri et 10 hodie : ergo 20 mortui sunt) sive *partialiter* (vg. 10 mortui sunt heri et 10 hodie : ergo 15 mortui sunt). Atqui hoc fieri nequit, siquidem eae praemissae solae addi aut dividi possunt,

quae idem subjectum et idem praedicatum habent. Ergo.

Conclusio : Nova igitur apparet cognitio in conclusione. sc. praedicatum *graecus*, quod in majore subjecto *Atheniensis* tribuebatur, in conclusione tribuitur *novo* subjecto sc. *Socrati*, qui ut subjectum conclusionis non cogitatur tanquam Atheniensis, sed sub personalibus attributis, vg. quatenus est philosophus, magister Platonis, etc. (nam *Atheniensis* est medius terminus, qui non debet ingredi conclusionem).

Probatur : 2° ***Negative.***

Ratio propter quam nihil novi includi posset in conclusione desumitur (a J. Stuart Mill, etc.) ex eo quod nequeat legitime statui *major* quin prius cognita sit *conclusio*. Atqui haec ratio est neganda. Ergo.

Minor probatur :

Propositio *major* non est *collectiva*, i. e. non colligit brevi formula facta particularia prius observata (ut docet Mill), sed est *universalis*. Propositio vero universalis obtineri potest *abstractione* mentis qua, etiam in unico individuo, essentia apprehenditur relictis notis individuantibus ; essentiae sic abstractae, accedente analysi, possunt postea tribui notae quae ei *per se* conveniunt. — Quodsi quandoque asseritur *conclusionem* esse contentam in *majore*, hoc intelligi debet cum adverbio explicante, sc. *virtualiter* aut *potentia*.

Nota. Adverbium *implicite* a non paucis auctoribus usurpatur cum eadem significatione ac *virtualiter* — in quo nihil est reprehendendum. Sed si *implicite* significat « ita includi in aliquo ut possit per solam analysim deduci », negandum est hoc sensu conclusionem contentam esse *implicite* in praemissis.

Corollarium

Ergo vanae sunt objectiones J. Stuart Mill secundum quas deductio peripatetica esset *sterilis*. Id ex thesi clare sequitur ; addi etiam potest argumentum ex historia scientiarum, praesertim vero Mathesis, in quibus ope deductionis novae veritates fere continuo deteguntur.

Scholion : *Quid non valet syllogismus ?*

Aliquid est concedendum adversariis syllogismi :

1° Ex notionibus *abstractis*, quicumque adhibeantur syllogismi, nunquam poterit deduci ulla *realitas existens :* ut possit aliqua realitas detegi necesse est exordium sumatur ex aliqua alia *realitate* prorsus inconcussa.

2° Veritas aut realitas dialectice deducta nunquam animos movebit sicut realitas quae hic et nunc sensibus apprehenditur : homo, utpote constans ex anima et corpore, naturaliter appetit cognitionem in qua partes habeant intellectus simul cum sensibus. Caeterum, ut saepius notat S. THOMAS, ratiocinium eatenus valet quatenus in *intuitione* fundatur, sc. in « intellectu principiorum. »

Difficultates.

1. In syllogismo nihil novi discitur : nam conclusio est contenta in praemissis. — R. est contenta virtualiter, c. ; actu et formaliter, n. — 2. Tunc conclusio non est extensiva sed *explicativa* majoris. R. *nego :* nam conclusio non clarius explicat id quod jam actu et formaliter habebatur ; sed efficit ut actu et formaliter cognoscatur id quod antea virtute et potentia notum erat. — 3. In ratiocinio deductivo committitur *petitio principii :* nam eatenus MAJOR est vera quatenus conclusio in ea continetur. R. quatenus continetur virtualiter et indeterminate, c. ; formaliter et determinate, n. — 4. Atqui enuntiari jure nequit propositio universalis nisi actu cognoscantur ejus inferiora : nam propositio universalis est collectio inferiorum. R. propositio universalis collectiva est collectio... c. ; universalis stricte dicta, n. In judicio universali, subjectum est « natura absolute spectata », quae abstrahit a quolibet individuo. — 5. Conclusio est finis praemissarum, i. e. finis ob quem adducuntur tales praemissae ; sed finis nequit intendi nisi praecognoscatur. R. Conclusio est finis praemissarum, ad modum quaestionis nondum solutae, c. ; ad modum rei cognitae, sd. et tunc nihil discitur, c. ; nihil docetur (pro

aliis), n. Alius est syllogismus stricte inventivus, alius syllogismus *demonstrativus* et *paedagogicus*. « Saepe tantum inquiritur utrum aliqua propositio nota ex certis praemissis legitime sequatur ; saepe etiam conclusio tantum indeterminate concepta quaeritur, i. e. inquiritur quale praedicatum de aliquo subjecto inferendum sit (e. g. sitne multitudo actu infinita possibilis an impossibilis) » (1).

Sommaire. — 1. *La démonstration syllogistique tire sa valeur de ce qu'elle repose en dernière analyse sur le principe de contradiction. En d'autres termes, démontrer une proposition c'est montrer que si cette proposition est fausse, le principe de contradiction croule : par exemple, démontrer l'existence de Dieu, c'est faire voir que, si Dieu n'existe pas, il faut renoncer au principe de contradiction. Dans tout syllogisme régulier il y a entre les prémisses et la conclusion un lien tel que, les prémisses une fois reconnues vraies, il est impossible sans se contredire de nier la conclusion. Donc toute proposition déduite sera nécessairement vraie, si elle découle évidemment de propositions vraies.*

2. *Les propositions déduites peuvent, de plus, accroître notre domaine intellectuel. Le syllogisme, quoi qu'en ait dit* J. Stuart Mill, *n'est pas stérile. Comme le dit très bien* M. B. Russell : « *C'est une analyse erronée de la proposition générale qui a induit Mill à tenir* Barbara *pour une pétition de principe. Quand nous connaissons une proposition générale, nous n'avons pas besoin de connaître tous les cas particuliers auxquels elle s'applique.* » (2) *Dans une proposition générale le sujet est un* universel *que je puis obtenir d'un seul individu dont j'ai omis, par abstraction, les notes individuelles. Ce sujet me donne une nature abstraite.* Tous les hommes sont mortels *signifie* l'humanité comporte la mortalité. *C'est ce qu'a très bien vu* H. Taine :

« *Selon Mill, on ne prouve pas que le prince Albert mourra en posant que tous les hommes sont mortels, car ce serait dire deux fois la même chose ; mais en posant que Jean, Pierre et compagnie, bref tous les hommes dont nous avons entendu parler, sont morts. — Je réponds que la vraie preuve n'est ni dans la mortalité de Jean, Pierre et compagnie, ni dans la mortalité de tous les hommes, mais ailleurs. On prouve un fait, dit Aristote, en montrant sa cause. On prouvera donc*

(1) Donat, *Critica*, p. 124.

(2) « It is a wrong analysis of general propositions which led Mill to regard *Barbara* as a *petitio principii*. When we know a general proposition, that does not require that we should know all or any of the instances of it. » *Journal of Philosophy*... 1911, p. 160.

la mortalité du prince Albert, en montrant la cause qui fait qu'il mourra. Et pourquoi mourra-t-il, sinon parce que le corps humain, étant un composé chimique et instable, doit se dissoudre au bout d'un temps ; en d'autres termes, parce que la mortalité est jointe à la qualité d'homme. Voilà la cause et voilà la preuve. C'est cette loi abstraite, qui, présente dans la nature, amènera la mort du prince, et qui, présente dans mon esprit, me montre la mort du prince. C'est cette proposition abstraite qui est probante ; ce n'est ni la proposition particulière, ni la proposition générale. Elle est si bien la preuve qu'elle prouve les deux autres... Ici, une fois de plus, le rôle de l'abstraction a été oublié... Le syllogisme ne va pas du particulier au particulier, comme dit Mill, ni du général au particulier, comme disent les logiciens ordinaires, mais de l'abstrait au concret, c'est-à-dire de la cause à l'effet. C'est à ce titre qu'il fait partie de la science... (1) »

ART. IV

De judiciis mediatis inductione obtentis.

Inductio, ut operatio logica, definitur : « *Transitus a singulari ad universale, vel a concreto ad abstractum.* » Inductio sic modo generali definita est duplex : — 1ª ***abstractiva***, qua efformantur notiones universales et judicia analytica : vg. visis objectis singularibus, ex. gr. partibus in aliquo toto, mens abstrahit notionem *partis* et *totius* in genere, et judicium sponte profert : « Totum est majus sua parte ». Hac ratione dicuntur a Scholasticis judicia analytica inductione obtineri ; sed hic sensus jam est obsoletus ; — 2ª ***argumentativa***, qua ex factis quibusdam observatis arguitur seu infertur lex universalis. Haec est inductio proprie dicta, nostra aetate maxime usurpata. *Quaeritur* utrum hujusmodi inductio possit justificari, vel utrum judicia inductione obtenta sint objective certa.

(1) *Histoire de la littérature anglaise*, t. V, pp. 402, 403. Cité par FOLGHERA, *art. cit.*, p. 378. — Voir également Th. de RÉGNON, *La Métaphysique des causes* ² (Retaux 1906), pp. 18-56.

THESIS XXXVIII[a]

Inductione scientifica obtineri possunt judicia synthetica universalia, quae sint objective certa.

Auctores

J. Stuart Mill, *Système de Logique*, l. III (trad. P. Peisse, 3 éd. Alcan 1889), pp. 318 sqq. ; — J. Lachelier, *Du Fondement de l'Induction* [6] (Alcan 1903) ; — É. Rabier, *Logique*, cc. VII-VIII-IX ; — C[al] Mercier, *Logique* [4], pp. 298-334 ; — L. Liard, *La Science positive et la métaphysique* [5] (Alcan 1905), c. I ; Id., *Des définitions géométriques et des définitions empiriques* [3] (Alcan 1903) ; — E. Naville, *La logique de l'hypothèse* (Alcan 1880). — Inter neo-scholasticos eminet in inductione exponenda P. J. D. Folghera, O. P. : *La déduction dans les sciences inductives* (*Rev. Thomiste*, mars 1899) ; *De la Démonstration à l'Induction* (*ib.*, juil. 1900) ; *Un débat sur l'Induction* (*ib.*, jan. 1901) ; *L'Induction scientifique des Modernes dans Aristote* (*ib.*, nov. 1901) ; *La vraie nature de l'Induction scientifique* (*Rev. des Sc. phil. et théol.*, oct. 1909).

Praenotanda

I. Notiones. — Inductio, seu transitus a factis singularibus ad legem universalem, est aut *completa* aut *incompleta ;* deinde vero inductio incompleta est aut *perfecta* aut *imperfecta.*

1° *Completa* est inductio, si id quod universaliter concluditur prius observatum est in singulis subjectis sub lege contentis. Tunc conclusio est potius propositio « colligativa. »

2° *Incompleta* est, si illud observatum est in aliquot tantum individuis. Haec posterior sola adhibetur velut instrumentum ad scientias augendas maxime utile. Attamen nequit esse fons cognitionis certo objectivae nisi sit *perfecta.*

Inductio incompleta dicitur : *a*) *imperfecta*, si facta empirice observata ita pauca vel incerta sint ut conclusionem generalem indubiam gignere nequeant, sed magis minusve probabilem tantum ; — *b*) dicitur *perfecta*, si sufficiens fuit factorum observatio, i. e. si talis fuit ex qua jure liceat causam factorum in ipsa rei natura reponere,

atque ita ad legem naturalem et proinde universalem transire.

II. **Descriptio inductionis.** — Inductio incompleta (perfecta) vocari solet *experimentalis*, eo quod experimentis maxime utitur, vel *scientifica*, eo quod eam data opera adhibent *scientiarum cultores* in detegendis legibus mundi sensibilis, vg. in *physica*, *chemia*, *botanica*, *anatomia*, *physiologia*, etc.

In inductione scientifica, *tria* distinguuntur *momenta* : in *primo* (= exploratio factorum) solvitur quaestio : quid evenit ? in *secundo* (= inquisitio causarum) solvitur quaestio : quare ita evenit ? in *tertio* (= constitutio legis) respondetur quaestioni : numquid necessarium est ut ita eveniat ?

A. ***Exploratio factorum*** (= experientia) fit tum *observatione*, tum *experimentatione*. Primo inspiciuntur facta prout se offerunt sensibus ; his observatis, sponte incidit in mentem hypothesis aliqua factorum explicativa. Ut haec hypothesis verificetur, experimentatio methodice instituitur ; sic nova facta deteguntur, et ita deinceps.

B. ***Inquisitio causarum*** (= interpretatio experientiae) complectitur inventionem hypothesis, ratiocinium experimentale ad ejus verificationem efficiendam, et hanc ipsam verificationem ope experientiae factam (1).

C. ***Constitutio legis*** (= inductio proprie dicta) est transitus ad causam universalem (2).

---

(1) Cf. Cl. Bernard, *Introduction à la médecine expérimentale*, c. I ; É. Rabier, *Op. cit.*, cc. VII. VIII.

(2) « On a prétendu que la science physique n'envisageait point de causes. Elle se bornerait à mettre en relief le déterminisme des conditions. Nous le voulons bien : de nombreuses lois sont établies et de nombreuses équations formulées sans une considération explicite des causes. Il n'en est pas moins vrai que poser les *conditions déterminantes* d'un phénomène, c'est affirmer, parmi les réalités mises en jeu, *l'existence d'une réalité déterminable et déterminée*. C'est par suite affirmer qu'il existe *une détermination* de ce phénomène : autrement dit, qu'il existe une cause agissante. Heureuse-

Nota. Haec tria momenta, licet non necessario sibi succedant, *ratione* tamen distinguuntur : reipsa exploratio factorum non praecedit tantum, sed subsequitur et compenetrat ratiocinium experimentale.

III. Exemplum. — Pasteur observat factum fermentationis. Suspicatur *causam* facti esse germina aere deposita : sc. hunc syllogismum mente concipit (= *syllogismus observationis*) :

« *Fortasse* omne liquidum fermentat in quo germina aere deposita sunt ;

Atqui hoc liquidum fermentat. Ergo *fortasse*... etc. (1). »

Major, utpote hypothetica, verificari debet. Verificationi praeest *syllogismus experimentalis* tres praecipuas methodos complectens : « Fac causam fermentationis esse germina aere deposita : ubi adsunt germina, ibi aderit fermentatio ; ubi nulla sunt, ibi nulla fermentatio ; ubi plura vel pauciora sunt germina, ibi fermentatio abundantior vel parcior erit.

Atqui de facto introducitur aer secundum modos praedictos. In singulis igitur casibus, fermentatio habebitur prout dictum est. »

Jamvero multis experimentis exploratum est a Pasteur fermentationem omnino se habere sicut fuerat praevisa (2).

---

ment, le grand physiologiste (Cl. Bernard), parfois obscur, s'est nettement expliqué : « Le but de la méthode expérimentale est d'atteindre au déterminisme des phénomènes, de quelque nature qu'ils soient... De plus, ce que nous appelons *déterminisme* d'un phénomène ne signifie rien autre chose que la *cause déterminante* ou la *cause prochaine* qui détermine l'apparition des phénomènes. On obtient ainsi nécessairement les conditions d'existence. » R. P. de la Barre, S. J., *Certitudes scientifiques et certitudes philosophiques*, p. 37.

(1) « On peut dire que le premier effort de l'esprit, en face d'un fait à expliquer, se traduit par un raisonnement déductif, que nous pourrions appeler : *syllogisme d'observation ;* il est composé, comme majeure, du principe qui, par hypothèse, explique le fait observé ; comme mineure, du fait observé lui-même ; comme conclusion, de l'explication du fait par le principe. » P. Folghera, *Rev. Thomiste*, mars 1899, pp. 15-16.

(2) « Voici Pasteur en face du phénomène de la fermentation à expliquer. Son idée est que des germes dont l'air est le principal

Hinc *conclusio* seu *lex generalis :* « Quotiescumque semina in iisdem adjunctis se habebunt, toties producetur fermentum. »

IV. **De fundamento inductionis.** — In inductione scientifica, ex factis singularibus concluditur lex generalis. Quaeritur qua ratione talis conclusio, quae latius patet quam praemissae, possit esse legitima. In hoc consistit problema *de fundamento inductionis.* « Fundamentum inductionis » vocatur principium illud quo adhibito jure licet ex particularibus ad legem universalem transire (1).

a) Alii fundamentum inductionis reponunt in hoc principio *instinctu* quodam acquisito : « Leges naturae sunt stabiles et universales. » Ita Th. REID, ROYER-COLLARD, Th. JOUFFROY, etc.

b) Alii illud reponunt in hoc principio : « Futurum erit

---

véhicule sont causes du phénomène. Voici le syllogisme d'observation où l'idée tient déjà sa place :

Tout liquide, où des germes sont déposés par l'air, fermente.

Or ce liquide fermente.

Donc il contient des germes aériens.

Voici maintenant le syllogisme d'expérimentation suivant les trois méthodes principales : concordance, différence, variations concomitantes.

Étant supposé que des germes aériens sont causes de la fermentation, si l'air naturel arrive sur un liquide (où l'ébullition a préalablement tué les germes), la fermentation aura lieu ; s'il y arrive privé de ses germes, elle n'aura pas lieu ; s'il y arrive plus ou moins riche en germes, elle sera plus ou moins active.

Or l'air (dans trois séries d'expériences) arrive suivant ces trois conditions.

Donc la fermentation aura lieu suivant ces trois conditions.

La multiple expérience est réalisée, les faits prouvent le raisonnement expérimental, qui prouve le syllogisme d'observation, qui prouve l'idée : l'effet, dans chacun des cas, a manifesté la cause, puisque,dans chacun, il a docilement suivi la cause. » FOLGHÉRA, *art. cit.*, pp. 18-19 ; Cf. René VALLERY-RADOT, *Vie de Pasteur*[7] (Hachette 1901), Ch. V. Bon résumé dans RABIER, *Logique*, pp. 138-141.

(1) Cf. C[al] MERCIER, *Logique*, p. 315 ; P. JANET, *Traité élémentaire de philosophie*, n. 370.

simile praeterito » (D. HUME) vel « Cursus naturae est uniformis » (J. STUART MILL). Haec principia non sunt *a priori*, sed formantur in nobis automatice, *vi associationis idearum*, ex cumulo uniformium observationum. Uniformitates particulares mentem ducunt ad asserendam uniformitatem universalem, cujus tamen necessitas est solummodo problematica : nihil enim objectivum continet, sed tota nititur in eo quod contrarium ideo expectare non possumus (psychologice) quia contrarium nunquam observatum est. Hinc, secundum J. STUART MILL et Positivistas, principium inductionis non est analyticum, sed inductione obtentum ; neque aliud est quam lex quaedam subjectiva.

c) Alii confugiunt ad judicia synthetica *a priori*, more Kantianorum.

d) SCHOLASTICI inter se non consentiunt, licet conveniant omnes in admittenda necessitate alicujus principii analytici, seu ordinis idealis, ut ex factis singularibus lex jure inferri possit. Attamen plerique appellant ad principium causalitatis vel rationis sufficientis : *Id quod est causa propria et necessaria habet nexum necessarium cum suo effectu.*

NOTA. Quaestio utrum legitimus sit processus inductivus pendet a solutione problematis *de fundamento inductionis*. Qui principium analyticum et prorsus necessarium negant, ii negare debent et plerumque negant objectivum valorem legum inductione obtentarum, easque probabiles aut « practicas » tantum censent. Alii, e contra, istis legibus plenam certitudinem tribuunt.

DEMONSTRATIO

Arg. — Inductione scientifica obtineri possunt judicia synthetica universalia, quae sint objective certa, si variis methodi momentis complexive sumptis ostenditur praedicatum conclusionis contentum esse in ipsa natura subjecti. Atqui ita se res habet. Ergo.

MINOR probatur : — Praedicatum conclusionis innotescit tanquam contentum in ipsa natura subjecti, 1. si *facta* constare possunt ; — 2. si *causa* factorum detegi potest ; — 3. si *lex* legitime infertur. Atqui tres istae conditiones possunt adimpleri. Ergo.

Ia PARS : Facta constare possunt.

Facta possunt explorari, tum quando sponte se offerunt (= observatio), tum quando consulto inducuntur (= experimentatio). Etenim : 1° *Media apta praesto sunt :* sc. praeter sensus, adsunt instrumenta arte facta, quorum alia augent vim sensuum (vg. telescopia, microscopia, etc.), alia supplent vices sensuum (vg. apparatus quibus inscribuntur pressiones, tensiones, aliaque phaenomena) (1) ; — 2° *Conditiones bonae observationis possunt adesse :* sc. *a*) *observans* liber ab opinionibus praeconceptis, studiosus, diligens, honestus (2), etc. — *b*) *observatio* accurata, methodica, sat protracta (3), etc. — *c*) *indoles factorum :* facta majoris momenti, seu « privilegiata », sicut « instantiae viae », « instantiae deviantes », « instantiae crucis », etc. (4) (Baco). Porro haec omnia adesse possunt saltem eo modo qui sufficiat ad recte concludendum. Contra hanc partem methodi experimentalis difficultates eaedem sunt quae contra veracitatem sensuum opponi solent.

IIa PARS : Causa factorum detegi potest.

Quodlibet factum habet antecedentia determinata, sc. suam causam (ex principio causalitatis) et praeterea varia phaenomena, quae hanc causam in ordine physico concomitantur. Atqui variis methodis adhibitis, possunt certo excludi (logice) omnia phaenomena antecedentia quae non sunt causa facti, ita ut vera ejus causa fiat certo manifesta. Ergo.

Explicatur minor :

Methodo coïncidentiae, a Bacone proposita, aliqua determinatio causae jam obtineri poterat, sed confusa et insufficiens. J. Stuart Mill methodum baconianam expo-

(1) Cf. Rabier, *Op. cit.*, pp. 197-101.
(2) Id., pp. 101-104.
(3) Id., pp. 104-107.
(4) Id., pp. 107-111.

livit ; via exclusionis adhibita, causam facti distincte et exclusive detegi ostendit (1).

Quatuor sunt methodi : *concordantiae, differentiae, variationum concomitantium, residuorum* — quae ita exprimi solent :

1. *Methodus concordantiae :* si omnia antecedentia alicujus facti variantur, excepto uno quod cum facto semper concordat, illud unum est causa facti.

2. *Methodus differentiae :* si adjuncta in quibus aliquod factum producitur, et adjuncta in quibus non producitur differunt in uno tantum antecedente, illud unum est causa facti.

3. *Methodus variationum :* si, variante facto, omnia adjuncta antecedentia manent immutata, excepto uno, illud unum est causa facti.

4. *Methodus residuorum :* si in facto aliquo pars elementorum causam suam habet in determinata parte adjunctorum antecedentium, id quod in eo facto residuum est, in residua parte antecedentium causam suam necessario habet.

Exemplum celeberrimum (cf. PRAENOT. III) causae his methodis determinatae datum est a PASTEUR in controversia cum POUCHET circa heterogenesim (2).

III[a] PARS : Lex generalis legitime infertur.

Constitutio legis triplex stadium percurrit, quorum unumquodque est applicatio evidens principii causalitatis vel rationis sufficientis.

PRIMUM : Factum constans et uniforme causam pariter constantem et uniformem postulat, vg. fermentatio, casus corporum versus centrum terrae, etc.

SECUNDUM : Haec causa constans et uniformis reperiri nequit : *a) in adjunctis externis :* nam observatione multiplici instituta, constat servari eamdem constantiam facti, etiam ubi adjuncta externa sunt mutata. Ergo repe-

(1) ID., pp. 122-149.

(2) ID., pp. 138-141 ; — P. JANET, *Traité élémentaire*, n. 416.

riri debet in aliquo elemento interno. At iterum *b*) *non in elemento interno accidentali :* nam elementem accidentale, utpote mutabile, constantiam facti non explicaret. Hinc *c*) causa facti sita est *in ipsa natura rei observatae*, vel saltem in aliqua proprietate cum natura inseparabiliter conjuncta.

TERTIUM : Quidquid ex natura vel essentiali proprietate sequitur, convenire debet omnibus individuis eamdem naturam possidentibus (nisi a Deo miraculum fiat : caeterum miraculum naturas rerum non mutat, sed earum exercitium ligat) (1).

NOTA. Hac methodo determinatur *natura* et proinde *species* rerum existentium. Eo quod videmus complexum quemdam qualitatum aut operationum constanter se appellare, concluditur eas connecti cum determinata natura, quae *specifica* dicitur. Haec primitiva cognitio ulteriore inductione perficitur, qua post facta observata, detegimus alias etiam qualitates cum eadem natura connexas esse. Porro ad leges quoque morales detegendas potest adhiberi inductio, cum hoc tamen discrimine quod lex moralis necessitatem physicam non imponit, vg. « nemo gratis mendax », « omnis homo naturaliter scire desiderat. »

Corollaria

I^m. — Ergo certitudo, qua tenemus qualitatem vel effectum quemdam etiam individuis futuris et nondum observatis convenire, non fundatur in instinctu caeco, ut placuit *Scholae Scoticae*, neque in principio vi consuetudinis acquisito : futurum simile fore praeterito, ut placuit D. Hume et aliis associationistis anglis, neque in judiciis syntheticis *a priori*, ut placuit Kantianis ; sed fundatur in principio causalitatis vel rationis sufficientis, cujus valor est absolute indubius. Hoc principio legitime concluditur ad naturam rerum absolutam.

II^m. — Hinc etiam elucet quid respondendum sit quaerenti utrum inductio scientifica reduci possit ad syllogismum.

(1) Cf. C^al MERCIER, *Logique*, pp. 318 sqq.

Nimirum : 1. investigatio factorum nihil commune habet cum syllogismo ; — 2. inquisitioni causarum, mediantibus methodis concordantiae, differentiae, etc. praelucet syllogismus hypotheticus experimentalis. Cf. PRAENOT. III ; — 3. Detecto nexu causalitatis, ostenditur *syllogismo : a*) causam facti esse in ipsa rei natura vel proprietate essentiali ; inde *lex abstracta :* haec res, natura sua, hunc effectum secum fert ; — *b*) cum hac natura semper esse inveniendos effectus quorum est causa necessaria (1).

Scholion I^m : *De stabilitate naturae.*

Stabilitas naturae non est principium, sed conclusio inductionis. Scilicet ex eo quod omnis effectus habet causam, dico : hic effectus *a*, in complexu *a b c d*, *etc.* constanter recurrens, habet causam sibi adaequatam proindeque constantem. Haec causa est vel natura rei vel aliquid cum ea natura ita conjunctum ut semper adsit ubi adest natura. Hinc ubicumque apparebit effectus *a*, inferam praesentiam causae ejusdem ; quodsi effectus est stabilis, inferam stabilitatem ejus causae. *Stabilitas* igitur non est aliquid « commodum », sed aliquid reale et existens.

Ex altera parte, si natura rei, in certis adjunctis, mihi nota est, possum statim ei tribuere qualitatem vel proprietatem quae, inductione prius facta, innotuit tanquam inseparabilis ab hac natura, vg. haec aqua ebulliet cum 100°, etc. Nam ubi « eadem est natura, id quod naturam consequitur in omnibus et semper est idem ».

Tandem, si *Natura* intelligitur complexus naturarum quibus constat mundus sensibilis, haec *Natura* dicenda erit stabilis, si ex effectibus mundi sensibilis potest concludi stabilitas naturarum.

II^m *De inductione apud Aristotelem et Scholasticos.* — legi possunt C^lis MERCIER, *Logique*, p. 326 ; — M. T. RICHARD, *De la nature et du rôle de l'induction d'après les*

(1) Cf. ID., *Logique*, p. 332.

anciens (*Rev. Thomiste*, juil. et sept. 1908) ; — P. Folghera, *L'Induction scientifique des modernes dans Aristote* (*ib.*, nov. 1901), etc.

Difficultates.

1. Teste experientia, leges inductione obtentae saepe novis experimentis reperiuntur falsae, vg. lex de compressione gazium (Mariotte), lex de dilatatione metallorum, etc. — 2. Nunquam sciri potest utrum experientia fuerit sufficiens. — 3. Potest fieri ut causa effectus non sit ea quam viri scientifici statuunt, sed aliquid cum ea modo constanti, *licet accidentali*, conjunctum. — 4. Conclusio inductionis est universalis ; sed una ex praemissis, e quibus desumpta fuit, est particularis : peccat igitur inductio. Cf. responsum in libris manualibus.

Sommaire. — *Le P. J. D.* Folghera (1) *explique ainsi l'induction scientifique :*

« Le savant part de l'expérience ; il se trouve en présence d'un phénomène qui apparaît dans certains cas déterminés. Et comme son rôle est de l'expliquer et que l'explication se donne par la cause, le problème est donc celui-ci : trouver dans les cas susdits un autre phénomène qui soit cause du premier. Il doit évidemment s'y trouver, puisque le phénomène donné au point de départ réclame une cause et que celle-ci d'ailleurs se trouve toujours en quelque façon là où se trouve son effet... Un entre tous (les phénomènes) est le bon, et c'est cet x *qu'il s'agit de dégager et à quoi s'emploie l'imagination scientifique qui suggère l'hypothèse et les expériences capables de vérifier celle-ci. Lorsqu'un judicieux emploi des méthodes a permis d'atteindre au but et de transformer* x *en phénomène-cause connu, la conclusion peut se formuler.*

a, b, c... = fermentation,
a, b, c... = microbes,
Microbes = fermentation.

Il est aisé... de comparer l'induction artificielle et l'induction réelle et de voir combien est grande la différence de l'une à l'autre. La majeure est la même cependant : plusieurs cas concrets présentant un même caractère ou phénomène. Quant à la mineure, l'induction artificielle ne nous dit pas quel doit être l'attribut : elle suppose le problème résolu en quelques exemples plus ou moins concluants ; — l'induction réelle nous dit que cet attribut doit être non pas quelconque, mais la cause

(1) *Rev. des Sc. phil. et théol.*, 1909, pp. 760-1.

propre du phénomène observé. L'induction artificielle nous dit que l'énumération des singuliers doit être suffisante pour représenter la totalité ; — l'induction réelle dit que les singuliers doivent être suffisants, non pas comme nombre, mais comme champ d'expérience pour l'invention de la cause. Quant à la conclusion, l'induction artificielle nous dit que c'est une proposition générale et plurielle ; l'induction réelle nous dit que c'est une proposition abstraite. Quant au principe qui légitime le passage des prémisses à la conclusion, l'induction artificielle parle surtout de la constance ou fixité des lois naturelles ; malheureusement, son idée de derrière la tête en invoquant ce principe, c'est de prouver que ce qui s'est présenté ou produit un certain nombre de fois (et donc est une loi naturelle) se représentera et se reproduira toujours (puisque les lois naturelles sont fixes) : une jolie pétition de principe, comme on voit ; — l'induction réelle nous dit que le principe, ici, c'est celui de causalité : ce qui est cause propre et nécessaire est nécessairement aussi lié à son effet.

Il faudrait donc séparer nettement les deux inductions complète ou formelle et incomplète ou scientifique, comme deux procédés logiques parfaitement distincts, et traiter l'induction scientifique en elle-même, sous son aspect original. Voici ce qu'on en dirait en substance : L'induction scientifique est la formule logique qui traduit le procédé employé par le savant dans la recherche des lois scientifiques. — C'est un argument qui est valide, en raison non de sa forme, mais de sa matière. — La majeure exprime des cas singuliers et un phénomène ; la mineure exprime ces mêmes cas, plus la cause propre dudit phénomène ; la conclusion relie le phénomène et la cause en une proposition abstraite, une loi. — Le principe n'est autre que celui de causalité. »

THESIS XXXIX[a]

Nulla est ratio cur res metempiricae ab ambitu cognitionis humanae excludantur ; quare rejiciendi sunt Positivismus et Agnosticismus.

Auctores

Abbé de Broglie, *Le Positivisme et la Science expérimentale* (2 vol. Paris 1880) ; — Cᵘˢ Mercier, *Crit. gén.* [4], pp. 284-327 ; Id., *Les origines de la psychologie contemporaine* [2] (1908), c. VIII ; Id., *Traité élémentaire de philosophie*, t. II, pp. 16 sqq. ; — J. Halleux, *Les principes du Positivisme contemporain* (Louvain 1895) ; — Dr Grasset, *Les limites de la biologie* [4] (Alcan 1906) ; — Abbé Vallet, *Le Kantisme et le Positivisme* (Roger et Chernoviz 1887) ; — L. Baille, *L'Idée de Dieu et l'âme contemporaine* (Bruxelles, soc. belge de librairie, 1908) ; — G. Michelet, *Dieu et l'Agnosticisme contemporain* (Gabalda 1909) ; — Cl. Piat, *Insuffisance des philo-*

sophies de l'intuition (Plon 1908), c. IV ; — M. Chossat, *Dict. apol. d'Alès*, art. *Agnosticisme* ; — M. de la Taille, *M. Brunetière et les théologiens sur les rapports de la science avec le fait, l'Inconnaissable et la croyance*, dans *Études* 1905, II, pp. 330-369 ; — J. Gerard, *Agnosticism*, dans *The Month*, oct. 1906 ; — P. Delmas, *Ontologia*, pp. 1-30 ; — J. Donat, *Critica*, pp. 140-142 ; 150-157 ; Id., *Metaphysica generalis* (Innsbruck 1910), Introductio.

Praenotanda

I. **Scopus thesis.** — 1. De facto, inter certitudines spontaneas, nonnullae versantur circa res metempiricas, quas scilicet nec oculus vidit, nec auris audivit, nec gustus gustavit, nec olfactus olfecit, nec manus contrectaverunt. Quaeritur num hujusmodi certitudines possint justificari ?

2. *Ex datis sensuum a*) mens efformat sibi ideas seu notiones abstractas ; eas ideas, tum analysi, tum comparatione cum aliis notionibus, in varia systemata ordinat, quibus constituuntur scientiae *abstractae* (quae, quamvis abstractae, connexionem habent cum rebus sensibilibus). *b*) Praeterea mens inquirit quo nexu data sensuum seu phaenomena sese mutuo excipiant. Mediantibus methodis experimentalibus detegitur nexus necessarius inter antecedentia et consequentia ; quo cognito, incipit potestas hominis in vires naturae, quas cogit ut sibi serviat.

3. Sed venit *quaestio ulterior :* utrum ex factis et notionibus possit cognosci (quoad *an sit* et *quid sit*) realitas quam sensus percipere nequeunt ?

Alii negant ; alii affirmant. — Thesis affirmat.

II. **Notiones generales de Positivismo et Agnosticismo.** — *Agnosticismus*, secundum sensum vocis sat vulgatum, est applicatio ad res religiosas principiorum *Positivismi*, qui et ipse nihil est aliud quam logica evolutio *Empirismi* et *Sensualismi*.

A. — ***Empirismus*** dicitur ea doctrina quae proponit experientiam tanquam unicum fontem cognitionis certae. Auctor Empirismi nominari solet Baco de Verulam (1561-1626), eo quod, licet empirista non ipse fuerit, experien-

tiam multis laudibus extulerit in opere suo : « Novum Organum » (1620).

Paulo post, Th. Hobbes (1588-1679) totam philosophiam reduxit ad cognitionem phaenomenorum eorumque conditionum *materialium*, quas causas vocavit. Hanc doctrinam J. Locke (1632-1704) sic definire conatus est : mens per se vacua se habet ad instar speculi in quo objecta reflectuntur. Haec objecta sunt tantum impressiones quas mens tum ab intra (sc. experientia interna) tum ab extra (sc. experientia externa) accipit ; si quid ultra impressiones existit, id manet ignotum. Quod vero naturam mentis attinet, probabile est eam esse materialem.

David Hume (1711-1776) docet ideas, quibus constituitur cognitio humana, esse sensationes debiliores variis modis elaboratas ; sed contendit his sensationibus nihil certo respondere, eo quod principium causalitatis, quo constitui solet pons a subjecto ad objectum, careat valore absoluto.

B. — ***Sensualismus*** (sensismus, etc.), prout a Condillac (1715-1780) expositus est, eo differt ab Empirismo quod, rejecta experientia interna, solas sensationes externas admittit tanquam fontem cognitionis humanae. Hinc omnia phaenomena interna quae vocantur ideae, judicia, motus animi, etc. nihil sunt nisi « sensationes transformatae ». Notum est exemplum *statuae* quo usus est Condillac ad doctrinam suam illustrandam.

Nota. Empirismus et sensualismus saepe promiscue usurpantur in libris.

C. — ***Positivismus*** cum Empirismo tenet sola sensibilia cognosci ; proinde facta et phaenomena duntaxat aestimat, quatenus observari aut instrumentis mensurari possunt ; caetera vero, sc. *substantias*, *causas*, *fines*, etc. extra limites scientiae rejicit, easque pertinere dicit ad poesim, ad mysticismum, imo ad somnia somniantium. Positivismus paulum differt pro diversis ejus defensoribus.

1° J. Stuart Mill (1808-1873) et H. Taine (1828-1893) doctrinam suam duplici hoc argumento propugnant : *a*)

ideae universales sunt mera nomina, quibus evocatur in mente imago rei significatae ; — *b). judicia* omnia sunt experimentalia, sc. exprimunt brevi formula facta observata ; eorum universalitas et necessitas est mere subjectiva, orta ex legibus associationis.

2° Aug. Comte (1798-1857) doctrinam praecedentem confirmat ex historia, sc. *lege trium aetatum*. Nempe genus humanum in evolutione sua, ait, triplicem statum pertransit : *a) theologicum*, in quo facta explicantur per causalitatem entium extra-mundanorum ; — *b) metaphysicum*, in quo facta explicantur per facultates aut vires occultas rebus immanentes ; vg. principium vitale, anima, facultates, essentiae, naturae, etc ; — *c) positivum*, in quo facta explicantur per alia facta empirica (1).

Status « positivus » est ultimus, et perfectio humana in eo magis evolvendo consistit.

3° H. Spencer (1820-1903) cum Positivismo doctrinam *evolutionismi* et *relativismi* conjunxit (2).

D. — ***Agnosticismus*** multiplici sensu intelligi solet : 1) sensu *vulgari* idem valet ac negatio Dei et religionis cujusvis revelatae ; — 2) sensu *strictiori* significat doctrinam H. Spencer, secundum quam Deus est = *Incognoscibile* (= l'Inconnaissable) : sc. id saltem cognoscitur : Deum esse incognoscibilem ; — 3) sensu *strictissimo* significat *ignorantiam* et proinde suspensionem judicii relate ad existentiam Dei et vitam futuram (= *scepticismus metaphysicus*).

---

(1) « Dans l'état positif, l'esprit humain reconnaissant l'impossibilité d'obtenir des notions absolues, renonce à chercher l'origine et la destination de l'univers, et à connaître les choses intimes des phénomènes pour s'attacher uniquement à découvrir par l'usage bien combiné du raisonnement et de l'observation leurs lois effectives c'est-a-dire leurs relations invariables de succession et de similitude. » A. Comte, *Cours de philosophie positive*, Ire leçon ; — Cf. Maurice Defourny, *La Sociologie positiviste* (Paris, Louvain 1902), C. II.

(2) Cf. L. Roure, *Doctrines et Problèmes*, c. II.

Ita accipitur a Th. Huxley, qui est inventor vocis *agnosticismus :* ita etiam a J. Romanes (1), Leslie Stephen, Ray Lancaster, etc.

In genere vero *Agnosticismus* est *Positivismus* applicatus ad res religionis. Hoc sensu accipitur in Encycl. *Pascendi.*

Nota. Aliqui auctores *agnosticismum* appellant doctrinam secundum quam conceptus nostri de Deo ita inadaequati sunt ut quid Deus sit nullo modo exhibere possint. De hoc sensu hic non agitur.

III. **De « Incognoscibili ».** — Positivismus, nostra aetate, late dominatur, vg. in religione, metaphysica, ethica, scientia juris, historia, paedagogia, etc. — Animadvertendum est a multis Positivistis, praeter phaenomena, aliquod « *absolutum* » admitti, quod « *incognoscibile* » dicunt. Ita H. Spencer, etc. Notatu digna sunt verba E. Littré (1801-1881) : « Ce qui est au-delà du savoir positif, soit, matériellement, le fond de l'espace sans bornes, soit, intellectuellement, l'enchaînement des causes sans terme, est inaccessible à l'esprit humain. Mais inaccessible ne veut pas dire nul et non existant. L'immensité, tant matérielle qu'intellectuelle, tient par un lien étroit à nos connaissances et devient par cette alliance une idée positive et du même ordre : je veux dire que, en les touchant et en les abordant, cette immensité apparaît avec son double caractère, la réalité et l'inaccessibilité. C'est un océan qui vient battre notre rive, et pour lequel nous n'avons ni barque ni voile, mais dont la claire vision est aussi salutaire que formidable (2). »

IV. **De Scientia « positiva ».** — Cum Aug. Comte notio antiqua scientiae in aliam transmutata est. Ante A. Comte scientia est « cognitio rerum per causas » ; post A. Comte scientia est determinatio factorum per sua physica ante-

(1) Cf. *Mind and Motion and Monism* (London, Longmans 1895) p. 117, note 1.

(2) *Préface d'un disciple* au *Cours de philosophie positive*, 2e édition.

cedentia. *Res* dicitur *cognosci*, tanquam vere existens, quando antecedentia ejus nota sunt, ita ut, iis productis, possit ipsa res reproduci : scopus scientiae « positivae » his verbis exprimitur : « Scire ut praevideatur — praevidere ut provideatur » (*savoir pour prévoir afin de pourvoir*) (1).

Nunc pro multis, illud tantum est *scientifice* cognitum quod methodo experimentali comprobatum est ; caetera nequeunt *scientifice* demonstrari : vg. *Deus*, *anima*, *principium vitale* ; et plerique methodus experimentalis est *unicus fons cognoscendi*.

In Positivismo distinguendum est *Systema* et *Methodus*.

a) ***Systema*** est complexus doctrinarum secundum principium aliquod ordinatarum. Positivismus ut systema philosophicum : 1. docet impossibilitatem quidquam cognoscendi ultra phaenomena — 2. vanitatem metaphysicae et theologiae — 3. explicationem rerum per antecedentia empirica (2).

b) ***Methodus*** est modus procedendi in inquirenda veritate. Positivismus ut methodus : 1. facta primo loco statuit, quorum explicationem in factis prioribus inquirit — 2. complexitatem factorum ad capita perpauca revocare studet — 3. nulla facta, ob judicia praeconcepta, extra considerationem suam relinquit. Positivismum ut methodum F. Brunetière defendit contra eos qui facta religiosa praesertim miraculosa a priori rejiciunt (3).

V. **Delimitatio et momentum thesis.** — 1° *Affirmamus* cognosci *posse* a nobis res *metempiricas*, sc. res quae non videntur, non audiuntur, non ponderantur, etc. Tenemus cognosci posse earum existentiam et aliquo modo earum naturam.

(1) Cf. Ch. Bouedel, *La science et la philosophie* (Colin 1903), pp. 1-39.

(2) Cf. J. Halleux, *Op. cit.*, p. 25.

(3) *Sur les chemins de la croyance.* — I^re^ Étape : *l'Utilisation du Positivisme* ; cf. M. de la Taille, *art. cit.*

2° *Non affirmamus* res metempiricas cognosci methodis experimentalibus — quod repugnat ; nec cognosci methodis rationalibus cognitione perfecta et propria, sed saltem analoga.

3° Thesis nihil novi continet : est mera applicatio doctrinae superius expositae. Attamen, ob confusiones vel negationes nostris praesertim diebus ortas, data opera agendum est de cognitione rerum quae experientiam sensibilem transcendunt. Momentum quaestionis elucet ex verbis Encycl. *Pascendi* (8 sept. 1907) :

« ... philosophiae religiosae fundamentum in doctrina illa modernistae ponunt quam vulgo *Agnosticismum* vocant. Vi hujus humana ratio phaenomenis omnino includitur, rebus videlicet quae apparent eaque specie qua apparent : earumdem praetergredi terminos nec jus nec potestatem habet. Quare nec ad Deum se erigere potis est, nec illius existentiam utut per ea quae videntur cognoscere. Hinc infertur, Deum scientiae objectum directe nullatenus esse posse ; ad historiam vero quod attinet, Deum subjectum historicum minime censendum esse...

His autem positis, quid de naturali theologia, quid de motivis credibilitatis, quid de externa revelatione fiat, quisque facile perspiciet. Ea nempe modernistae e medio tollunt et ad intellectualismum amandant ; ridendum, inquiunt, systema ac jamdiu emortuum. »

« Hic tamen agnosticismus in disciplina modernistarum non nisi ut pars negans habenda est : positiva, ut aiunt, in immanentia vitali constituitur. »

4° Quaestio praesens est valde generalis ; ponitur initio metaphysicae generalis, psychologiae rationalis, theodiceae, etc.; sed solvitur ope principiorum quae de criterio objectivitatis in Criteriologia statuta sunt : 1. Illa propositio est objectiva et vera in qua praedicatum nexum necessarium habet cum subjecto, sive necessitas sit absoluta sive hypothetica ; 2. realitas existens apprehendi potest vel immediate, vel mediate, scil. quando realitas apprehensa rationem sui sufficientem in se non habet, exigitur alia realitas a qua rationem sui sufficientem accipiat.

DEMONSTRATIO

Arg. I^m (*negativum*). — Nulla est ratio ostendens incognoscibilitatem mundi metempirici (= metaphysici, supra-sensibilis). Ergo haec incognoscibilitas arbitrarie affirmatur.

ANTECEDENS probatur :

I. *Nulla ratio a priori :* nam nulla apparet evidens identitas inter ens *reale* et ens *experimentale*.

a) *A priori* nulla ratio ostendit realitatem omnem existentem proprietatibus corporeis necessario instructam est : notio enim *entis* et notio *entis corporei* non sunt conceptus identici neque inseparabiles. Hinc possibilitas entium incorporeorum non est *a priori* rejicienda (eo scilicet quod ens incorporeum notas inconciliabiles includeret), nec eorum cognoscibilitas *a priori* neganda. Et proinde non licet *a priori* totam cognitionem humanam ad experientiam reducere (1).

b) Concedi quidem debet cognitionis humanae *exordium* in activitate sensibili esse ; at, exinde nequaquam *a priori* patet cur nequeat mens in objectis sensibus apprehensis attingere aliquid quod sensus non attingunt. Qui hoc affirmaret, ille existentiam intellectus in homine negaret, cum tamen evidens sit hominem a brutis intellectu distingui.

---

(1) « Les idées d'*être* et d'*être corporel* n'ont pas une compréhension identique. La corporéité ajoute à l'être quelque chose que l'être n'enveloppe pas. Il y a donc une intelligibilité qui appartient intrinsèquement à l'être, indépendamment de l'intelligibilité de l'être corporel. D'où résulte manifestement cette inférence que la possibilité intrinsèque d'êtres incorporels n'est pas à récuser *a priori*, au nom de l'analyse de nos concepts essentiels.

Sans doute, la possibilité intrinsèque d'êtres différents des corps n'est pas davantage affirmable *a priori ;* car, en fait, nos concepts doivent tout leur contenu positif à l'expérience sensible, et l'expérience sensible n'atteint et ne peut atteindre que du corporel.

Nous ne voyons donc pas la possibilité positive de l'immatériel, ni par conséquent, sa positive intelligibilité au moyen d'un pouvoir

II. *Nulla ratio a posteriori* affertur a Positivistis quae sit apodictica :

a) Non valet ratio allata ab H. Taine. Etenim conceptus non est solummodo « nomen habens indolem signi. » Cf. supra Th. XXXI. Verum est voce, eo quod est signum arbitrarie institutum, evocari imaginem sensibilem, quae deinde, ob analogiam sensibilem, alias similes imagines evocare potest. Sed ex istis imaginibus et praeter illas, potest intellectus, ope abstractionis stricte dictae, sibi efformare ideam, quae non collectionem entium exhibeat, sed *aliquid unum quod in pluribus existat univoce et divisim* (= ideas universales) (1).

b) Non valet ratio allata a J. Stuart Mill. Falsum est scilicet omnia judicia ab homine prolata esse experimentalia : — α) Existunt *propositiones ideales*, vg. $7 + 5 = 12$, totum est majus sua parte, etc. quarum veritas ab experientia non pendet. Licet enim termini in experientia deprompti sint, nexus inter utrumque et motivum judicio adhaerendi (sc. *necessitas absoluta* qua praedicatum convenit subjecto) ab experientia non proveniunt (2) ; — β)

---

d'intellection supérieur aux sens ; mais nous ne voyons pas davantage l'évidente impossibilité de l'immatériel et, par une suite nécessaire, l'évidente impossibilité d'une connaissance hyperempirique.

Le débat sur la possibilité ou l'impossibilité de la métaphysique est tout entier dans cette distinction. Ce débat ne peut être résolu *a priori ;* il est anti-scientifique de le trancher d'un coup de négation.

Notre prétention à nous, qui opposons la métaphysique à l'agnosticisme, est de partir des faits empiriques, et de montrer que sur le terrain même de l'empirisme, la contradiction s'impose si l'immatériel n'existe pas. S'il existe, apparemment il est possible ; et les droits de la métaphysique sont assurés.

La fin de non-recevoir que nous oppose le positivisme est donc un flagrant déni de justice. Quiconque s'offre à fournir les preuves de l'existence et, par voie d'inférence, de la possibilité de l'immatériel, a le droit d'être écouté. Refuser de lui prêter attention serait du parti pris. » C^{al} Mercier, *Les origines de la psychologie contemporaine*, pp. 390-391 ; cf. Id., *Crit. gén.*, p. 287.

(1) Cf. C^{al} Mercier, *Crit. gén.*, p. 192.

(2) Id., *ib.*, p. 307 sqq.

Judicia *experimentalia* inductione obtenta aliquam habent universalitatem et necessitatem quae ex experientia sola oriri nequeunt : siquidem experientia sola non *leges* sed *facta* solummodo tradit.

c) Non valet ratio allata ab Aug. Comte, sc. *lex trium aetatum*. Contra legem hanc sufficiat tria animadvertisse :— α) *Lex trium aetatum*, prout exponitur ab A. Comte, historice non constat. In omni scilicet aetate, triplex explicatio rerum (= per causalitatem transcendentem, per causalitatem immanentem, per antecedentia physica), licet diverso gradu et sub diversis formis, reperitur. — β) Tres status sese non excludunt, siquidem tres praedictae causalitates ad diversos ordines pertinent. Hinc scientia positiva coexistere potest cum theologia et metaphysica rationali. — γ) Imo perfectio mentis humanae non in statu positivo consistere dicenda est, sed potius in harmonica synthesi trium statuum. Mens enim humana, sponte naturae, prona est ad inquirendas rerum causas, et quidem *omnes*, et proinde non eas duntaxat quae ad scientiam positivam spectant, sc. antecedentia empirica (1).

Arg. IIm (*positivum*). — Injuria coarctatur ambitus cognitionis humanae ad res empiricas, si haberi potest evi-

(1) Id., *ib.*, p. 323 ; *Traité élémentaire*, t. II, p. 20 ; cf. M. Defourny, *Op. cit.*, C. II. — « Notre projet n'est pas de disputer au savant le rôle qui lui est propre, et qu'il remplit si bien ; loin de nous l'ambition de toucher à la science et d'y rien ajouter ; ce serait œuvre scientifique et non philosophique, et c'est une œuvre philosophique que nous voudrions faire. Mais est-ce une raison pour tenir séparées ces deux formes sublimes de notre connaissance (la science et la philosophie), et ne peuvent-elles se rapprocher sans se confondre, s'unir et se prêter un mutuel secours sans s'altérer l'une par l'autre et se détruire ? *Il faudrait pour le penser, nier l'unité de l'esprit.* Nous croyons, au contraire, qu'au fond tout se retrouve et s'harmonise en lui, et que science et philosophie ne se divisent que pour mieux pénétrer le mystère du réel, et ressaisir l'unité de leur nature dans l'unité de l'effort qui les crée et de la connaissance qui est leur fin commune. » A. Hannequin, *Leçon d'ouverture d'un cours sur la Philosophie des sciences* (Leroux 1885), p. 9.

dentia de rebus metempiricis : nam evidentia objecti est criterium objectivitatis et veritatis, i. e. ubicumque habetur evidentia, ibi habetur cognitio vera et objectiva. Atqui haberi potest evidentia de rebus metempiricis (quae sint causa aut ratio sufficiens — sive interna sive externa — factorum empiricorum). Ergo.

MAJOR probata est in *Criteriologia generali*, TH. XVI.

MINOR ostenditur :

Exordium demonstrationis desumitur ex rebus empiricis immediate datis ; his rebus analysi subjectis applicatur principium causalitatis, et sic ad rem intelligibilem non empiricam devenimus. Nempe res sensibus observatae (sc. τὸ *Ego*, vel realitas externa) habent varias dotes, qualitates, proprietates, quarum ratio existere debet : nam nihil est sine ratione sufficiente — hoc principium immediate eruitur ex principio identitatis, atque ideo analyticum est et absolutum. Hinc, si ratio non reperitur in ipsis phaenomenis, reponenda est in mundo extraphaenomenali. Hac methodo rationali possumus usque ad principia essentialia rerum penetrare, imo ad causas superiores usque ad Deum ipsum creatorem omnium adscendere ; atque sic justificatur tota *Metaphysica*.

Res metempirica mediante principio causalitatis cognosci potest quoad suam *existentiam*, et aliquo modo quoad suam *naturam*. Nimirum, ut realitas metempirica sit ratio sufficiens facti empirici, necesse est in se contineat perfectionem effectus vel *formaliter*, vel *virtualiter*, vel *eminenter*. Quapropter rei metempiricae possumus praedicata tribuere quae vere ei conveniant ; atque ita notiones de ea habemus saltem *analogas* seu *positivo-negativas*.

Corollaria

I^m^. — Ergo nihil impedit *a priori* quominus justificari possint certitudines nostrae : 1. *ordinis ontologici* — de substantiis, de causis, de principio vitali, de anima spirituali, de Deo creante, conservante, concurrente, etc. ; — 2.

ordinis ethici — de discrimine boni et mali, de fundamento intellectuali legis naturalis, etc. ; — 3. *ordinis religiosi* — de commercio Dei cum hominibus, de prophetiis, de miraculis, de factis mysticis supernaturalibus, etc.

II^m^. — Ergo, praeter scientiam « *positivam* », existit alius fons cognoscendi cujus valor est inconcussus. Cavendum est autem ne circa « scientiam » vel « objecta scientiae » moveantur controversiae mere verbales. Scilicet *Scientia* potest multiplici modo definiri :

1° *Scientia* est *cognitio certa* de existentia alicujus rei et de attributis ejus saltem partialibus, sive haec res deducatur mente sola ex ejus effectibus, sive determinetur empirice methodis experimentalibus : hoc sensu Deus, anima spiritualis, principium vitale, etc. sunt objectum scientiae, i. e. certo cognosci possunt.

2° *Scientia* est *explicatio alicujus facti empirici per aliud factum empiricum.* Si scientia ita definiatur, clarum est res metempiricas ex ejus ambitu excludi : nam neque Deus, neque anima, neque principium vitale possunt empirice. (i. e. methodis concordantiae, differentiae, variationum concomitantium, etc.) determinari (1).

Hic secundus sensus nunc dominari incipit. Quare ad vitandam confusionem, aut *scientia* secundo sensu intellecta adhibenda esset cum adjectivo inseparabili « *positiva* » vel « *experimentalis* », aut si hoc epitheton omittatur, bonum esset, post conventionem publice factam, novam vocem introducere qua designaretur categoria rerum quae certo cognoscuntur, licet non cognoscantur methodis expe-

(1) Cf. C^al^ Mercier, *Crit. gén.*, p. 289 ; *Les Origines de la psychologie contemporaine*, pp. 384, 387, 396, 408 seq. — M. de la Taille, *art. cit.*, p. 343 : « Qu'il s'agisse de choses ou qu'il s'agisse de Dieu, il est bien clair que l'absolu échappe au procédé décrit *aujourd'hui* comme scientifique. L'être en soi ne peut se penser comme pris entre deux groupes de phénomènes, antécédents et conséquents, qui le définissent soit en qualité, soit en quantité. Et dire l'absolu inconnaissable en ce sens par rapport à la « science », c'est à peu près comme si on le disait incalculable, impondérable, non mesurable. »

rimentalibus (1). Ideoque, si quis affirmet Deum non demonstrari *scientifice*, respondendum est distinguendo : non demonstratur methodo experimentali, *c.* ; non demonstratur eo modo qui certitudinem certo objectivam praebeat, *n.*

Scholia

I^m. — Si quis objecerit de rebus metempiricis nullam haberi notionem *propriam*, respondendum est notionibus *analogicis* seu positivo-negativis res ita cognosci ut ab aliis certo discernantur, atque ita ut eis praedicata tribuantur quae eis vere conveniant. « Conceptus, quibus res spirituales ut tales apprehendimus, *analogi* tantum sunt, non proprii ; ideo imperfecti sunt et obscuri. Attamen ex hoc non sequitur eos nihil dicere, immo impossibiles esse. Testibus ipsis rerum mundanarum peritis, materia, vis gravitatis et alia plena sunt densis obscuritatibus et fere mysteria sunt ; non tamen ideo rejiciuntur. Stultum enim est postulare, ut mens in rebus a sensibus remotis eamdem claritatem aspectabilem acquirat, quam experimenta, observationes, calculus mathematicus praebent, acsi nulla sit vera *cognitio* et *certitudo*, ubi non sit claritas empirica (2). »

II^m. — In institutione scholari, statui « positivo » respondet non *neutralitas* quam *confessionalem* appellant, sed *neutralitas philosophica*, secundum quam a mentibus juvenum excludi deberet omnis notio theologica vel metaphysica (3).

Difficultates.

1. Homo, utpote compositus ex anima et corpore, nequit se extollere supra res ex materia compositas. — 2. Res cognoscitur quatenus ejus essentia penetratur. Atqui non possumus penetrare essentias rerum metempiricarum. —

(1) Cf. M. de la Taille, *Études*, 1904, t. IV, p. 519.
(2) J. Donat, *Critica*, p. 142.
(3) Cf. Yves de la Brière, dans *Études*, 1910, t. IV, p. 720 sqq.

3. Cognitione analoga scimus quid res non sit, non quid sit. — 4. Nequit cognosci res metempirica, si facultas nostra ab ea determinari non potest ; atqui ita est. — 5. Homo certitudinem habet quando conclusio verificatur. Atqui existentia rei metempiricae verificari nequit. — 6. Pro viris scientificis, τὸ *cognoscibile* = τὸ *experimentale*. — 7. De rebus experimento non subjectis homines disputant sine fine : ex hoc elucet res istas esse incognoscibiles, etc.

Sommaire. — Tout, pour le Positivisme, se réduit au phénomène expérimentable : pas de causes, soit internes, soit externes ; pas d'entités prétendûment découvrables par l'esprit et affirmées par lui comme explication des faits expérimentés. Ces entités sont de l'âge théologique *ou* métaphysique, *lesquels sont désormais dépassés sans régression possible !*

Le Positivisme *n'est directement qu'une théorie de la connaissance; c'est un scepticisme partiel. Il y répond, le plus souvent, comme système ontologique, soit le* matérialisme, *qui supprime toute réalité autre que la matière, soit le* naturalisme, *qui supprime toute réalité extérieure ou transcendante à la nature.*

Le Rationalisme empirique *n'accepte pas les bornes assignées par le Positivisme à l'esprit humain. Il proclame la possibilité de la Métaphysique. La Métaphysique part du réel : elle est la science des conditions requises dans les êtres physiques, et donc empiriquement observables, pour qu'ils soient et se comportent comme nous voyons qu'ils sont et se comportent.*

Un double problème se pose : le problème de l'être *et le problème du* devenir.

A. Problème de l'être.— *Les êtres physiques* sont 1° *finis* 2° *étendus* 3° *spécifiquements divers* 4° *numériquement multiples : comment faut-il que les êtres soient constitués intérieurement pour qu'ils aient tous ces caractères ? — La Métaphysique, en s'appuyant sur les premiers principes issus de la notion d'être, répond que l'*être *fini est mêlé ou composé de puissance et d'acte : cette puissance et cet acte sont* essence *et* être *dans les êtres finis et spécifiquement multipliés ; ils sont, en outre,* matière *et* forme *dans les êtres étendus et numériquement multipliés dans l'unité d'espèce.*

B. Problème du devenir. — *Les êtres physiques* deviennent, *c'est-à-dire qu'ils changent, passent d'un état à un autre état. Deux sortes de changements sont observables : les uns, tout en modifiant l'être, le laissent dans son espèce — l'eau, par exemple, en se chauffant ne cesse pas d'être de l'eau ; les autres modifient tellement l'être qu'ils le font passer d'une espèce à une autre espèce — le chêne brûlé n'est plus du chêne.Comment faut-il que les êtres soient constitués intérieurement pour*

qu'ils changent de la sorte ? — La Métaphysique, en partant encore des premiers principes, répond que l'être changeant est composé de puissance et d'acte : cette puissance et cet acte sont substance *et* accident *dans les êtres qui changent sans changer d'espèce ; ils sont, en outre,* matière *et* forme *dans ceux qui subissent des changements spécifiques.*

Mais pour qu'un changement s'opère, ne faut-il pas que certaines conditions soient remplies ? — Là où il y a changement (accidentel ou spécifique) il y a une cause efficiente extérieure, une activité venue du dehors. La cause efficiente finie ne fait que modifier l'existant ; il n'y a que Dieu *qui crée l'existant de toutes pièces, qui produise l'être en tant qu'être. La cause efficiente adéquate des choses est donc* Dieu, *cause non causée, acte sans mélange de puissance.*

La cause efficiente, non seulement la première, mais surtout la première, agit téléologiquement ; *elle dispose les êtres et les activités des êtres en vue d'une fin. La disposition des êtres, aussi bien dans l'ordre statique que dans l'ordre dynamique, fait la beauté de l'univers, image lointaine de la beauté divine, perfection infinie.*

Tel se dessine grosso modo le plan de la Métaphysique ; ainsi s'achève la solution du double problème de l'être et du devenir. Dans cette solution n'interviennent aucune entité qui ne soit rigoureusement commandée par les exigences du donné sensible.

CAPUT IV

DE FIDE ET TESTIMONIO

Certitudines spontaneas habemus non de iis tantum rebus quas ipsi propriis viribus cognoscere potuimus : sc. vel experientia (interna aut externa), vel operatione mentis sive deductiva sive inductiva, verum etiam de rebus aliis, iisque multis, quarum cognitionem directam nunquam potuimus acquirere (Cf. Th. II). Nimirum plurima quae a nobis, sive propter angustias temporis aut spatii, sive ob intellectus nostri infirmitatem, attingi nequeunt, ab aliis hominibus cognosci nobisque communicari possunt. Cognitio hominum testimonio comparata non *scientia* vocatur sed *fides*.

Quamvis fides sit fons cognoscendi humanae menti maxime accommodatus, ex ea tamen, ut factis compertum est, profluunt errores tam multi ut necessitas urgeat confugiendi ad criterium quo testimonium verum a falso discernatur. Hujusmodi criterium diximus supra (Th. XV) repositum esse in evidentia indirecta, scilicet in manifestatione nexus cujusdam necessarii inter attestationem et realitatem rei testimonio traditae. Nexus iste tunc adest, cum conditiones quasdam adimpletas esse constat.

Exponendum est in praesenti capite quo pacto constare possit harum conditionum adimpletio ; atque ita elucebit quaenam judicia fidei jure haberi possint tanquam justificata. Loquemur 1. de testimonio orali immediato (Th. XL); 2. de testimonio orali mediato sc. de traditione (Th. XLI) ; 3. de testimoniis scriptis (Th. XLII) ; 4. pauca subnectemus de testimonio doctrinali (Th. XLIII).

THESIS XL[a]

Potest quandoque constare scientia et veracitas testis immediati (I) ; quo in casu testimonium historicum certitudinem objectivam suppeditare potest (II).

Auctores

Thesis nostra legi potest in libris manualibus neo-scholasticorum, vg. apud Tongiorgi, *Inst. Phil.*, I, n. 629 sqq. ; — Donat, *Critica*, pp. 161 sq. Multa etiam praebent : Ch. de Smedt, *Principes de la critique historique* (1) (Liège : librairie de la Société bibliographique belge, 1883) pp. 61 sqq. ; — MM. Langlois et Seignobos *Introduction aux Études historiques* [2] (Hachette 1899), pp. 130 sqq. — De testimonio psychologice inspecto et in specie de testimonio in foro judiciali multa quotidie scribuntur, de quibus legi potest D[r] Ernest Dupré, *Le Témoignage. Étude psychologique et médico-légale*, *Rev. des Deux-Mondes*, 15 jan. 1910, pp. 343-370.

Praenotanda

I. Notiones. — 1. ***Testis*** dicitur ille homo qui aliquid a se cognitum alteri communicat. *a*) *Immediatus* (vel *oculatus*) vocatur, si id refert quod ipse propriis sensibus percepit ; — *b*) *mediatus* vero (vel *auritus*), si illud ab alio narratum accepit.

2. ***Testimonium***, subjective intellectum, est actus quo aliquis rem quampiam alteri manifestat (= attestatio) ; objective sumptum, est res ipsa quae manifestatur. — Testimonium distinguitur :

1) Ratione *originis*, in divinum (= *Revelatio*) et humanum ;

2) Ratione *objecti*, in doctrinale et historicum, prout veritas speculativa aut eventus refertur ;

3) Ratione *medii*, in orale, scriptum (vel pictum) et

(1) « Ce petit ouvrage n'est,sauf les trois derniers chapitres, et des retouches sans importance, que la reproduction d'articles publiés en 1869 et 1870 dans les *Études religieuses*... Je me suis décidé à les réunir en volume à la prière de M. God. Kurth, M. l'abbé Duchesne, M. Marius Sépet... » Préface.

residuum. Residua, qua talia, sunt vestigia quaedam ex factis historicis relicta. Hujusmodi vestigia sunt *a*) vel *residua materialia*, vg. ruinae, arma, culinae, monetae, aedificia, ossa, etc., vel *b*) *residua formalia* seu *documenta*, si relicta sunt ex intentione factum aliquod sive coaevis sive posteris patefaciendi, vg. acta juridica (emptionis, venditionis, locationis, etc.), inscriptiones, monumenta commemorativa, etc.

3. ***Fides*** est *actus intellectualis* (sc. judicium) *quo aliquid tenetur ut verum propter auctoritatem testantis* (1). Clarum est non adhibendam esse fidem alicui unice quia locutus est, sed ob eam rationem quia dignus est cui fidatur. Qualitas in teste ob quam fide dignus sit vocatur *auctoritas*. Auctoritas testis simul apprehensa cum re testimonio tradita dicitur *motivum* fidei vel *objectum ejus formale*. Eadem auctoritas, quatenus menti innotescit, est simul veritatis criterium : sc. auctoritas efficit ut habeatur nexus necessarius inter attestationem subjectivam et realitatem rei traditae (= *evidentia objecti indirecta*).

II. De elementis auctoritatem constituentibus. — Auctoritas testis constituitur *scientia* ejus et *veracitate*. Etenim si constat testem certo scire id quod refert et simul fideliter referre id quod scit, testimonium ejus nequit esse falsum.

---

(1) Le témoin n'est pas un maître qui enseigne. L'enseignement se propose d'instruire en faisant comprendre. Le témoignage instruit sans faire comprendre ; il communique la connaissance d'une chose non en la faisant voir, mais en l'affirmant purement et simplement. Le maître et le témoin se servent également de signes ; mais, remarque saint THOMAS, les signes employés peuvent conduire à la *science* ou conduire à la *foi* : ils conduisent à la science, s'ils font *voir* la vérité, en la rattachant aux premiers principes d'évidence immédiate et cogente ; ils conduisent à la foi si, sans faire voir la vérité, ils la font *croire*. « Si autem aliquid alicui proponat ea quae in principiis per se notis non includuntur, vel includi non manifestantur, non faciet in eo scientiam, sed forte opinionem vel fidem. » *De Verit.* XI. 1. On comprend par là quelles conditions sont requises pour qu'un professeur soit un maître, et non un témoin.

Quare totus labor *artis criticae* in dignoscenda scientia et veracitate testis consistit.

Ad determinationem scientiae et veracitatis assequendam duae leges psychologicae inserviunt :

1ª lex : « *Omnes homines naturaliter scire desiderant* » (ARIST., I *Met.* 1), i. e. homines natura duce cupiunt cognoscere id quod est. — Homines igitur, huic inclinationi sponte obedientes, cognoscunt ea quae sine labore apprehendi possunt. Quapropter, praesupposita possibilitate metaphysica facti — qua deficiente eo ipso evanesceret scientia testis —, inquirendum est utrum testis talis et in talibus adjunctis fuerit ut cognoscere potuerit id quod ab eo refertur ; utrum praeterea sagax sit, attentus, prudens, etc. Caeteris paribus difficilius fidendum est pueris et feminis ; magis fidendum est pluribus quam paucis et a fortiori unico testi. Videndum est insuper num factum quod refertur sit, natura sua, facile cognoscibile, vg. inundatio, incendium, pestis, bellum, victoria reportata, etc.

2ª lex : « *Nemo gratis mendax.* » — Inductione universali compertum est homines non veritatis tantum, sed veracitatis quoque studiosos esse, ita quidem ut non decipiant nisi sub influxu cupiditatis vel alius passionis quae naturalem veracitatem impediat. Quare inquirendum est utrum testes fuerint tales et in talibus adjunctis positi ut rationem aliquam habuerint veritatem celandi atque ideo decipiendi. Quodsi hujusmodi ratio appareat exclusa, testimonium est certo fide dignum : mendacium enim, seu locutio difformis a mente, absente causa mentiendi, esset effectus ratione sufficienti carens — quod repugnat.

III. De certitudine fidei. — Ubi constat defuisse rationes sive errandi sive decipiendi, testimonium certitudinem gignere potest. Certitudo fidei dicitur quidem *moralis*, eo quod *proxime* nitatur in legibus psychologicis quibus mores hominum subjici solent ; at fundamentum ejus ultimum debet esse principium rationis sufficientis. Nempe testimonium, sicuti quodlibet factum, rationem sui suffi-

cientem postulat. Haec autem ratio sufficiens non est illusio in teste — siquidem constat ejus scientia; neque est mendacitas ejus — nam constat ejus veracitas. Sola igitur ratio sufficiens testimonii est ipsa realitas facti testimonio traditi. Postquam hoc ultimum manifesto constitit, certitudo fidei fit *reductive metaphysica :* tunc enim nexus necessarius viget inter attestationem et realitatem rei traditae.

Nota. Fatendum est nonnunquam auctoritatem testis probabiliter tantum constare. Quod si nihilominus in hoc casu homo assensum firmum rei traditae praestet, sese propria culpa periculo errandi exponit.

IV. **De partibus voluntatis in assensu fidei.** — Dictum est : ubi constat auctoritas testis, testimonium historicum certitudinem objectivam gignere *potest :* non dicimus : gignere *debet.* Etenim, cum attestatione fide digna res tradita non fiat in se visa, assensus in eam praestitus requirit directam motionem voluntatis. « *Credere non potest nisi volens* » (S. Aug.). Varii autem casus accidere possunt : *a*) Quandoque, ex una parte, res apparet evidenter credibilis saltem ita ut omnis ratio prudens errorem timendi excludatur ; et, ex altera parte, nihil boni apparet pro voluntate in imperio suo denegando : tunc motio voluntatis in assensum intellectu praestandum tam spontanee elicitur ut conscientia non animadvertetur, vg. quando agitur de admittenda existentia Africae vel Americae, vel magnarum urbium quas nunquam vidimus. *b*) Quandoque, non obstante evidentia credibilitatis, aliquod bonum apparet in assensu denegando : tunc actio voluntatis valde manifesta est, vg. in acquiescendo mysteriis captum rationis humanae superantibus.

Quibusdam videtur postremus casus psychologice impossibilis, iis scilicet qui distinguere nolunt evidentiam credibilitatis ab evidentia veritatis (cf. Th. III) (1). Lis diri-

(1) Certains auteurs distinguent la *foi scientifique* et la *foi d'hommage. a*) La foi *scientifique* est l'assentiment donné à une proposition à cause qu'on la voit évidemment croyable, i. e. parce qu'on s'est démontré le *fait* du témoignage et l'*autorité* du témoin par des

menda est factis. — Concedendum est interim credibilitatem ipsam plerumque non innotescere absque voluntate recte disposita : nempe, ubi res tradita displicet, i. e. quando opiniones praeconceptas perturbat vel cupiditatibus obstat, vix est ullum documentum cujus auctoritas non habeatur tanquam incerta aut spuria. Exempla hujusce rei quotidiana sunt. Porro viri philosophi est, passionibus quibuslibet exclusis, secundum normas objectivas vitam suam intellectualem moderari.

DEMONSTRATIO

Ia PARS : Constare potest auctoritas testis immediati.

Duae sunt partes in thesi, quarum secunda potest haberi tanquam corollarium prioris.

Distinguendi sunt casus in quo unus vel pauci testes sunt, et casus in quo multi habentur .

Primus casus. — *Si unus vel pauci testes sunt*, certo potest constare :

I. *Scientia testis*, sc. testem non potuisse errare in cognoscendo facto quod narrat. Etenim : *a*) cognosci potest *sensus* testantis *apte dispositos* fuisse : hoc constat vel explicite (sc. per directam observationem) vel implicite, sc. id merito supponi potest, nisi specialis ratio contrarium suadeat : nam sanitas organorum est status homini naturalis ; — *b*) cognosci potest *sensus* testantis *rite applicatos* fuisse et

---

arguments (= motifs de crédibilité) qu'on estime concluants. La foi scientifique, ajoute-t-on, peut être contrainte ; les arguments peuvent forcer l'assentiment de l'esprit. — *b*) La *foi d'hommage* est l'assentiment donné à une proposition à cause qu'on juge le témoin compétent et digne de toute confiance. En ce cas, l'autorité du témoin étant supposée connue et démontrée, on ne croit pas à cause de cette démonstration, mais uniquement à cause de l'autorité du témoin que l'on veut honorer. La foi d'hommage, dit-on, dépendrait toujours de l'influx libre de la volonté. — Le moins que l'on puisse dire sur cette distinction, c'est qu'elle est fort subtile ; ce qui est, en outre, certain, c'est que beaucoup d'auteurs ne parviennent pas à la saisir.

debitam ab eo diligentiam in facto observando adhibitam esse : hoc nimirum constat α) vel *ex indole facti* — si facile observari potuit, si publicum, illustre, si inconsuetum et proinde curiositatem excitans fuit (nam tunc non potest homo resistere inclinationi qua impellitur ad scientiam rerum comparandam) ; — β) vel *ex indole testis* aliunde cognita — si vir prudens et sagax est ; si veracitas ejus constat, cum is nequeat dici verax qui rem testatur quam modo insufficienti exploravit, etc. — Caeterum notandum est majorem obtineri posse certitudinem de scientia testis circa substantialia quam circa secundaria adjuncta facti. Cfr. auctores citati.

II. ***Veracitas testis***, sc. testem in facto referendo nolle decipere. 1° Non sufficit diuturna consuetudo cum teste ut sinceritas quasi semel pro semper comperta sit : nam ex mero facto veracitatis in tempore praeterito non licet veracitatem praesentem concludere, cum homo semper sit liber ; sed confugiendum est ad legem psychologicam, de qua in Praenot. — 2° Hinc : *a*) inquirendum est num testi rationes adfuerint veritatem alterandi, sc. emolumentum sperandum, damnum vitandum. Quodsi nullae appareant, imo si ex ejus dictis non emolumentum sed potius detrimentum proprium testis resultat, testimonium ejus est certo verum. Non solet enim homo mentiri, si in mentiendo nulla reperitur utilitas, et a fortiori si ipsi ex mendacio damna gravia sequuntur. Exceptio huic legi psychologicae, sc. homo mentiens ex amore mendacii, rarissime contingit, et, ubi adest, facile potest detegi ; — *b*) Certitudo de veracitate testis multum confirmatur, si plures sunt alii homines qui factum norunt quod testis tradit, eique non contradicunt, ubi praesertim utilitas eis esset in denuntianda fraude : nam sic habetur consensus tacitus.

SECUNDUS CASUS. — *Si multi testes existunt* idem attestantes saltem quod attinet ad substantialia facti, facilius innotescit auctoritas testimonii. Constat enim :

I. ***Scientia testium :*** scilicet fieri nequit ut multi homines

diversae indolis simul et eodem modo deficiant in sanitate sensuum, in eorum debita applicatione, ita ut omnes in eumdem errorem incidant. Excipe casus ubi testes simul collecti in se mutuo agunt (= *hallucinatio collectiva*).

II. ***Veracitas testium :*** fieri enim nequit ut multi homines quibus diversa sunt studia, vitae conditiones, commoda et incommoda, in idem mendacium consentiant : nam non omnes possunt aliquam utilitatem in mentiendo reperire.

IIª PARS : Testimonium fide dignum certitudinem objectivam gignere potest.

EXPLICATUR. — Ubi certa est scientia et veracitas testis, et proinde ubi testimonium est fide dignum, intercedit nexus necessarius inter attestationem subjectivam loquentis et realitatem rei traditae. Unica namque ratio sufficiens testimonii fide digni est ipsa realitas extra-subjectiva rei testimonio traditae. Cf. PRAENOT. III. Quare affirmatio rei testatae (sc. determinatae propositionis) in auctoritate testis innixa necessario conformis est cum ordine rerum objectivo, ideoque vera.

Scholion : *De factis internis.*

In thesi actum est explicite de factis *externis*, quae a pluribus hominibus et eodem modo observari possunt. Quaeri potest utrum certitudinem obtinere possimus de factis *internis*, quae uni soli immediate nota sunt. Mos fuit, per multos annos, ut ii omnes qui se atheos profiterentur, vg. pantheistae, materialistae, deterministae, etc. ab apologetis mentiri dicerentur. Nunc autem factum pro certo admissum explicare conantur. — Jamvero de factis *internis* valet nostra thesis : testis enim, etiam unicus, fidem meretur, si certo constat ejus scientia et veracitas. Porro de factis internis *scientia* non deficit, cum hujusmodi facta sint objectum immediatum conscientiae ; *veracitas* autem in his factis referendis dignosci potest mediantibus principiis psychologicis quae valent de quolibet teste.

Attamen difficultas major adest ubi agitur de factis internis.

Difficultates.

1. Cumulatae probabilitates nequeunt certitudinem gignere. A. Testimonia humana, quantumvis multa, nihil sunt aliud nisi cumulatae probabilitates : cum fieri possit ut singuli falsum dicant. R. c. M ; d. m. sejunctim sumpta, c. ; conjunctim sumpta, sd. si nullum motivum novum certitudinis oritur, c. (et nego suppositum); secus, n. — 2. Testes conjunctim sumpti non fiunt magis veraces : siquidem manent natura sua fallibiles atque mendaces ; et proinde eorum testimonium non magis valet quam ubi sejunctim sumuntur. R. Valor testimonii non provenit ex mero cumulo testimoniorum materialiter sumpto, sed ex eo quod cumulus ipse est novum factum quod rationem sui sufficientem habere nequit nisi in veritate rei testatae. Singuli testes, ut membra collectionis, retinent naturam suam et proinde possibilitatem physicam errandi et decipiendi ; sed ipsa consensio testimoniorum ostendit hanc possibilitatem physicam esse ligatam et hic et nunc in actum non transire : sc. moraliter impossibile est tot testes, studiis et commodis differentes, in eodem mendacio convenire. — 3. Saltem si agitur de miraculo, nihil probat consensio testimoniorum. Nam multos testes errare aut mentiri est tantum moraliter impossibile ; sed fieri miraculum est physice impossibile. Ergo, cum physica impossibilitas nos magis movere debeat quam moralis, miraculum numquam erit admittendum (ita D. Hume). — R. Miraculum est possibile metaphysice : Deus enim, utpote auctor naturae, legibus physicis dominatur, quae igitur eatenus sunt constantes quatenus haec constantia Deo placet. Hinc ubi homines fide digni testantur exceptionem aliquam factam esse legibus naturae, aliquid affirmant quod est intrinsece possibile, sc. interventum Dei in rebus naturae. Quare in testimonio quo miraculum refertur non est concilianda impossibilitas physica miraculi cum ejus

certitudine morali, sed ejus absoluta possibilitas cum ejus actuali realitate — in quo sane nulla est difficultas.

Sommaire.— Il est des choses que nous estimons certaines uniquement sur le dire d'autrui. Quelques auteurs semblent justifier cette attitude en faisant remarquer que la foi est indispensable à la société. Il est raisonnable, affirment-ils, d'admettre la valeur d'une chose dont on ne peut se passer. Or, il est impossible de vivre physiquement si l'enfant ne croit pas sa mère ; impossible de vivre intellectuellement si l'on ne commence par croire le maître ; impossible de vivre moralement et socialement si l'on ne croit à certains faits dont on n'a, et dont quelquefois l'on ne peut avoir, aucune garantie directe. Et l'on apporte des textes classiques de saint AUGUSTIN (1), *de saint* THOMAS (2), etc. *D'autres font appel à l'instinct de crédulité mis en nous par la nature, et qui ne peut avoir pour résultat de nous mener à l'erreur. Au reste, ajouterait un pragmatiste, la preuve que nous avons raison de croire à la parole d'autrui, c'est que cela généralement nous réussit.*

En réalité cette justification des certitudes de foi n'est pas suffisante. De ce qu'il est raisonnable de croire à telles ou telles choses, il ne suit pas que ces choses sont certaines ; il suit seulement qu'elles sont probables, et qu'en beaucoup de cas la probabilité nous suffit pour vivre. Autre chose est la certitude raisonnable (assentiment de foi strictement dit), autre chose la probabilité raisonnable. Nous pouvons avoir raison de

---

(1) « Quaero enim, si quod nescitur credendum non est, quomodo serviant parentibus liberi, eosque mutua pietate diligant quos parentes suos esse non credant. Non enim ratione ullo pacto sciri potest, sed interposita matris auctoritate de patre creditur. De ipsa vero matre plerumque non matri sed obstetricibus, nutricibus, famulis, nam cui furari filius potest aliusque supponi, nonne potest decepta decipere ? Credimus tamen et sine ulla dubitatione credimus quod scire non posse confitemur. Quis enim non videat pietatem, nisi ita sit, sanctissimum generis humani vinculum superbissimo scelere violari ? Nam quis vel insanus eum culpandum putet qui eis officia debita impenderit quos parentes esse crediderit, etiam si non essent ! Quis contra non exterminandum judicaverit qui veros fortasse parentes minime dilexerit, dum ne falsos diligat metuit. Multa possunt afferri quibus ostendatur nihil omnino humanae societatis incolume remanere si nihil credere statuerimus quod non possimus tenere perceptum. » *De utilitate credendi*, c. 12 ; M. XLII, 89 ; cf. c. 16 ; *De vera religione*, c. 2 ; M. XXXIV, 123.

(2) *C. Gent.*, I, c. 4 ; *in Boeth. de Trin.*, q. 3, a. 1 ; *Opusc. VI* (Ed. Rom.).

faire pratiquement comme si une proposition très probable était certaine ; nous aurons tort de tenir une proposition spéculativement probable pour spéculativement certaine (Cf. TH. I).

Pour affirmer comme objectivement certaine une proposition quelconque, il faut que nous voyions de quelque manière que l'attribut de cette proposition convient au sujet. Si nous ne le voyons pas nous-mêmes, il faut qu'un autre le voie pour nous et nous dise qu'il l'a vu. Cet autre s'appelle témoin, et l'acte par lequel il nous communique ce qu'il a vu (ou prétend avoir vu) s'appelle témoignage. Dans certains cas, nous pouvons avoir l'assurance que le témoignage est autorisé, que le témoin connaît vraiment ce qu'il dit et dit exactement ce qu'il connaît. L'enquête à laquelle nous avons à nous livrer pour être sûrs que le témoin possède science et véracité est dominée par les deux grandes lois psychologiques suivantes : 1. « Tout homme aime à savoir » ; — 2. « Tout homme aime à dire ce qui est », d'où il suit que personne ne ment là où il n'a aucun intérêt à mentir. *Entre le fait du témoignage autorisé et la réalité du fait attesté il existe un lien nécessaire, fondé sur le principe métaphysique de raison suffisante.*

THESIS XLI[a]

Testimonium orale mediatum seu traditio oralis, sub quibusdam conditionibus quarum adimpletio quandoque constat, certitudinem objectivam suppeditare potest.

Auctores

Ch. DE SMEDT, *Op. cit.*, cc. X, XI, XII (1) ; — Hippolyte DELEHAYE, *Les légendes hagiographiques* [2] (Bruxelles 1906) ; — LANGLOIS et

---

(1) Peut-être nous saura-t-on gré de résumer ici ces trois chapitres.

Ch. X. — De la tradition orale. — Observations préliminaires.

1° Distinguer entre la *tradition dogmatique* ayant pour elle des promesses divines d'infaillibilité et les *traditions historiques* (même religieuses) qui n'ont rien d'infaillible. 2° Pour que toute tradition *historique* fût admissible, il faudrait prouver que le clergé a toujours été de telle qualité qu'on ne le peut aucunement suspecter d'avoir rien aimé à la légère ni rien dénaturé. Mais comment n'être pas en garde, quand on trouve dans les anciens rituels les cérémonies de la fête des fous ou de celle de l'âne ? Comment expliquer qu'environ vingt églises possèdent un des clous de la Croix, sans compter Notre-Dame de Paris, qui en montre trois dans son trésor ? 3° Quel cas faut-il faire des auteurs qui ne citent pas leurs sources ? Le cas que l'on fait de toute tradition historique (cf. ch. suiv.). Remarquer que les Peres de l'Église, n'étant souvent rien moins que des critiques,

Seignobos, *Op. cit.*, pp. 151 sqq. ; — Herbert Thurston, S. J., *Our popular devotions*, in *The Month*, 1900-1901 ; Id., « *Iconoclastic Criticism* », *Ib.*, March 1911, pp. 246-257 ; — Abbé Boudinhon, *Rev. du clergé français*, déc. 1901 ; — Abbé Saltet, *Un faussaire bordelais en 1642* in *Bull. de litt. eccl.*, jan. 1911, etc. — De modo agendi S. S. Pontificum relate ad traditiones religiosas populares cf. Savio, S. J., in *La Scuola Cattolica*, jan. 1909, et Pius x, Encycl. *Pascendi* (ed. *Bonne Presse*, pp. 184-186).

Praenotanda

I. **Status quaestionis.** — Quod aliquis directe percepit, illud potest aliis communicare vel *ore* vel *scriptis* docu-

---

ont pu se tromper et relater des traditions fausses. Par contre, l'historien Eusèbe a une vraie valeur (p. 178).

Ch. xi. — *Autorité de la tradition populaire.*

Cette autorité est sujette à caution : une tradition peut être fausse, comme le montrent plusieurs exemples contemporains. Il est donc nécessaire de la critiquer. Comment ? Trois méthodes en présence :

1° Admettre comme vraie la substance des faits et écarter le détail fabuleux. Mais, outre que cette méthode est essentiellement subjective, il arrive que la substance même d'un fait n'a de réalité que dans l'imagination populaire. Il semble que ce soit le cas des *martyrs céphalophores :* la source de cette tradition paraît être le texte de saint Jean Chrysostome : « Comme des soldats s'adressent avec confiance à leur roi, lorsqu'ils peuvent lui montrer des blessures reçues à son service ; de même, ces saints martyrs se présentant devant le roi du Ciel, *avec leur tête entre les mains*, obtiennent de lui tout ce qu'ils désirent. » (*Hom.* 40, *in SS. Juventinum et Maximum*. M. XLIX-X, col. 576).

2° Une tradition peut être crue si, son objet étant éclatant, elle a été admise longtemps sans protestation (= *argument de prescription*). Méthode mauvaise, car on trouve des traditions présentant ce double caractère et qui sont certainement fausses, vg. la papesse Jeanne (p. 197), les Fausses Décrétales (p. 198).

3° Méthode probablement la meilleure : étudier le milieu de transmission de chaque tradition (on sait que telle époque, vg. le Haut Moyen Age, a le sens critique très peu développé). — « Discuter chaque tradition à part, constater avec précision les circonstances où elle s'est produite. »

Ch. xii. — *Application : La tradition de l'épiscopat de saint Pierre à Rome.* — Le premier témoignage est fourni, dès la fin du IIe siècle, par saint Irénée (*Adv. haer.*, III, 2, 3). A partir de cette époque, les textes abondent, vg. Eusèbe (*Hist. eccl.*, V. 28), saint Cyprien, etc.

mentis, etc. Quando attestationem ipsi accipimus, sat facile cognoscere possumus quae sit auctoritas testis, sc. observando, inquirendo, ratiocinando, seu applicando ad particularem casum leges psychologicas quibus solent homines in vita quotidiana dirigi. Sed plerumque accidit ut inter relationem testis immediati et nos longa intercedat catena testium inter se mutuo dependentium. In hoc consistit *traditio*.

a) *Traditio stricte oralis* ea est quae ore transmissa est. Opus artis criticae tunc situm est in detegenda auctoritate omnium membrorum transmittentium, procedendo ab eo qui rem ultimo tradidit usque ad primum totius seriei.

b) *Traditio oralis* post aliquod tempus *scriptis* consignari solet. Tunc, praeter auctoritatem traditionis ipsius, determinanda est auctoritas documenti scripti : sc. utrum sit authenticum, integrum, traditionem fideliter referens. De hac postrema quaestione tractabit thesis sequens.

Nunc quaeritur utrum traditio oralis possit nos ad certitudinem objectivam ducere circa facta praeterita.

II. **Status opinionum.** — 1. Alii *negative* respondent : ita inter alios Locke, Bonnet, Laplace, Craig, Rabier, Mortet, Langlois et Seignobos. — 2. Alii negative respondent non simpliciter, sed pro illis casibus in quibus traditio oralis miracula refert : ita inter alios J.-J. Rousseau, Diderot, D. Hume, D. Strauss, E. Renan, etc. — 3. Alii affirmative respondent, dummodo tamen constet causas omnes errandi exclusas esse.

His consentit thesis. Non equidem negatur pro crescente multitudine testium intermediorum generatim minui auctoritatem testimonii, quia *a*) error in transmissione facilius irrepere potest, et *b*) quia major est difficultas in dignoscenda scientia et veracitate singulorum testium. His non obstantibus, ubi adimpletae sunt certae conditiones, ita potest innotescere exclusio erroris ut quodvis dubium prudens de realitate facti traditi sit remotum.

III. **Delimitatio thesis.** — 1° Agitur de traditione *histo-*

rica. Nimirum a *traditione humana*, quae definiri potest : « transmissio sine scriptis rei alicujus ab una generatione ad alteram, mediis mere naturalibus effecta », sedulo distinguenda est *traditio dogmatica*, quae fit mediis supernaturalibus et quae simul cum Scriptura sacra depositum Revelationis continet.

2° In traditione historica non omnia sumenda sunt « per modum unius » ; sed distinguenda sunt substantialia et accidentalia facti, imo diversa puncta facti transmissi : ex eo scilicet quod aliquae partes sint falsae, nondum sequitur integram traditionem quoad omnes suas partes fabulam esse.

3° Certitudo de re traditione orali accepta difficile justificatur. Multae enim concurrere possunt causae sive condendi sive amplificandi facta quae postea publice divulgantur. Legatur H. Delehaye, *Op. cit.*, passim, vg. pp. 20, 27, 45, 62. Hujusmodi causae excludendae sunt ut alicui traditioni jure liceat adhibere fidem. In hoc opere exsequendo adhibendae sunt regulae et praxis *artis criticae*.

DEMONSTRATIO

Argumentum. — Certitudo objectiva de factis traditione orali transmissis haberi potest, si traditio neque fabricari neque decursu temporis substantialiter mutari potuerit. Atqui hoc obtinere nonnunquam constare potest. Ergo.

Minor probatur :

Duplex casus adesse potest :

Primus casus. — Aliqua traditio est : *a*) *ampla et constans*, i. e. nunc apud multos divulgata, singulis praecedentibus generationibus nota, ita quidem ut adscendat per ininterruptam seriem, viis independentibus, usque ad testimonia immediata, secum concordantia, nullis aut paucis contradicentibus ; — *b*) est de facto *publico*, facilis observationis, tali ut animos commoverit; — *c*) est *de re gravi*, magnum momentum habente et pro tradentibus et pro

accipientibus (vg. necessitas privatae confessionis, etc.). In hujusmodi adjunctis traditio neque *potuit fabricari* neque *substantialiter mutari.*

I. ***Non fabricari.*** — Nam moraliter impossibile est ut multi homines, diversae indolis et a se mutuo independentes, aut casu coïnciderint aut consilio conspiraverint in eodem facto fingendo aliisque tradendo, praesertim si factum de quo agitur natura sua publicum est et magni momenti.

II. ***Non substantialiter mutari.*** — *a) non a prima generatione : α) non consilio :* nam prima generatio non potuit conspirare ad alteram decipiendam, ob diversitatem, imo oppositionem inclinationum in hominibus diversae aetatis, sexus, occupationis, ingenii, etc., et saepe etiam ob distantiam locorum ; — β) *non casu :* nam homines unius generationis non simul moriuntur ; sed eodem tempore multi homines diversarum generationum simul vivunt, non tantum parentes cum liberis, sed etiam avi cum nepotibus, imo proavi cum pronepotibus. Quare si parentes voluissent decipere liberos suos, avi vel proavi statim contradixissent ; vel si hi jam defuncti essent, senes in aliis familiis, cognatis, affinibus vel saltem amicis aut notis contra fraudem insurrexissent.

b) Non in reliquis generationibus : nam ob easdem rationes, tertia non potuit decipi a secunda, nec quarta a tertia, etc. Confirmatur quoque argumentum, si agitur de natione vel populo apud quem traditiones religiose servantur.

Nota. Si in aliqua traditione orali desint adjuncta supradicta, haec vel non erit ampla nec constans, vel non erit de substantia facti alicu jus publici aut magni momenti pro tradentibus et accipientibus.

Secundus casus. — *Traditio non est ampla aut constans* sed per plures generationes est quasi unilinearis, ita scilicet ut testis immediatus rem tradiderit unico, qui iterum unico tradidit, et sic deinceps. Principium criticum est

idem : sc. inquirendum est utrum traditio potuerit fabricari aut postea substantialiter mutari.

1° Hoc rarissime constabit si traditio est stricte unilinearis. Attamen certitudinem in hoc casu impossibilem esse non licet a priori asserere. Ex. gr., si primus testis (sc. auctor traditionis) rem tradit sibi injucundam vg. se non esse sobolem aut haeredem legitimum, in hoc nequit mentiri ; audiens autem (sc. filius vel amicus, etc.) rem traditam non accipiet absque cautela ; si nihilominus eam contra proprium commodum aut contra amicitiae jura alteri communicat, hoc non faciet nisi veritate compulsus ; et ita porro. In hoc casu certitudo obtinetur eo quod constat de crisi serio facta ab unoquoque membro in serie testium, non directe quidem sed mediante teste ultimo.

2° Generatim vel sunt plures testes immediate eamdem rem uni transmittentes : in hoc casu major est auctoritas testis *mediati*, quia id quod tradit a pluribus immediate accepit. Vel est unus testis immediatus eamdem rem pluribus communicans : tunc major est auctoritas testis *immediati*, quippe quae a pluribus admissa sit.

Nota. Quandonam, de facto, conditiones ad certitudinem objectivam requisitae adsint necne, non philosophia dicit sed *Critica historica.*

Difficultates.

1. Traditio oralis natura sua est continua alteratio rei traditae ; imo multa fingit, multa amplificat, multa minuit ; et nulla analysi historica discerni potest verum a falso (1). — R. Traditio stricte historica, sc. de factis ad vitam familiae vel gentis pertinentibus, res traditas non solet substantialiter mutare ; quare haec non est confundenda

(1) « La tradition orale est par sa nature une altération continue ; aussi dans les sciences constituées n'accepte-t-on jamais que la transmission écrite. Les historiens n'ont pas de motifs avouables de procéder autrement, tout au moins lorsqu'il s'agit d'établir un fait particulier. » Langlois et Seignobos, *Op. cit.*, p. 153 ; cf. É. Rabier, *Logique*, p. 325.

cum traditione vulgari (*gall.* légende) quae res fabulosas transmittit ad facta ordinis physici explicanda, vel etiam ad recreandos animos. — 2. Certitudo facti praeteriti decrescit pro crescente numero intermediorum ; atque ideo necessario evanescere debet (1). — R. Nego : eaedem nempe rationes, quae primos testes mediatos moverunt ad veritatem rei traditae admittendam, semper et pro omnibus successive generationibus valorem suum retinebunt.

Sommaire. — De ce que les traditions orales sont d'un contrôle difficile et qu'un grand nombre ont été reconnues fausses, certains critiques concluent que l'histoire n'a pas à en tenir compte. C'est excessif.

La transmission orale des faits d'une génération à l'autre est, à coup sûr, exposée à des déformations et à des grossissements de plus d'un genre : fama crescit eundo. *Il résulte de là non point que toute tradition est condamnée d'avance, mais que toute tradition doit être soumise à un sérieux examen critique. Les règles à suivre pour établir la valeur d'une tradition doivent montrer qu'entre telle tradition (ayant certains caractères parfaitement définis) et la réalité du fait transmis, il existe une relation d'effet à cause. En ce cas, la certitude du fait transmis est une certitude métaphysique, fondée sur le principe de raison suffisante.*

Il faut s'assurer que les témoins, depuis le premier jusqu'au dernier de la série, n'ont pu ni se tromper, ni tromper. A cet effet, il est nécessaire de remonter la chaîne des témoignages, d'étudier le milieu de transmission, le lieu d'origine, l'époque, etc. Il est clair que les traditions n'offrent pas toutes les mêmes difficultés de contrôle. L'on arrivera généralement à la certitude : a) si les faits transmis sont d'une importance capitale, *susceptibles d'impressionner vivement les esprits ;*

---

(1) « Un géomètre anglais Craig... appliquant ce principe (de la décroissance des certitudes à mesure qu'on s'éloigne des faits rapportés) à la certitude des faits du siècle d'Auguste, a calculé que ces faits cesseraient d'être croyables à partir de l'an 3153. Daunou et avant lui d'Alembert (*Eléments de phil.*, c. V, § 6, *de l'Art. de conjecturer*) ont surabondamment réfuté ce sophisme, et montré que, si l'affaiblissement de la probabilité d'un fait est incontestable quand ce fait est appuyé seulement sur le témoignage verbal, il n'en est pas de même quand le fait est transmis par écrit. Le témoignage une fois fixé dans un livre, sa probabilité demeure fixe. » É. Rabier, *Op. cit.*, p. 326. — Nous pensons que le temps ne fait rien à l'affaire, et qu'une tradition est toujours valable dès qu'on peut répondre de tous les intermédiaires.

b) si la tradition a été ininterrompue, *si elle s'est traduite par des fêtes, des cérémonies civiles ou religieuses ; c) si elle est* uniforme, *si elle se retrouve sans variations notables chez différents peuples, de culture et d'intérêts divers ; d) si elle n'est* contredite *par aucun document stable de l'histoire.*

Si, comme c'est le cas ordinaire, la tradition est, à un moment donné, consignée par écrit, la critique historique devra voir si cet écrit se présente avec les garanties exigées d'authenticité et d'intégrité.

THESIS XLII[a]

Testimonium historicum scripto consignatum, sub quibusdam conditionibus quarum adimpletio quandoque constat, certitudinem objectivam suppeditare potest.

Auctores

Opus in re nostra classicum est : E. Bernheim, *Lehrbuch der historischen Methode und der Geschichtsphilosophie* (5 éd., Leipzig, 1908) ; compendium ejusdem operis praebet : Id., *Einleitung in die Geschichtswissenschaft* (coll. Göschen, Leipzig, 1905). — Multa etiam optime dicta reperiuntur apud : Ch. de Smedt, *op. cit.* ; — H. Delehaye, *Les légendes hagiographiques ;* — Langlois et Seignobos, *op. cit.* ; — G. Monod, *L'histoire* dans *La Méthode dans les sciences* (Alcan 1909) (1).

Praenotanda

I. **Status quaestionis.** — Ubi nosmetipsi testimonium accepimus a testibus, sive immediatis sive mediatis, factum ipsum attestationis est manifestum ; atque proinde sola auctoritas testimonii est critice perpendenda. At vero, cum scripta solummodo relicta sunt, duplex exsurgit problema : 1° utrum in scriptis contentum sit aliquod testimonium ; 2° utrum testimonuim istud aliquid valoris possideat.

---

(1) Sur la manière d'organiser un travail d'histoire on trouvera de très utiles indications dans L. Fonck, *Le travail scientifique* (trad. J. Bourg et A. Décisier, Beauchesne 1911) ; dans L. Bréhier et G. Desdevises du Dézert, *Le travail historique* (3 éd. Bloud 1908) ; dans trois articles de l'*Ami du Clergé* (31 mars, 5 mai, 1er sept. 1910) intitulés : *Comment on prépare un travail historique ; Comment on recherche la bibliographie d'un sujet ; Comment on étudie les Chartes ; la Diplomatique.*

Facta praeterita ex documentis critice inspectis desumpta et ordinate digesta *Historiam* constituunt. Historia fidem facere potest quando constat facta in ea consignata ex fontibus indubiis, sc. ex documentis authenticis et veridicis, hausta fuisse.

Documentis *scriptis* (vg. inscriptiones, narrationes, biographiae, diarii, etc.) adnumerari solent documenta *figurata* seu monumenta, vg. templa, palatia, sepulcra, numismata, sigilla, etc., imo vasa, culinae, arma, supellex, etc.

II. De critica historica. — Ad valorem documenti scripti determinandum inservit ea scientia methodica quae *Critica historica* appellatur. Haec dijudicandum habet utrum existat nexus necessarius inter documentum aliquod scriptum et realitatem facti documento asserti. Ad hoc perficiendum opus, praemissa *Heuristica*, quae de colligendis documentis agit, concurrunt *Critica externa* (seu *inferior*), quae integritati et origini documentorum studet (= *Critica eruditionis*, vel *de authentia*) et *Critica interna* (seu *sublimior*), quae eorum sensum et valorem investigat (= *Critica veritatis* vel *auctoritatis*) (1).

(1) « La division du travail qui s'impose de notre temps a introduit la distinction commode de critique textuelle, critique littéraire, critique réelle. La critique textuelle s'efforce de reproduire le texte primitif, tel qu'il est sorti de la plume de l'auteur. La critique littéraire demande à l'auteur quel genre il a entendu choisir : s'il est poète, moraliste, historien ; s'il a été témoin oculaire ou s'il a suivi des sources ; si ces sources étaient écrites ou un simple témoignage oral ; s'il a refondu sa matière, ou s'il s'est contenté d'abréger ou de compiler. La critique réelle s'attaque à l'objet même du livre, discute sa véracité s'il s'agit d'histoire, non pas seulement d'après les garanties qu'il paraît offrir de sincérité et de bonne information, mais d'après ce que nous savons de certain en histoire ; s'il s'agit de doctrines, elle en pèse le sens et la portée. C'est ce que nos voisins d'outre-Rhin et d'outre-Manche nomment *critique supérieure*. Mais il faut en prendre son parti, aucune de ces critiques ne doit être exercée dans un isolement complet. On peut laisser à un spécialiste le soin de colliger les variantes, à un historien la tâche d'accumuler les matériaux. L'exégèse, à tout le moins, devra se rendre compte des trois phénomènes qui s'éclairent mutuellement, de la trans-

A. *Critica externa* duo inquirit :

Primo : Utrum documentum quod prae oculis habetur tale prodierit ab auctore quale nunc jacet, i. e. *a*) utrum sit *autographus*, utrum sit servatus immunis tum a mutilatione tum ab interpolatione ; — *b*) utrum sit *apographus* (reproductio seu transcriptio), utrum in scriptione irrepserint menda, casu vel consulto introducta ; — *c*) utrum sit *apographus unicus*, an *unus ex pluribus :* tunc quaerendum est utrum apographi sint a se mutuo independentes ; quisnam textum primitivum fidelius reproducat, etc. His peractis, textus originalis est restituendus, quantum fieri potest, additis conjecturis et « variantibus », ubi certitudo obtineri nequit (= *Crisis integritatis* vel *restitutionis*). Exemplum hujus rei habetur in textu critico *Novi Testamenti* a Tischendorf edito (1).

Secundo : A quo auctore prodierit documentum, saltem in qua aetate vel hominum societate vixerit auctor (= *Crisis originis*). Duplex casus distingui potest : vel documentum (vg. opus, poema, etc.) editum est vivo auctore, vel auctore defuncto. In *primo casu*, si opus editum et divulgatum est, auctore consentiente et multis confitentibus eum esse operis parentem genuinum, hoc erit validum signum authentiae. In *secundo casu*, ad originem documenti detegendam juvabunt diversa indicia : *a*) *externa* (i. e. ipsi narrationi extranea), vg. attributio operis huic auctori facta ab aliis scriptoribus ; allusiones vel citationes determinati loci ; materia ex qua constat manuscriptum, litterarum forma, ornamentorum genus, abbreviandi modus ; collatio inter se manuscriptorum, etc. ; — *b*) *interna* (i. e. ipsi narrationi intrinseca), vg. lingua, i. e. vocabularium, syntaxis, stylus, formulae solitae, si agitur de documentis

---

mission du texte, de la composition littéraire, du milieu historique et doctrinal. C'est à savoir unir ces divers éléments que consiste en réalité la critique supérieure. » P. Lagrange, O. P., *La Méthode historique* ³ (Lecoffre 1904), pp. 11 sq.

(1) Cf. Langlois et Seignobos, *op. cit.*, pp. 55 sqq.

publicis ; genus rerum narratarum, de eventibus et institutionibus, etc. — *Exempla :* Epistolae S^ti^ Ignatii Antiocheni ; Scripta Pseudo-Dyonisii ; Decretales pseudo-Isidorianae ; Auctor libri *de Imitatione Christi*, etc.

Nota. Critica externa postulat cognitionem linguae in qua documentum exaratum est, et praeterea morum, legum, institutionum, etc. loci et temporis in quo auctor vixit. Ad haec cognoscenda excolendae sunt scientiae quae « historiae auxiliares » appellantur : paleographia, archeologia, philologia, diplomatica, sphragistica, genealogia, heraldica, numismatica, chronologia, geographia, etc. (1).

B. ***Critica interna*** duo etiam inquirit :

Primo : Quaenam sit *significatio* documenti, seu quid contineat documentum (= *Hermeneutica*). Determinandus est in primis sensus *litteralis* vocum, ex earum usu generali vel speciali pro tempore, regione, auctore, et ex contextu sermonis ; deinde sensus *realis*, seu mens auctoris, ex « *genere litterario* » documenti (symbolicum, lyricum, panegyricum, historicum, etc.). Mens auctoris, sive relate ad integrum opus, sive relate ad determinatam partem, ex contextu proximo et remoto desumi debet (2).

Secundo : Quaenam sit *auctoritas* documenti (= *critica auctoritatis vel veritatis*). Praemissa inquisitione de indole facti narrati, sc. utrum sit intrinsece possibile (3), publi-

(1) Cf. de Smedt, *Op. cit.*, c. 2.

(2) Cf. de Smedt, *Op. cit.*, c. 7.

(3) Pour beaucoup de critiques, il est de foi que le miracle est impossible ; tout document, par conséquent, qui contient des faits miraculeux est non avenu. « La méthode historique indirecte, écrivent MM. Langlois et Seignobos (*Op. cit.*, p. 178), ne vaut jamais la méthode des sciences d'observation. Si ses résultats sont en désaccord avec les leurs, c'est elle qui doit céder. » « L'existence du diable serait inconciliable avec les lois de toutes les sciences constituées ». Entendons-nous.

a) L'histoire enregistre les faits qui ont été l'objet d'observations directes, et, à ce titre, objet de science. Or « la science, comme disent fort justement les auteurs que je viens de citer, ne connaît pas le possible ou l'impossible, elle ne connaît que des faits correctement ou incorrectement observés ; des faits déclarés impossibles, comme les

cum, etc., investiganda est *scientia* et *veracitas* auctoris, tum absolute, tum relate ad singula facta (1).

a) *Scientia* : — Videndum est utrum exclusae sint causae quae auctorem inducere potuerint in errorem : negligentia habitualis, lapsus memoriae, si narratio longo tempore post eventum scripta est ; incertitudo personalis, si agitur de re non directe verificata, vg. de numero occisorum in aliquo praelio, vel de re ex testimonio alieno accepta — quo in casu testimonium alienum crisi subjiciendum erit. In hac inquisitione, attendendum est ad causas quae incitare auctorem potuerint ad errorem speciali cura vitandum, vg. proprium detrimentum ex errore necessario sequens.

b) *Veracitas* : — Excludendae sunt causae quae auctorem inducere potuerint ad mentiendum : vanitas, proprium commodum, amor patriae, studia partium, etc. His opponendae sunt causae quae auctorem a mentiendo cohibere potuerint : inutilitas vel nocuitas mendacii pro se vel pro suis, quando falsitas talis est ut necessario debeat detegi, etc.

---

aérolithes, ont été reconnus exacts. La notion même de miracle est métaphysique ; elle suppose une conception d'ensemble du monde qui dépasse les limites de l'observation. » *Ib.*, note 1. Donc l'histoire non plus ne connaît pas le possible ou l'impossible ; elle ne connaît que des faits correctement ou incorrectement observés. La résurrection d'un mort est un fait observable, et correctement observable, autant qu'un autre. Il faut, sans doute, de la métaphysique pour penser qu'un fait, comme la résurrection d'un mort, est dû à une intervention supérieure ; mais, pour penser le contraire, ne faut-il pas de la métaphysique ? Ne faut-il pas admettre une conception d'ensemble du monde qui dépasse les limites de l'observation, c'est-à-dire une conception d'après laquelle il n'y a de sûrement réel que ce qui est expérimentalement observable ?

b) Le miracle est constatable, en ce sens qu'on a observé des faits dont la raison suffisante n'est pas dans le monde empirique. C'est de la même manière que Dieu doit être dit un « personnage historique ». Dieu a passé dans l'histoire humaine, il s'est manifesté par des faits historiques, qui sont *Lui*, parce que c'est *Lui* qui en fut l'agent, et l'agent exclusif.

(1) Cf. Langlois et Seignobos, *Op. cit.*, p. 130.

III. **Opiniones.** — 1° Nonnulli de facultatibus humanis nimium diffidentes, negant posse nos ope documentorum extra ordinem conjecturalem transire (= *scepticismus historicus*, LOCKE, HUME, etc.) ; — 2° Alii ita cumulant conditiones certitudinis historicae ut perpauca tantum facta possint dici certa (= *hypercritici*) ; — 3° Alii, ob postulata philosophica indemonstrata, negant valere documenta, quantumvis concordia, ubi rem miraculosam referunt (= *Rationalistae*, HUME, DIDEROT, STRAUSS, RENAN, HARNACK, LOISY, Protestantes « radicales » et Modernistae ; etiam LANGLOIS et SEIGNOBOS) (1) ; — 4° Nos contendimus nonnumquam talia esse documenta ut certitudinem objectivam (natura sua moralem et reductive metaphysicam) nobis praestare possint, etiam de miraculis. Regulae in miraculis discernendis traduntur a BENEDICTO XIV in opere *De beatificatione et canonisatione sanctorum*, l. IV, c. I-III.

DEMONSTRATIO

Testimonium historicum scripto consignatum certitudinem objectivam gignere potest, si certo constat : 1. ejus authentia, 2. ejus significatio, 3. ejus auctoritas. Atqui haec tria possunt constare. Ergo.

MAJOR patet : his enim conditionibus adimpletis, nexus necessarius existit inter testimonium scriptum et realitatem rei narratae.

MINOR probatur per partes : —

I. ***Authentia.*** — *a*) *Integritas :* Observatione diligenti legum criticae historicae, restitui potest documentum, saltem tali modo ut certitudo de substantiali ejus integritate obtineri possit. Id *a priori* non apparet impossibile, et *a posteriori* comprobatur multis textibus jam critice editis de quorum rectitudine periti non dubitant.

b) *Origo :* Iisdem regulis Criticae observatis, et pro diversis casibus applicatis, origo documenti potest saepe cum cer-

(1) *Op. cit.*, p. 178.

titudine determinari, ita quidem ut vel auctor ipsius patefiat, vel tempus, locus, societas in quibus scriptum sit certo innotescant. Ubi dissentiunt inter se indicia interna et externa, notandum est indicia externa, quatenus testimoniis extrinsecis constituuntur, subjicienda esse criticae internae, ut detegatur eorum auctoritas ; generatim indicia interna, dummodo certa sint, praevalere debent. Ita vg. opera quaedam, licet communi consensu attributa fuerint sancto Augustino, nunc ob indicia interna (anachronismi in lingua, etc.) habentur tanquam spuria.

II. ***Significatio.*** — *a*) Potest determinari *sensus* vocum, tum ex collatione inter sensum quem vox in loco de quo agitur habere videtur (ex contextu) et sensum quem eadem vox habet in aliis locis ejusdem documenti, vel in aliis documentis sive ejusdem scriptoris, sive alius coaevi. — *b*) *Genus litterarium* et proinde mens auctoris ex toto contextu determinari potest : unde elucet utrum voluerit lectores delectari, exhortari, instruere eisque facta historica tradere.

III. ***Auctoritas.*** — *a*) *Scientia :* Ex adjunctis loci, temporis, personarum, etc. simul sumptis cum indole tum facti narrati tum subjecti narrantis (aliunde nota), perspici potest utrum auctor accurate sciverit id quod narrat ; — *b*) *Veracitas :* Ex iisdem adjunctis (loci, facti narrati, etc.) potest etiam elucere utrum auctor potuerit moraliter mendacium committere : si constat nullas adfuisse rationes ad mentiendum inclinantes, imo aliquas fuisse a mendacio retrahentes, recte concluditur veracitas auctoris et proinde credibilitas documenti. Ubi unicus est testis, difficile admodum dignoscetur veracitas ejus ; ubi vero plures sunt secum consentientes, saltem in substantialibus, certitudo de veracitate legitima est.

Corollaria

I. — Ergo rejici debet *scepticismus historicus* 1) quatenus affirmat cognosci non posse nisi probabiliter inte-

gritatem, originem aut auctoritatem ullius documenti : nam adimpletio conditionum supradictarum, ubicumque constat, rationem sui sufficientem habere nequit nisi in authentia et veracitate documenti ; 2) quatenus affirmat certitudinem historicam non esse absolutam (vg. RABIER, *Logique*, p. 328). Etenim *a*) vel intelligitur eam *non esse metaphysicam :* concedimus quidem certitudinem historicam natura sua et proxime esse moralem ; attamen fit reductive metaphysica, quotiescumque ratio sufficiens testimonii non potest esse alia quam veritas rei traditae ; — *b*) vel intelligitur eam *non esse certitudinem proprie dictam :* concedimus iterum certitudinem de rebus historicis non esse pure intellectualem. Res etiam quae in seipsis non apparent nequeunt intellectum cogere ; ad eas credendas requitur motio voluntatis. Motio vero voluntatis *legitima* est, ubi intellectui constat auctoritas testis ; insuper *libera* est ubi, non obstante bono quod existere posset in denegando assensu, assensum voluntas nihilominus imperat. Exinde etiam sequitur *meritum* fidei.

II. — Ex thesi elucet etiam regulas artis criticae et hermeneuticae, secundum Logicam, non subjectivas sed *objectivas* esse. Nimirum ex documentis quae certo innotescunt, ope principiorum rationis, transitus fit ad realitatem factorum in documentis insertorum. Hinc in asserendis factis praeteritis obtemperat mens ordini objectivo : sc. eatenus affirmat quatenus res affirmanda sibi apparet tanquam unica ratio sufficiens attestationis scripto consignatae.

Quapropter rejici debent regulae artis criticae, prout a Modernistis historicis statutae sunt : sc. 1. *lex exclusionis ultraphaenomenici*, 2. *lex transfigurationis*, 3. *lex defigurationis psychologicae* (cf. Encycl. *Pascendi*, nn. 35. 36. 37. 129 sqq.), utpote quae subjectivae sint et in arbitrariis placitis fundatae.

Scholion I. — *De argumento negativo.*

Ex eo quod aliquis auctor coaevus vel fere coaevus nihil dicit de aliquo facto, licetne falsitatem hujus facti arguere ?

— In hoc consistit argumentum *negativum* seu ex *silentio*. Valet argumentum dummodo constet cognita esse documenta omnia aetatis de qua agitur, deinde auctorem nec potuisse factum reticitum ignorare nec potuisse illud omittere. Hoc postremum non tam ex conspicuitate facti quam ex scopo auctoris deduci potest. Usus argumenti negativi magnas difficultates habet, atque ideo prudentiam magnam requirit (1).

Scholion II. — *De motivo fidei.*

Motivum assensus fidei (= *objectum formale*) est sola *auctoritas* testis. Hinc 1° Non est *cognitio* quam habeo auctoritatis testis. Haec cognitio se habet ad assensum fidei eo modo quo, in ratiocinio, cognitio consequentiae se habet ad assensum conclusionis, sc. cognitio haec est *conditio*, non motivum assensus : motivum fidei est *auctoritas ;* motivum conclusionis est *consequentia*. Sed *a*) auctoritas est motivum extrinsecum, consequentia vero intrinsecum ; et proinde *b*) qui cognoscit auctoritatem non eo ipso cognoscit rem testimonio traditam ; qui vero cognoscit consequentiam necessario cognoscit conclusionem ; *c*) in assensu ob auctoritatem manet locus actioni voluntatis ; dum in assensu scientiae exclusa est motio directa voluntatis (2).

2° Neque motivum fidei (in rebus historicis) est experientia rei quam testis immediatus habuit, et quae mihi mediante testimonio innotescit, ut volunt KANTIANI. Hoc enim est vanum effugium eo fine excogitatum ut historia intra ambitum scientiae retineri posset (3).

Difficultates.

1. Critica historica, ut facta probant, est destructiva : ea nempe adhibita, multa opera quae per plura saecula pro genuinis habita sunt, hodie rejiciuntur tanquam spuria.

(1) Cf. DE SMEDT, *op. cit.*, cc. 13 et 14.
(2) Cf. FRICK, *Critica* [3], p. 290, n. 407.
(3) Cf. St. HARENT, *Expérience et Foi*, in *Études*, 20 oct. 1907.

Ergo nullam certitudinem ab ea expectare licet. — 2. Iisdem methodis adhibitis, accidit ut idem opus aliis genuinum et veridicum, aliis e contra spurium, interpolatum et commentitium videatur, vg. opera Homero attributa, opera Platonis, Pentateuchus. — 3. Insuper opus *Criticae* nunquam est finitum : quaestiones jamdudum solutae iterum atque iterum methodis criticis subjiciuntur. — R. d. Haec proveniunt ex vitio *criticorum*, c. ; ex vitio ipsius *Criticae*, n. Aliquas generales causas errandi exponit P. RICHARD, O. P., in *Revue Thomiste*, jan. 1905, pp. 695 sqq. Ex. gr. hoc principium : « Diversitas in stylo arguit diversitatem auctorum » in quaestione homerica per tot annos usitatum viros criticos induxerat ad plures auctores pro *Iliade* et *Odysseo* admittendos. Nunc idem principium tandem labefactari constat ; sed *a priori* jam clarum erat nexum necessarium non existere inter diversitatem styli et diversitatem auctorum, siquidem posterior non est unica ratio sufficiens prioris (1).

Sommaire. — *Au sujet des écrits laissés par les devanciers, plusieurs questions se posent : — I. Qu'est cet écrit : d'où vient-il ? de quel auteur ? de quelle époque ? Est-il tout entier de l'auteur ? de l'époque ?* (= Critique de provenance : Critique textuelle) ; — *II. Que signifie cet écrit : est-ce un document, i. e. un témoignage d'un fait passé ?* (= Critique littéraire) ; — *III. Le document démontré authentique, le pouvons-nous croire ? Que vaut-il* (= Critique de vérité : Critique réelle).

La Critique *se propose de résoudre ces trois problèmes : elle détermine les indices certains :*

I. D'authenticité (*ou de non authenticité*). *Si le document a paru du vivant de l'auteur, sous son nom ou avec son consentement ; si personne ne proteste contre la paternité qui lui en est attribuée, la question de provenance est résolue. Si le document, au contraire, a paru longtemps après la mort de l'auteur, on se sert, pour en déterminer l'origine, d'indices soit* étrangers au récit, *vg. composition du papier, forme des lettres, système d'abréviations, genre d'ornementations, collation avec d'autres manuscrits, témoignages de contemporains ou d'auteurs presque contemporains, etc., — soit* intérieurs au récit *lui-*

(1) Lire à ce sujet un intéressant article de L. LAURAND, *Progrès et recul de la Critique*, dans *Études*, 5 mars 1912, pp. 601-623.

même, vg. a) langue ou style : *vocabulaire, syntaxe, formules, tics littéraires, etc.* ; — *b*) contenu : *idées, doctrines, faits, concordances ou anachronismes, etc.*

II. Du sens et de l'intention du texte. *a*) *Le* sens *des mots s'établit soit par le contexte, soit par la comparaison avec celui qu'ils ont en d'autres passages sûrs, ou avec celui qu'ils ont chez des auteurs de la même époque.* — *b*) *L'*intention *du texte se découvre au genre même du récit : apologue, conte, narration d'un fait arrivé et donné nettement comme tel.*

III. De l'autorité du texte. *Le document a une vraie valeur d'information, si l'écrivain connaissait les faits qu'il raconte, et s'il n'a écrit que ce qu'il savait. On peut s'assurer que ces deux conditions sont remplies, en se reportant au temps et au lieu où l'auteur a vécu, à son caractère, au but qu'il s'est proposé en écrivant, à la nature du fait relaté, vg. fait public, éclatant, etc., enfin au témoignage d'autres écrivains.*

La Critique (*dans ceux qui la représentent*) *est souvent aventureuse.* « *Si elle a dû reculer, c'est qu'elle s'était avancée à la légère : elle avait affirmé plus qu'elle n'en avait le droit... Si elle marche prudemment, elle n'a pas à faire un pas en arrière* (1). »

THESIS XLIII[a]

Consensus generis humani, de rebus ad bonum essentiale hominis conducentibus, certitudinem objectivam gignere potest.

Auctores

Praeter libros manuales, inter quos : Tongiorgi, *Op. cit.*, t. I, nn. 611-623 ; — T. Pesch., *Inst. logic.*, t. II, nn. 754-762 ; — Schiffini, *Princ. Phil.*, t. I, 265 ; — Lahousse, *Praelectiones logicae et ontologiae* [3] (Louvain 1898) ; — J. Donat, *Critica*, pp. 166-169, etc., aliquam mentionem meretur Fr. R. Garrigou-Lagrange, *Le sens commun, la Philosophie de l'être et les Formules dogmatiques* (Beauchesne 1909).

Praenotanda

I. Status quaestionis. — Agitur de testimonio doctrinali. Ubi constat auctoritas (= scientia + veracitas) testis, per se parum refert utrum id quod testimonio traditur (= objectum materiale) sit aliquod *factum*, i. e. aliquid in puncto quodam temporis existens, an aliqua *veritas speculativa* vel determinatio alicujus naturae (sc. aliqua

(1) L. Laurand, *art. cit.*, p. 622.

essentia), an aliqua *veritas practica*, seu praeceptum injunctum. Attamen testimonium doctrinale attentiorem considerationem postulat.

Triplex casus distingui debet.

PRIMUS : Testis doctrinam quam tradit miraculis comprobat. Tunc circa valorem testimonii et proinde circa veritatem doctrinae nulla est difficultas : miraculum enim est sigillum veri, utpote a solo Deo procedens, qui nequit esse magister mendacii.

SECUNDUS : Testis doctrinam quam tradit non comprobat miraculis ; sed aliunde nota est prudentia ejus et magna eruditio (vg. Aristoteles, S. Thomas, S. Alphonsus in re morali, etc.) ; — vel plures sunt homines docti atque sapientes eamdem doctrinam tradentes.

Tunc testimonium doctrinale, qua tale, veram quidem probabilitatem possidet (inde axioma : *peritis in arte credendum est*) ; at certitudinem stricte dictam (sc. talem quae excludat omne dubium practice et speculative prudens) suppeditare nequit : homines enim, quantumvis docti et eruditi, fallibiles sunt. Propterea, apud Scholasticos — quidquid contra censent Moderni — argumentum ex auctoritate (humana) desumptum semper debilissimum reputatum est (1). Insuper propositio in testimonio sapientum

---

1. « Locus ab auctoritate, quae fundatur super ratione humana, est infirmissimus. » S. TH., I, q. 1, a. 8. ad 2. — « Juxta hoc etiam sententia Platonis, qui reprobans opinionem Socratis magistri sui dicit, quod oportet magis de veritate curare, quam de aliquo alio. Et alibi dicit : Amicus quidem Socrates, sed magis amica veritas. Et in alio loco : De Socrate quidem parum est curandum, de veritate multum. » *In I Ethic.*, l. 6. — In *Epist.* 148 *ad Fortunatum*, S. AUGUSTINUS haec scribit, « Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum et laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus ut nobis non liceat, salva honorificentia, quae illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte invenerimus quod aliter senserint quam veritas habet, divino adjutorio vel ab aliis intellecta vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum. »

innixa, quanquam certa esse potest, non est scientifica. Ut auctoritas aliquid ad scientiam assequendam proficiat, attendenda sunt argumenta docentis, secundum principium : *tantum valet auctoritas quantum rationes.* Magistri igitur officium est discipulos suos ita docere ut in eis non fidem sed scientiam inducat (1).

TERTIUS : Non aliqui tantum et docti, sed omnes communiter homines (sive culti sive inculti) aliquam sententiam tenent ut veram.

Quid tunc est sentiendum : numquid hujusmodi consensio est inconcussum veritatis argumentum ? — De hac quaestione in thesi praesenti agitur. Res non caret momento, cum saepissime in philosophia appellatio fieri soleat ad consensum universalem hominum.

II. Status sententiarum. — Magna est auctorum diversitas in modo loquendi, licet fortasse, excepta *Schola scotica* (duce TH. REID), idem sentiant omnes.

1° OMNES concedunt universalitatem ipsam alicujus persuasionis non esse, per se, signum veritatis indubium. Nam « opiniones de motu solis, de influxu siderum, de malis ominibus eclipsium et cometarum, de coelis solidis, de antipodum impossibilitate, et aliae hujusmodi communi quodam constantique praejudicio mentes hominum occuparunt (2). » Quapropter duplex genus distingui solet propositionum universaliter receptarum : aliae spectant ad res homini minime essentiales (vg. rotatio solis, etc.) — hae possunt esse erroneae ; aliae sunt de rebus homini ad vivendum conformiter naturae suae essentialibus (vg. discrimen boni et mali, existentia supremi Numinis, vita postterrestris, etc.) — haec nequeunt esse erroneae.

2° Si inquiratur ratio hujusce discriminis, non eodem modo respondent auctores. Omnes quidem hoc principium statuunt : « persuasio communis causam pariter communem

(1) Cf. S. TH., *de Ver.*, 11. 1.
(2) TONGIORGI, *Op. cit.*, n. 618.

requirit » ; sed pro aliis, causa haec communis est sola natura : porro, inquiunt, repugnat naturam errare in essentialibus, non autem in accidentalibus. Pro aliis, causa communis non est necessario natura, sc. nihil obstat quominus sit aliqua causa accidentalis simul et permanens, ex qua oriatur illusio communis, vg. judicium confundens apparentias cum realitate rerum, sicut in rotatione solis accidit. Attamen hoc addunt : causa persuasionis communis nequit esse illusio, ubi agitur de rebus homini essentialibus.

3° Si quaeratur ulterius *quamobrem* natura errare nequeat in essentialibus, alii iterum aliter respondent :

a) Alii statim appellant *ad rectitudinem naturae*, quae talis est ut errare eam repugnet in his quae necessario ex ea fluunt : secus dicenda esset male constituta. Hi proinde ultimo et implicite appellant ad Deum, auctorem naturae. Ita T. Pesch, Lahousse, aliique scholastici sat multi (1). Hinc propositiones, quae movente natura proferuntur, sunt verae, sive sint in se evidentes sive non ; scilicet ex eo quod constat eas a natura proficisci fiunt indirecte seu extrinsece evidentes. Consensus universalis hominum, hoc modo intellectus, habet vim testimonii legitimi.

b) Alii appellant *ad evidentiam internam* propositionum communiter receptarum. Nimirum ratio naturalis, agens conformiter naturae suae, movetur unice evidentia objecti. Consensus igitur universalis est criterium veritatis non directe, sed indirecte seu quatenus ostendit evidentiam in propositionibus universaliter admissis contentam. Consensus communis, hoc sensu intellectus, non est fons novus, seu separatus, veritatis ; ad summum dici potest quasi confirmatio indirecta veritatis jam notae, vel criterium secundarium (2).

---

(1) C'est aussi la pensée de Bossuet : « Le sentiment du genre humain est considéré comme la voix de toute la nature, et par conséquent, en quelque façon, comme celle de Dieu ; c'est pourquoi la preuve est invincible. » *Logique*, l. III, c. 22.

(2) Cf. C^{al} Mercier, *Crit. gén.*^{5}, p. 153.

4º Si quaeratur quaenam facultas in homine judicia communia ferat, alii ea tribuunt facultati ab intellectu *diversae*, quae vocatur « sensus communis » (PP. BUFFIER et STORCHENAU, S. J.) vel « facultas inspirationis » (ita REID cum schola Scotica) « vel instinctus intellectualis » (ita J. BALMÈS) « vel instinctus caecus » (ita JACOBI, etc.). — Alii ea tribuunt ipsi intellectui, quatenus naturali inclinatione ducitur ad judicia quaedam ferenda, quae ad vitam humanam (animalem, intellectualem, ethicam) recte instituendam conducunt. Intellectus ita inclinatus solet dici « sensus naturae communis ». Ita Scholastici. Cf. TH. IV. Hujusmodi sensus potest vocari *instinctus*, sed hoc instinctu homo ducitur non simpliciter ad affirmandum aliquid, licet evidens illud non sit (sicuti docuit Th. REID) ; sed ad faciendas operationes mentales, quibus veritas quarumdam propositionum *evidenter* perspiciatur (quanquam confuse tantum et implicite).

NOTA. Hinc non est idem *consensus communis* et *sensus naturae communis*. *a*) *Consensus communis* est consensio omnium hominum in aliquibus judiciis ferendis, vel complexus judiciorum quae ab hominibus communiter feruntur ; — *b*) *Sensus naturae communis* est ipsa facultas intellectus quatenus naturaliter inclinatur ad ferenda judicia de quibus omnes homines consentiunt ; aliis verbis, est causa consensus communis. In sermone scholastico, distingui solet *criterium quod*, *criterium quo* et *criterium secundum quod*. Applicatione facta ad materiam praesentem *a*) *criterium quod internum*, i. e. motivum proximum certitudinis spontaneae de rebus homini essentialibus, est *evidentia mediata implicita ; b*) *criterium quo*, i. e. facultas qua proferuntur judicia spontanea universalia, est sensus naturae communis (Cfr. TH. IV) ; — *c*) *criterium secundum quod*, i. e. regula secundum quam dijudicamus reflexe talia judicia esse objective certa, ut objecta sensus communis, est *consensus universalis hominum, in rebus humanae vitae essentialibus*.

III. **Delimitatio thesis.** — Tria sunt distinguenda :

1. Factum ;
2. Explicatio psychologica facti ;
3. Significatio criteriologica facti.

1. ***Factum.*** — Observatione cum propria tum aliena constat existere judicia quaedam (speculativa, practica,

immediata, mediata, etc.) in quibus ferendis omnes homines conveniunt. Hujusmodi judicia, ut dictum est in Th. IV, ad res spectant quae ad vitam hominis maxime conducunt.

2. ***Explicatio psychologica facti.*** — Judicia universaliter diffusa non sunt stricto sensu innata, nec ex instinctu quodam caeco (i. e. absque perceptione saltem confusa nexus inter subjectum et praedicatum) prolata ; sed acquiruntur intellectu ipso sub influxu quodam specialis directionis in natura insitae (cf. Th. IV, 2ª p.). Ex. gr. omnes homines naturali motu, i. e. absque explicita reflexione et methodico processu, operationes peragunt (sc. formant ideas, easque comparant secum, conjungunt, dividunt, etc. ; apprehendunt contingentiam rerum, applicant principium causalitatis, etc.) quibus concluditur Deus, animae immortalitas, variae applicationes principiorum moralium, etc.

3. ***Significatio criteriologica facti.***—Judicia sensus naturae communis duplici modo justificari possunt :

1° *Directe*, ex eo quod determinantur motivo objectivo, i. e. evidentia nexus inter subjectum et praedicatum ;

2° *Indirecte*, ex eo quod producuntur ab ipsa natura necessario agente. Scilicet non jam attenditur ad evidentiam objecti (internam), sed ad modum quo judicia sensus naturae in hominibus oriuntur ; sic possent esse objectum fidei humanae. Attamen fatendum est justificationem hanc indirectam, abstractione facta a Deo, non posse fieri metaphysice certam, et proinde non esse validam, ubi agitur de existentia Dei apodictice demonstranda.

DEMONSTRATIO

Argumentum. — Observatione cum propria tum aliena (sc. historia) constat judicia quaedam 1) firma persuasione ab omnibus hominibus semper et ubique recepta esse tanquam vera 2) ea judicia spectare ad res quae homini ad vivendum conformiter naturae suae maxime conducunt, vg. principia prima ordinis speculativi et ethici, exis-

tentia Dei, vita futura, lex naturalis, etc. Atqui talia judicia nequeunt esse falsa. Ergo.

MINOR probatur :

Haec judicia communia de rebus homini essentialibus, ob constantiam suam et universalem diffusionem, postulant causam pariter constantem et universalem. Jamvero, praeter naturam, omnes aliae causae (vg. illusio sensuum, educatio, traditio patrum, leges, praejudicia, passiones, etc.) vel non sunt constantes et universales (sc. differunt pro diversitate hominum, locorum, temporum), vel non ducunt ad affirmandas res homini ad vivendum conformiter suae naturae essentiales (vg. rotatio solis, existentia formalis colorum in rebus externis, etc.). Ergo judicia communia oriuntur ex ipsa natura hominis secundum leges suas agente. Atqui natura secundum leges suas agens nequit in errorem incidere. Ergo.

Ultima MINOR probatur duplici modo :

1° *Directe et appellando ad evidentiam quae est lex mentis.* — Natura rationalis, quatenus agit conformiter suae naturae seu secundum leges suas (i. e. absque directo influxu voluntatis aut passionum), hoc proprium habet quod assensum judicialem non praestat nisi objecto viso, sc. *evidenti* (immediate aut mediate, confuse aut distincte). Porro evidentia objecti est criterium veritatis (1).

---

(1) « Le sens commun est-il invoqué comme *autorité ?* Son *témoignage* commande des réserves. L'humanité n'a-t-elle pas cru unanimement à la solidité des cieux, au mouvement du soleil autour de la terre ? Sans doute, dit quelque part le P. Monsabré, avant de croire que tout le monde se trompe, on est tenté de croire que tout le monde a raison ; l'universalité d'une croyance fonde une présomption, une vraisemblance. Mais celle-ci n'est point une certitude scientifique.

Invoque-t-on le sens commun comme *signe* d'une tendance de la nature intelligente à adhérer à certaines vérités ? Il semble que, le plus souvent, ce soit là la pensée de Lamennais.

Nous admettons que le sens commun est *un* critère de vérité. Ce critère est tiré d'une induction. Lorsque l'on peut faire voir que la rencontre de toutes les intelligences en une même affirmation n'est

2° *Indirecte et appellando ad inductionem biologicam universalem.* — Ut ex scientiis biologicis compertum est, ea quae ex natura viventium fluunt (atque ideo constanter uniformiterque in eis reperiuntur) semper aliquod objectum habent quod eis respondeat eisque adaptatum sit. Ex. gr. aves lege instinctiva nidum construunt ; nidis respondent ova et pulli ; — aliquae aves, adveniente hieme, migrant ; huic motui instinctivo respondent regiones temperatae, etc. Hinc homo esset unica exceptio in regno viventium si actibus ejus instinctivis (sc. sub motu naturalis inclinationis elicitis) nihil realitatis responderet, vg. si persuasio quam habet de existentia mundi externi, Dei legislatoris, vitae futurae, discriminis inter bonum et malum morale, etc. esset inanis et vacua. Idque eo minus est admittendum quod homo inter creaturas sensibiles primum locum occupat (1).

---

pas explicable par des causes accidentelles d'erreur, il est permis de conclure qu'elle a pour cause une même perception chez tous d'un même objet. Alors, de deux choses l'une : ou l'on supposera possible que toutes les intelligences, obéissant à leur nature, se trompent, et, dans ce cas, l'on professera le scepticisme ; ou l'on jugera que l'accord naturel des intelligences dans une même affirmation vient de la manifestation à toutes de la vérité, et alors l'on assignera comme base au dogmatisme l'évidence rationnelle. Le sens commun, dans cette seconde acception, n'est donc qu'un critère secondaire de vérité ; il s'appuie sur l'évidence objective qui est, en conséquence, le critère suprême de la certitude. » C^al^ Mercier, *Crit. gén.* ⁶, p. 153.

(1) Cf. Donat, *Critica*, p. 169, n. 266. — « Un jour, écrit Fechner, je lisais comment la larve du cerf-volant se construit un cocon plus grand que son corps ne semble le demander, afin que les cornes qui lui pousseront ensuite puissent y trouver place. Qu'est-ce qui instruit la larve de la vie future, de ses cornes à venir ? *Qui croira que la même puissance qui a créé l'homme et le cerf-volant ait déposé le mensonge dans la foi de l'homme ?* Or, cette foi qui porte l'homme à disposer de sa vie actuelle en vue d'une autre vie à venir, se développe aussi naturellement dans l'homme que l'instinct dans la larve. Celui-ci n'est pas moins nécessaire au complet développement de l'insecte que celui là ne l'est au complet développement de l'humanité. A la vérité, la foi à l'immortalité ne se développe pas aussi

NOTA. Haec ratio ex inductione desumpta praebet per se certitudinem mere physicam. Ut metaphysica fiat, appellandum est ad Deum, auctorem naturae sapientissimum, qui non potuit in homine contradictionem cum legibus naturalibus permittere. Hinc argumentum ex consensu communi hominum ad existentiam Dei comprobandam est valde suasivum, at apodicticum non est (1). Insuper haec ratio non tollit priorem : sc. persuasiones communes non proveniunt directe ex instinctu (*quoad specificationem*) sed indirecte, eo nempe sensu quod, natura duce, impellimur ad eas operationes intellectuales faciendas quibus acquiruntur persuasiones communes. Cfr. TH. IV.

Difficultates.

1. Scimus respondere aliquid actibus naturalibus animalium, quia id possumus sensibus verificare, vg. videmus ova et pullos in nidis avium. Sed objecta metempirica non possumus verificare. R. Lex biologica de objectivitate tendentiarum naturalium conclusa est ex inductione ; et ideo valet de casibus qui nondum observati sunt. — 2. Cognosci nequit observatione et historia utrum aliqua persuasio sit communis omnibus et *singulis* hominibus. R. Sciri potest persuasionem esse communem plerisque, et quidem ita ut oriatur ex eorum natura ; deinde ex principio inductionis arguitur eam esse in singulis entibus quibus eadem est natura. — 3. Nulla est persuasio quae sit communis omnino omnibus hominibus. R. Nulla est persuasio communis quoad *substantiam* rei, n. ; quoad *modum* rei, tr. (2). — 4. Intellectus non magis inclinatur ad verum quam voluntas ad bonum. Sed voluntas de facto inclinatur ad malum. Ergo *a pari* potest intellectus inclinari ad falsum. R. D. *min.* Voluntas inclinatur ad malum sub ratione mali, n. ; sub ratione boni, sd. per accidens, c. ; per se et

---

facilement en chaque homme que l'instinct dans le cerf-volant. Mais si l'on considère l'humanité tout entière au lieu de chaque homme en particulier, on remarquera dans la croyance à l'immortalité le même caractère de nécessité que dans l'instinct. » *Les trois motifs et raisons de croire* (Leipzig 1863).

(1) Cf. Jean HALLEUX, *Rev. néo-scol.*, 1906, pp. 394-400.

(2) Cf. ZIGLIARA, *Summa phil.*, t. I, n. 59.

essentialiter, n. — 5. In praesenti statu providentiae, catholicismus est homini essentialis ; attamen multi homines catholicismum ignorant. R. 1° Relate ad Deum, duo sunt tenenda : « credere oportet accedentem ad Deum quia *est*, et inquirentibus se *remunerator* sit ». Jamvero quivis homo naturaliter ducitur ad has veritates cognoscendas; quod si conformiter huic cognitioni vixerit (sc. cultu interno et externo), Deus ei non denegabit gratiam qua possit beneficiorum catholicismi particeps fieri ; — 2° Hoc sensu intelligenda est haec propositio : « Anima humana est naturaliter christiana » (Tertullianus). Nimirum in natura animae rationalis insita est inclinatio ad ea cognoscenda et admittenda quae, in praesenti statu providentiae, ad catholicismum ducunt; — 3° De facto, catholicismus respondet inclinationibus humanis superioribus, ita ut nullus homo sit qui ad catholicismum natura sua, sicut est *de facto in statu historico*, non feratur, vel qui catholicismum rite propositum naturaliter, i. e. sine influxu malae voluntatis, respuat. — Haec dicta sint contra eos qui Dei sapientiam impugnant eo quod catholicismum essentialem fecerit et homini denegarit media catholicismum amplectendi.

Sommaire.— « *Les opinions universellement acceptées sont vraies.* » « *Les opinions universelles et qui touchent à un point important de la vie des peuples sont vraies.* » « *Prise dans sa généralité et en masse, l'humanité ne se trompe jamais dans les questions fondamentales de la vie.* » *Telles sont les formules usuelles de l'argument dit du* consentement universel. *Cet argument est d'un usage fréquent en philosophie ; on le trouve servant à prouver l'existence de Dieu, de la vie future, de la loi morale, du libre arbitre, du monde extérieur, des corps, des couleurs et autres qualités sensibles, etc. Il est pourtant très différent et très différemment apprécié.*

On remarquera que les formules données ci-dessus ne sont pas équivalentes. La première sous-entend ceci : Les opinions universellement acceptées sont le produit d'une tendance naturelle, et, comme il est impossible qu'il ne soit pas satisfait aux tendances naturelles, il suit que les opinions universelles sont objectives, et donc vraies. Les deux autres formules sont plus modestes : Les opinions universellement acceptées, touchant les choses essentielles à la vie de l'homme, *sont*

le produit d'une tendance naturelle. L'instinct nutritif accompagné qu'il se mêle un amphibologie sous le nom : tendance naturelle, tendance de nature — ce qu'il importe de distinguer une bonne nature et une mauvaise nature. La croyance universelle à la nature du soleil est fait aux tendances très naturelles très naturelles. Il qui poussent l'homme à jouir à opérer les agréments sensibles. Jouissez en faveur de la croyance aux sens et aux tendances. Au contraire, dans les choses qui touchent aux intérêts moraux de l'homme. Ce qui n'est pas de cas pour la notation du soleil, l'homme ne se contente pas des apparences. Il est plus réfléchi, mieux pourvu à juger ; il doit à sa bonne nature, à ses bonnes tendances, d'en affirmer qu'il lui convient. Dans ce cas, la croyance est décisive, dans le produit de la nature opposée aux désirs les passions, les préjugés, mais d'après les lois naturelles.

Les croyances universelles servent aux instituts indispensables ; le consentement des peuples soumet à vrai le témoignage universel. Il est permis d'entrer cette institution magnifique. On ne peut pas en effet, communiquer la différence de la philosophie de sens commun, tant prônée par Th. Reid, et qui est une philosophie foncièrement pernicieuse.

Il faut aller plus avant. Dieu veut que le consentement des peuples sur les premiers fondements de la vie ait un enseignement autorisé ? De ce qu'il est le produit authentique de la bonne nature ? Mais pourquoi la bonne nature est-elle bonne ? — L'argument porte que la bonne nature, c'est-à-dire l'intelligence humaine placée à elle-même, ne se trouve pas à l'aise dans le scepticisme et dans l'incertitude, qu'elle se met en quête de certitude et de vérité, qu'elle tend naturellement à la vérité et à l'évidence, ce qui l'oriente par excellence à la source du vrai.

L'argument du consentement universel n'est donc aucun égard l'argument du bon sens, mais l'argument du bon sens. Il n'y a donc bon sens à faire une chose pour certain qui ne se montre pas comme vrai, autrement dit, que n'est pas évident. Le sens commun n'est le bon sens que dans les cas où il a pour lui, non la parole de nombre, qui tantôt lui est opposée, mais la parole de l'évidence.

CONCLUSION GÉNÉRALE

Une critériologie solide est possible. Et la meilleure preuve — la seule décisive en l'espèce, — c'est que nous venons d'en construire une qui est telle. Il ne sera pas difficile, à la vérité, de lui découvrir des défauts : je la souhaitais limpide, brillante, irrésistible — elle ne l'est pas assez. Mais je la tiens, tout de même, pour solide ; il me semble qu'à l'examiner de près on devra lui reconnaître cette qualité.

POINT DE DÉPART. — Nous sommes partis d'une « plate-forme » commune. Dans notre pensée cela signifie trois choses :

a) D'abord nous avons accepté le problème critique tel qu'il est posé par les contemporains, par tous les esprits, aujourd'hui nombreux, que préoccupe la question de la valeur des certitudes. Le point de départ est inattaquable : c'est l'équivalent du *cogito* de Descartes. Nous avons des masses de certitudes : ce fait est attesté par la conscience. Plusieurs se sont trouvées contredites : ce fait aussi est attesté. Le problème se pose, dès lors, en ces termes : « Les certitudes non encore contredites ne le seront-elles pas un jour ? Des certitudes, contredites ou non contredites, lesquelles sont objectives ? Existe-t-il quelque signe infaillible auquel se puisse discerner l'objectivité ou la subjectivité des certitudes ? »

b) Ensuite, ce problème tel qu'il est posé par nos contemporains, nous avons accepté de nous le poser à nous-même, et effectivement. Le problème de simplement curieux est ainsi devenu réel, pratique, palpitant d'intérêt et — pourquoi ne pas le dire ? — angoissant. Si quelques auteurs de Logique critique font semblant de se poser un problème qu'en réalité ils esquivent, il ne nous appartient ni de les défendre ni de les condamner ; nous protestons seulement que nous ne les comprenons pas, et que tout autre est notre attitude. Nous n'avons pas usé de feinte ; nous nous sommes mis pour

tout de bon dans la situation d'un homme qui réellement ne sait pas et qui cherche (= doute négatif).

c) Enfin, cette recherche elle-même nous l'avons entreprise sans parti pris et loyalement conduite. L'on accuse à chaque instant la philosophie scolastique de viser uniquement à fournir « les prémisses et les conclusions de la théologie » ; et, s'il s'agit de critériologie, « Votre enquête, objecte-t-on, n'a pas été libre. Vos résultats étaient commandés d'avance. Votre travail est sans valeur. » Nous repoussons cette accusation. Nous ne suspectons la sincérité de personne ; nous demandons qu'on ne suspecte pas la nôtre. Nous avons, au surplus, expliqué qu'il n'est pas interdit au catholique de se rendre raison de son *credo* et que, partant, rien ne l'empêche d'instituer une critique de ses certitudes, même religieuses. Notre enquête n'étant pas viciée *a priori* et en droit, si elle l'est en fait, on devra donc le montrer.

MÉTHODE. — La méthode psychologique d'analyse introspective étant la seule qui nous fût permise, c'est à elle exclusivement que nous avons eu recours. Un espoir nous animait : Si l'introspection a pu découvrir en nous la présence de certitudes, peut-être nous découvrira-t-elle aussi la genèse de ces certitudes. Peut-être verrons-nous certaines d'entre elles se former sous l'action d'un *donné* objectif ; peut-être verrons-nous, au contraire, que leur origine à toutes est purement subjective ; ou peut-être ne verrons-nous rien du tout.

Nous nous sommes mis à l'œuvre. Nous avons analysé la certitude, puis étudié de près, et pour ainsi dire à la loupe, chacun de ses éléments, afin, comme parle Montaigne, de surprendre « chaque pièce à sa naissance. » Cette opération était strictement personnelle. Au fur et à mesure que nous examinions les certitudes, que celles-ci fussent d'ordre idéal ou d'ordre existentiel, nous racontions simplement ce qui se passait en nous au moment soit de la synthèse des termes, soit de la croyance à la réalité des termes. Ce que nous découvrions en notre conscience par l'introspection, jamais nous n'avons pensé que le lecteur (ou l'auditeur) dût l'accepter de confiance et l'apprendre par cœur pour, ensuite, le réciter ; nous l'avons convié à explorer comme nous sa propre conscience, et à n'affirmer qu'après avoir vu. L'introspection ne vaut, en effet, que pour celui qui la fait ; et chacun doit

construire pour soi sa critériologie. Ici, enseigner c'est dire ce qu'on voit ; démontrer c'est faire trouver ce que l'on a soi-même trouvé.

Cette méthode est inattaquable. Après avoir médit de l'introspection, les psychologues d'aujourd'hui commencent à lui rendre justice. M. Binet, dans son *Étude expérimentale de l'intelligence*, a pu enregistrer des résultats importants. mais, dit-il, c'est pour avoir placé l'introspection « en première ligne (1) ».

Si, en plusieurs de ses thèses, notre critériologie s'est convertie en «*Noodicée* » ou en *Défense de l'esprit humain*, ce n'a pas été notre faute. Nous avons rencontré, au cours de notre enquête, des condamnations de l'intelligence qui nous ont paru injustifiées. Nous avons expliqué pourquoi. Notre attitude vis-à-vis des dissidents peut se réduire à ceci : « Vous qui vous dites anti-intellectualistes parce que critiques, vous manquez de critique : un peu de critique éloigne de l'intellectualisme, beaucoup de critique y ramène. »

RÉSULTATS. — L'esprit humain est capable de vérité. L'analyse introspective nous découvre un critère infaillible permettant de faire le départ des certitudes vraies et des certitudes menteuses. Qu'il s'agisse de jugements immédiats, portant sur des faits de conscience ou résultant d'une analyse d'idées ; qu'il s'agisse de jugements médiats, fruit d'un effort laborieux de l'esprit ; qu'il s'agisse de jugements d'ordre existentiel, par lesquels nous nous prononçons sur l'existence et la nature de réalités indépendantes de notre moi, nous pouvons être assurés d'atteindre et de dire *ce qui est*, lorsque, à la réflexion, nous pouvons nous rendre témoignage que ce que nous affirmons, nous l'affirmons après l'avoir vu, pour l'avoir vu, pour autant que nous l'avons vu. Si l'évidence est la règle à laquelle, en jugeant, nous avons conscience de nous plier, cette règle étant objective (parce qu'inhérente aux éléments présents à l'esprit) devient par là même critère de vérité. Par suite, un jugement qui ne serait pas soumis à la loi de l'évidence risquerait d'être erroné : ce serait un acte présomptueux, disant plus que l'esprit n'a vu.

Le jugement vrai, celui que commande l'évidence, nous fait

(1) Paris, Reinwald 1903, p. 8.

saisir *ce qui est* : d'abord le moi, ensuite le non-moi. Du non-moi nous atteignons plus que les manifestations phénoménales, plus que les connexions régulières dont se contente la science dite positive ; rien n'empêche la pensée d'aller jusqu'aux réalités métempiriques sans lesquelles l'empirique manquerait de raison suffisante. Un double absolu se révèle alors à l'esprit : l'absolu immanent aux choses, la substance, — l'absolu transcendant aux choses, Dieu, raison dernière de toute existence. Les substances se montrent hiérarchisées ; respecter la hiérarchie établie par le Créateur, c'est toute la morale. Ainsi, grâce à son intelligence, l'homme déchiffre les grandes lois de l'*être* et de l'*agir*.

Notre critériologie est donc intellectualiste : elle accorde une valeur d'information à l'intelligence, valeur modeste assurément, mais néanmoins réelle (1). Elle n'admet pas que les sens soient l'unique voix qu'il faille écouter : elle condamne l'empirisme, le sensualisme, le positivisme, l'agnosticisme. Elle repousse également, et pour le même motif, les théories nombreuses par lesquelles les philosophes incurablement avides de certitude ont tenté de suppléer aux prétendues déficiences de la raison : elle s'oppose au révélationisme, au

(1) Parlant des anti-intellectualistes, le P. Gardeil dit : « Ne feraient-ils pas mieux, en mortels qui ont des pensées mortelles, de reconnaître avec Aristote, le plus avisé des philosophes, que la nature, en nous faisant objectivistes et abstracteurs d'essences, a mis à notre portée le seul genre de vérité sur le fond des choses qui nous soit destiné. Ordre naturel de notre intelligence à l'être comme à son objet adéquat, renseignements rudimentaires sur la constitution intime de l'être, déposés dans les phénomènes sensibles, travail de l'esprit pour faire rendre à ces renseignements tout ce qu'ils peuvent donner, au point de vue de la connaissance de l'être, intuition des notions essentielles et des relations entre ces notions qui forment la structure de l'être et les lois foncières de sa constitution, effort continu de l'esprit pour faire entrer dans ces cadres les notions nouvelles que suggèrent l'expérience et l'induction, ou, du moins, pour diriger selon les lois de l'être le travail de classification entrepris par les sciences physiques sur les phénomènes trop concrets pour pouvoir opérer directement leur rattachement à l'être — ce sont là, aujourd'hui comme au temps d'Aristote, les canons même de la pensée philosophique réelle, du travail effectif des savants et des philosophes tel que leur langage le décèle. » *La Crédibilité et l'Apologétique* (Gabalda 1907), p. 271.

sentimentalisme, au fidéisme, au volontarisme, au modernisme philosophique.

Cependant notre intellectualisme est modéré. Si compétente en effet, et même, si exclusivement compétente que soit l'intelligence humaine en matière d'*être*, il ne suit aucunement qu'elle ne dépende que d'elle seule pour en opérer la saisie. Une double humiliation pèse sur elle : elle est, d'une part, tributaire des sens, sans lesquels on peut dire qu'elle mourrait de faim ; elle est, d'autre part, tributaire de la volonté et des influences affectives, sans lesquelles trop souvent elle flotterait incertaine. C'est, à coup sûr, l'évidence qui est la loi de l'intelligence et de l'homme ; mais ôtez la volonté, et vous verrez fréquemment ou que l'évidence n'apparaîtra pas, ou apparaissant, qu'elle sera trop faible pour entraîner le jugement. Il faut, pour conquérir l'*être*, la collaboration effective de toutes les puissances ; et, comme on l'a répété bien des fois depuis Platon, il faut aller au vrai « de toute son âme ».

CRITÉRIOLOGIE ET RELIGION. — Notre critériologie, avons-nous dit, si elle est une apologie de l'esprit humain, n'est pourtant pas une apologie du catholicisme. Vouloir que la critériologie d'un catholique soit catholique, cela n'a pas de sens. Notre critériologie est humaine ; elle est rationnelle, elle est vraie. Elle s'accorde avec toute vérité : si le catholicisme est le vrai, c'est grâce à la critériologie que nous le saurons ; s'il est faux, c'est encore elle qui nous l'apprendra. La critériologie juge le catholicisme.

En réalité que se passe-t-il ? — En réalité, le catholicisme se trouve sur le prolongement de notre critériologie, il est en continuation avec elle. Exercez votre raison, dirons-nous à tout homme de bonne volonté, poussez l'esprit critique aussi loin que vous pourrez, ayez le courage de penser, de penser par vous-même, de penser jusqu'au bout ; ne péchez jamais contre la lumière, aimez l'évidence, toute évidence — cela vous mènera au catholicisme, parce que vous constaterez, à l'examen, que le catholicisme est de tous les systèmes religieux le seul qui satisfasse aux exigences de la raison, le seul qui se laisse critiquement justifier.

En ce sens, mais en ce sens seulement, notre critériologie peut être dite catholique : elle favorise, en fait, le catho-

licisme ; à sa lumière, le catholicisme se montre vrai. De sorte qu'on peut lui appliquer ce que Léon XIII disait de la philosophie, dont elle est la base ou la condition fondamentale :

« Philosophia, si rite a sapientibus usurpetur, iter ad veram fidem quodammodo sternere et munire valet, suorumque alumnorum animos ad revelationem suscipiendam convenienter praeparare : quamobrem a veteribus modo *praevia ad christianam fidem institutio*, modo *Christianismi praeludium et auxilium*, modo *ad Evangelium paedagogus* non immerito appellata est. » Encycl. *AEterni Patris*, 4 aug. 1879.

INDEX NOMINUM

Les chiffres gras indiquent les passages plus importants.

A

Abailard 466, 485.
Ach 213.
Adam 141.
Adamson 440.
Adlhoch 467.
Aenesidemus 125.
Agrippa 125, **126**, 137.
Albertus Magnus 485.
Albertus Saxonicus 477.
Alembert (d') 571.
Alès (Adhémar d') 242.
Alliacensis (Petrus) 477.
Amaury de Bène 468.
Amaury de Chartres 468.
Amendola (G.) 8.
Anaximander 5.
Anaximenes 5.
Angelus Silesius 126.
Anselmus (sanctus) 476.
Antistenes 475.
Arcesilaus 6, **125**, 137.
Archytas 5.
Aristote 5, 6, 43, 58, 106, 220, 221, 275, 422, 440, 466, 484, 515, 516, 517, 518, 521, 558, 583.
Augustinus (sanctus) 1, 29, 123, 130, 146, 266, 441, 466, 468, 559, 564, 583.
Autrecourt (Nic. d') 6, 201.
Avenarius (Richard) 167.

B

Backer (St. de) 190, 192, 222, 509.
Baco (a Verulam) 7, 40, 346, 519, 535, 541.
Baille (L.) 20, 45, 450.
Baillie (J.-B.) 440.
Bain (Alex.) 166, 433, 510.
Bainvel (J. V.) 20, 45, 54, 232, 241, 294.
Baldwin (James Mark) 4, 167.
Balfour (A.-J.) 21, 128, 269, 270, 272, **280**, 305, 417.
Balmès (Jaime) 29, 87, 93, 98, 99, 204, 208, 255, 296, 332, 357, 366, 382, 383, 385, 427, 586.
Balthasar (Nic.) 477, 478, 513.
Balzer 426.
Baron (E.) 270.
Barre (de la) 20, 102, 260, 532.
Bartholmèss 258, 259.
Baudin (abbé) 6, 19, 294, 441 . 442.
Bäumker 7.
Baunard (Mgr) 61.
Bautain 258, 260, **261**.
Bayle (P.) 126, 436.
Bazaillas (A.) 440.
Beneke 167.
Benoit XIV 577.
Bentham 293.
Bergson (H.) 8, 90, 167, 205, 269, 272, 274, **277**, 279, 292, 356, 367, 374, 379, 401, 406, 411, 454, **478**, 483, 493, 520.
Berkeley (G.) 7, 123, 163, 280, 381, 387, 397, 403, 433, 436 437, 443, 444, 453, 478.
Bernard (Cl.) 54, 531, 532.
Bernheim (E.) 572.
Berthelot 270.
Biel (Gabriel) 477.
Billot (Em. L. Card.) 57, 513.
Binet (A.) 454, 595.

Blanche (A.) 245, 270, 271, 286, 335, 339, 340.
Blondel (M.) 284, 299, 520.
Boeme (Jacob) 260.
Boethius 464.
Boirac (E.) 383.
Bonald (Vte G. de) 257, 260, 262, 265.
Bonaventura (sanctus) 468.
Bonnet 567.
Bonnetty 258, **263**, 267.
Bordeaux (Henry) 120, 272.
Bos (C.) 46.
Bosanquet (B.) 440.
Bossuet (B.) 15, 458, 485, 495, 585.
Boudinhon (abbé) 566.
Bouillier (Francisque) 141.
Bourdaloue 265.
Bourdel (Ch.) 545.
Bourget (Paul) 121, 127, 258, 269, 272, **281**, 321.
Boutroux (E.) 141, 175, 272, 277.
Boyer (M.) 258.
Bradley (F. H.) 440.
Bréhier (L.) 572.
Brewster 8.
Bricout (abbé J.) 60.
Brière (Yves de la) 552.
Brochard (V.) 21, 123, 141, 314, 336, 337, 349.
Broglie (abbé de) 19, 240, 383, 401, 427, 540.
Broise (de la) 11, 195.
Bros (abbé) 68, 69, 73.
Broussais 454.
Brownson 159.
Brunetière (Ferd.) 9, 21, 58, 128, 269, 272, **281**, 305, 378, 417, 431, 448, 545.
Brunschvicg (L.) 430, 440.
Buffier 586.
Bühler 213.
Buisson (Ferd.) 60.
Bulliot (J.) 139, 141, 158.
Buridanus (Joannes) 477.
Busse (L.) 440.

C

Cabanis 454.
Caird (Ed.) 175, 280, 440.
Canella 167.
Cantoni (C.) 440.
Carneades 6, **125**, **135**, 137.
Caro (E.) 122, 138, 316.
Cassirer (E.) 440.
Catherinet (M.) 45, 53.
Champagny (Vte de) 72.
Champeaux (Guil. de) 466.
Charles (Paul) 159, 270, 278.
Charles (P.) 45.
Charles (Pierre) 175, 380, 384, 399, 417.
Charron (Pierre) 123, **126**, 127, 137, 257, 259, 260.
Chastel 258.
Chateaubriand 272.
Chiappelli (Ales.) 167, 440.
Chide 270.
Chollet (Mgr) 20, 87, 201, 207, 294.
Chossat (M.) 7, 68, 541.
Choupin (L.) 241.
Cicero (Tullius) 29, 123, 125, **126**, 475.
Claparède (Ed.) 74.
Clifford (W. K.) 166.
Cochin (Denys) 383.
Cohen (H.) 167, 218, 440.
Cohen (Morris R.) 8, 171, 211, 214, 513.
Combalot (abbé) 258.
Comte (Aug.) 11, 25, 316, 397, 433, 543, 544, 549.
Condillac 484, 510, 542.
Cornelius (Hans) 167.
Cornoldi 38, 425.
Coste (abbé) 383, 390, 399, 403, 435.

Cousin (V.) 138, 139, 153, 317, 379.
Couturat (M.) 63, 214, 454.
Craig 567, 571.
Cratylus 475, 476.
Croce (B.) 440.
Cros 88.

D

Daunou 571.
Dauriac (Lionel) 451.
David de Dinant 468.
Decharme 73.
Defourny (Maurice) 543, 549.
Dehove (abbé) 19, 20, 175, 216, 222, 383, 430, 434, 435, 436, 438, 446, 452, 456.
Delbos (V.) 175.
Delehaye (Hipp.) 565, 568, 572.
Delmas 541.
Delvigne (A.) 258.
Democritus 124.
Descartes (R.) 7, 26, 46, 71, 90, 105, 131, 138-158, 159, 163, 201, 209, 253, 324, 407, 414, 436, 437, 443, 510, 513.
Descoqs (Pedro) 272.
Desdevises du Dézert 572.
Desdouits (Th.) 390.
Devas (C. S.) 432.
Dewey (J.) 8, 95, 123, 159, 167, 272, 277.
Diderot 567, 577.
Domet de Vorges (C^te) 19, 216, 383, 384, 427, 451, 452.
Donat (J.) 5, 11, 58, 104, 106, 108, 160, 220, 294, 302, 315, 319, 337, 346, 347, 417, 431, 434, 484, 514, 528, 541, 552, 556, 582, 589.
Dromard 167.
Dublanchy 292.
Dubosq (abbé) 400.
Duchesne (abbé) 556.
Dugald-Stewart 295, 478.
Dugas (L.) 454.
Duhem (P.) 8, 272, 277.
Dumesnil (G.) 6.
Dunan (Ch.) 120, 133, 141, 315, 430.
Dupré (D^r Ernest) 556.
Durandus 477.
Durkheim 167, 293.

E

Eisler (Rudolf) 3, 26, 159.
Eliade (P.) 517.
Epicurus 475.
Erdmann (Benno) 167.
Eucken (R.) 9, 167, 440, 447.
Euthydemos 124.

F

Faguet (E.) 122.
Farges (Mgr) 11, 20, 104, 245, 383.
Favier (E.) 382.
Fechner 589.
Fichte 29, 176, 177, 381, 387, 389, 433, 438, 444.
Fischer (Kuno) 175.
Fogazzaro 167.
Folghera (J. D.) 307, 310, 517, 523, 524, 529, 530, 532, 533, 539.
Fonck (Leopold) 572.
Fonseca 475.
Fonsegrive (G.) 5. 21, 54, 122, 193, 254.
Fontaine (Th.) 19, 192, 207, 211, 221, 225, 383.
Foucher (Simon) 257.
Fouillée (A.) 141, 149, 153, 270, 431, 454.
Frick (C.) 325, 329, 331, 580.
Fries 296.
Fröbes 426.

G

Galibert 74.
Galilée 243, 253.
Gardair 19, 451.
Gardeil (A.) 45, 60, 316, 447, 596.
Garrigou-Lagrange 11, 15, 20, 69, 222, 452, 456, 582.
Gaudeau (abbé) 60.
Gayraud (abbé) 216, 484.
Gemelli 167.
Gentile (G.) 440.
Gény (Paul) 3, 20, 58, 92, 199, 336, 377, 384, 415, 426, 446.
Gerard (J.) 541.
Gerbet 157.
Geulincx (Arn.) 159.
Gillet (M. S.) 12.
Gilson (abbé) 258.
Gioberti 468.
Giraud (Victor) 127.
Glanvill (Joseph) 257, 259.
Goblot (E.) 121.
Goethe 289.
Gomperz (H.) 167.
Gonzalez (Zeph. Card.) 87, 124.
Gorgias 6, 124, 137.
Goujon (H.) 383.
Grandmaison (L. de) 20, 67, 68, 234, 316, 478.
Grasset (Dr) 315, 321, 374, 540.
Gratry (A.) 261.
Green (T. H.) 280, 440.
Gries Hibben 440.
Grimm (E.) 5.
Grisar 243.
Grote 162.
Gründer (H.) 427.
Guibert (abbé) 69.
Guizot (G.) 40.
Gutberlet 427.
Guyau (M.) 130.

H

Hagemann 427.
Halensis (Alex.) 485.
Halleux (Jean) 19, 167, 194, 205 207, 540, 545, 590.
Hamelin (O.) 141, 440.
Hamilton 296, 316.
Hannequin (A.) 440, 549.
Harent (St.) 20, 45, 47, 56, 58, 86, 231, 243, 248, 294, 341, 371, 580
Harnack (Adolf) 298, 577.
Harper (Th.) 190.
Hartenstein (G.) 175.
Hartley 165.
Hartmann (Ed. von) 406, 439.
Hébert (Marcel) 270, 275.
Hedde 478.
Hegel 11, 176, 177, 381, 387, 433, 438, 439.
Heitz (Th.) 45.
Helmholtz (Herm. von) 8.
Heraclitus 6, 124, 205, 475, 476.
Herbart 454.
Hermant (P.) 21.
Hertz (Heinrich) 8, 277.
Hettinger (Fr.) 239.
Hippias 124.
Hirnhaym (Hier.) 257, 259.
Hobbes (Th.) 134, 413, 437, 453, 478, 510, 542.
Hodgson (Shadworth H.) 9, 440.
Höffding (Harald) 175.
Horten (M.) 124.
Huet (D.) 90, 123, 126, 127, 137, 257, 260, 261, 265.
Hugon (Ed.) 24, 451, 484, 503.
Hugueny 45, 48, 151.
Hulst (Mgr d') 56, 60.
Hume (D.) 7, 31, 90, 127, 162-165, 173, 174, 179, 201, 218, 253, 280, 292, 301, 357, 373, 388, 397, 433, 436, 437, 443, 453, 454, 510, 534, 537, 542, 563, 567, 577.
Husserl 26, 167, 213.
Hutcheson 295.
Huxley (Th.) 40, 280, 316, 417, 454, 544.

Huyghens 142.
Huysmans 272.

I

Ignatius de Loyola (sanctus) 56, 140, 289.
Innocentius XI 236
Isenkrahe 427.
Izquierdo (A. Gomez) 208.

J

Jacobi 260, **296**, 305, 586.
Jacques (Amédée) 91.
James (W.) 8, 9, 25, 90, 161, 167, 173, 269, 272, **273**, 277, 280, 292, 298, 305, 318, 401, 417, **478**, 520.
Janet (Paul) 46, 63, 123, 138, 141, 162, 234, 258, 317, 356, 533, 536.
Janet (Pierre) 120.
Janssens (E.) 19, 167.
Jastrow (Morris) 68.
Jaugey 243.
Jerusalem (W.) 167, 173.
Jevons (F. Byron) 68, 73.
Joannes a Salisbury 476.
Jodl 167.
Joergensen (Joh.) 270, **283**.
Jouffroy (Th.) 29, 31, 61, 97, 110, 123, **128**, 137, 178, 295, 305, 357, 366, 533.

K

Kant (Emmanuel) 7, 8, 11, 12, 90, 128, 161, 167, **174-200**, 201, 218, 253, 260, 275, 280, **297**, **303**, 305, 308, 357, 373, 387, 389, 397, 431, 433, 436, 438, 443, 478, 481, 494, 510, 514.
Kauffmann (R.) 26.
Klein (Félix) 122.
Kleutgen 19, 146, 207.
Köstlin (J.) 297.
Krause 440.
Külpe 167, 213, 297.
Kurth (God.) 556.

L

Laberthonnière (L.) 151, 284 299, 304.
Lachelier (J.) 440, 350.
Lacordaire (Dom.) 258, 323.
Lactantius 133.
Laertius 29, 90, 123, 126, 436.
Lafaye (B.) 16, 28, 81, 341.
Laforêt (Mgr) 124, 468.
Lagae 45, 48.
Lagrange 73, 574.
Lahousse (P.) 325, 333, 582, 584.
Lahr (Ch.) 15, 16, 20, 27, 31, 127. 356, 358, 367, 370, 371, 374, 375, 383, 386, 427.
Lalande 270.
Lamennais (Fél. de) 127, 138, 153, 157, 258, 260, **263**, 266.
La Mothe Le Vayer 126, 257, 259.
Lange (A.) 440.
Langlois 556, 565, 567, 570, 572. 574, 575, 576, 577.
Laplace 567.
Lappe (Joseph) 7.
Laromiguière 510.
Laurand (L.) 581, 582.
Laurent (Dr Emile) 374.
Le Bachelet (M. X.) 45, 48.
Lebreton (J.) 45, 232, 238, 294.
Leclère (A.) 21, 270.
Le Dantec (F.) 348.
Lehen (de) 155.
Leibniz (G.) 7, 62, 71, 102, 159, 179, 242, 253, 301, 435, 510.
Leo XIII 194, 597.
Léon (X.) 5, 20.
Lepidi 32, 65.
Lepin (M.) 235.
Lequier 46, 300.

Leroux (P.) 138.
Le Roy (Ed.) 8, 128, 167, 194, 208, 242, 269, 272, 277, 278-280, 292, 318, 406, 440, 454.
Le Roy (Mgr) 68, 69, 73.
Leslie Stephen 544.
Lévy-Bruhl 167, 293, 296, 324.
Liard (L.) 15, 40, 138, 141, 149, 530,
Liberatore (M.) 19, 451, 468, 513.
Liebmann (O.) 440, 444.
Liguori (S. Alphonsus) 30, 583.
Linsmeier 427.
Littré (E.) 11, 123, 316, 397, 433, 544.
Locke (J.) 7, 90, 127, 163, 253, 436, 437, 453, 510, 520, 540, 567.
Lodiel (D.) 69.
Lods (Adolphe) 69.
Loisy (Alfred) 59, 167, 194, 235, 298, 318, 577.
Lorenzelli (Em. B. Card.)1, 249.
Lotze (Herm.) 440.
Lovejoy (A. O.) 286.
Lubac (J.) 360.
Lupus (J.) 258.
Luquet (G. H.) 356.
Lyon (G.) 430.

M

Mabillon 347.
Macaulay 40.
Mach (E.) 8, 167, 277, 440.
Mackintosch 440.
Mac Taggart (E.) 440.
Maher (M.) 427.
Maisonneuve 45, 280.
Malapert (P.) 42, 356, 367, 379, 399.
Malcoll 123.
Malebranche (Nic.) 26, 159, 382, 437, 443.
Mallet 45.
Mallock (W. Hurrell) 128, 269, 272, 281, 305.
Mano (abbé) 10, 17.
Mansel 296.
Manser 201.
Marbe 213.
Marchal (R.) 329.
Maria (de) 499.
Marillier 73.
Martin (H.) 69.
Mattiussi 427.
Maturi 440.
Maurras (Ch.) 272.
Maurus (Sylv.) 14.
Melissus 6.
Mendive 248, 250.
Ménégoz 260.
Menedotus 125.
Mercier (Em. D. J. Card.) 2, 3, 16, 18, 24, 28, 31, 32, 41, 42, 43, 65, 66, 67, 80, 87, 97, 98, 99, 100, 101, 103, 104, 105, 108, 109, 112, 120, 124, 132, 136, 141, 153, 154, 159, 160, 161, 166, 167, 169, 170, 175, 189, 190, 191, 192, 194, 195, 200, 203, 205, 206, 207, 210, 212, 221, 222, 224, 225, 226, 227, 230, 246, 251, 257, 258, 260, 264, 265, 271, 284, 293, 294, 295, 300, 303, 305, 307, 311, 336, 341, 374, 383, 388, 389, 390, 392, 399, 404, 405, 408, 427, 430, 446, 447, 451, 453, 468, 469, 471, 476, 480, 481, 483, 497, 500, 502, 504, 509, 513, 514, 515, 517, 521, 530, 533, 537, 538, 540, 548, 549, 551, 585, 589.
Mercenne 142.
Messer 167, 213.
Michelet (G.) 540.
Mignot (Mgr) 316.
Milhaud (G.) 8, 272, 277.
Mill (James) 165, 166.

Mill (John Stuart) 29, 30, 127, 161, **165-166**, 218, 280, 316, 389, 397, 416, 433, 437, 453, 510, 513, 521, 526, 528, 529, 530, 534, 535, 542, 548.
Minges (Dr Parthenius) 498.
Minocchi 167.
Moisant (X.) 68, 365, 478.
Monaco (Nic.) 518.
Monod (G.) 572.
Monod (Jean) 233.
Montagne 104, 106, 155.
Montaigne (M.) 29, 90, 101, 123, **126**, 127, 130, 131, 137, 257, 259, 260, 323.
Mortet 567.
Müller (Joh.) 415, 427.
Munnynck (de) 383, 384, 385, 425, 427.
Myers 318.

N

Natorp (P.) 167, 218, 440.
Naville (E.) 271, 289, 349, 530.
Nelson (Leonard) 296.
Newman (J. H. Card.) 20, 46, 102, 233, 478, 520.
Nietzsche 8, 293.
Noël (G.) 440.
Noël (Léon) 19, 23, 25, 159, 167, 175, 209, 213, 255, 270, 275, 277, 287.
Noldin (Hier.) 115, 237, 404.

O

Ockam (Guil. d') 201, 477.
Olcot (Rob.) 477.
Ollé-Laprune (L.) 19, 28, 46, 55, 61, 80, 102, 207, 348, 349.
Ollion (H.) 520.
Ostwald 277.

P

Palhoriès (F.) 12, 208.
Palmieri (Dom.) 34, 45, 91, 99, 325, 328, 336, 341, 342, 345, 346, 356, 383, 390, 400, 401, 404, 405, 407, 427, 443.
Papini (G.) 8, 9, 167, 269, 272, **280**.
Parmenides 6, 124, 205, 406, 435.
Parodi 270, 286.
Pascal (Blaise) 29, 76, 90, 126, 127, 130, 131, 137, 233, 260.
Pasteur 532, 533, 536.
Paulhan 167.
Paulsen (Fred.) 175, 431, 440, 447.
Payot (J.) 21, 26, 46, 300.
Peillaube (E.) 1, 19, 43, 175, 189, 216, 222, 361, 362, 451, 456, 457, 462.
Peirce (Ch. Sanders) 9, 269, 272, **273**.
Peltier (abbé) 258.
Pelzer 167.
Penjon (A.) 437.
Pesch (Chr.) 58, 232.
Pesch (Tilm.) 45, 66, 67, 70, 71, 74, 80, 124, 131, 190, 325, 356, 582, 584.
Petazzi (G. M.) 151.
Petitot (H.) 60, 127, 233, 291.
Pfleiderer 200.
Philolaus 5.
Piat (Cl.) 19, 66, 159, 161, 168, 169, 173, 175, 207, 209, 216, 294, 304, 365, 367, 392, 405, 427, 451, 515, 520, 540.
Picavet 123.
Pie (Mgr.) 61.
Pillon 430.
Pinard (H.) 294, 365.
Pius IX 236.
Pius X 11, 61, 124, 236, 546, 566, 579.
Plato 5, 6, 70, 120, 275, 432, **466** sqq. 473.
Poincaré (H.) 8, 272, 277, 397.

Porphyre 464, 497, 506.
Porrée (Gilb. de la) 467.
Portalié (E.) 316.
Potvain 104, 484.
Pouchet 536.
Poulain (Aug.) 88, 288.
Poulpiquet (A. de) 45, 47, 53, 57, 63.
Prezzolini 9, 167.
Prodicos 124.
Protagoras 6, 124, 137, 162, 276.
Pyrrho 6, 124, 137, 436.
Pythagoras 5.

Q

Quatrefages (de) 68.

R

Rabier (Elie) 15, 46, 63, 80, 87, 90, 134, 141, 255, 336, 337, 346, 399, 444, 445, 460, 461, 517, 521, 525, 530, 531, 533, 535, 536, 567, 570, 571, 579.
Ravaisson (F.) 193.
Ray Lancaster 544.
Rayot (E.) 40, 42, 80, 379, 399.
Régnon (Th. de) 24, 66, 83, 412, 529.
Reid (Th.) 97, 260, 295, 366, 436, 533, 584, 586.
Reinstadler (Seb.) 104, 106, 192, 201, 502.
Remacle 9.
Remer (V.) 35, 45, 325, 472, 479, 482, 484, 500, 514.
Renan (E.) 8, 59, 567, 577.
Renouvier (Ch.) 6, 26, 128, 218, 300, 357, 440, 447.
Rey (J.) 19, 128, 167, 271.
Ribaucourt (Ph. de) 122.
Ribot (Théodule) 20, 120, 371, 374, 454, 455.
Richard 45, 245, 538, 581.
Rickert (H.) 440, 444.
Rickert (H.) 440, 444.
Riehl (Alois) 5, 167, 171, 172, 175.
Rifaux (Dr Marcel) 60.
Rigby(Th.) 433.
Riminensis (Greg.) 477.
Ritschl 260, 298.
Rohrbacher (abbé) 258.
Roland-Gosselin, 141.
Romanes (GeorgeJ.)166, 454, 544.
Roothan (J.) 140.
Roscelin 476.
Rosmini 468.
Roure (L.) 47, 234, 307, 309, 478, 543.
Rousseau (J.-J.) 138, 317, 567.
Rousselot (P.) 20, 45, 47, 48, 144, 223.
Royce (Josiah) 9.
Royer-Collard 533.
Rozaven (J. L.) 157, 258.
Russell (B.) 528.
Russo (Nic.) 344.
Ruyssen (Th.) 175, 176.

S

Sabatier (Aug.) 167, 252, 260, 298, 318, 440, 447.
Saint-Pierre (Bern. de) 131.
Sainte-Beuve 139.
Saisset (E.) 91, 123, 138, 317.
Salomon (M.) 258.
Salter (W. Mackintire) 417, 418, 434.
Saltet (abbé) 566.
Sanchez (Fr.) 123, 126, 131, 257, 259, 260.
Sanseverino 87.
Sarlo (E. de) 159, 440.
Saturninus 125.
Savio 566.
Scheler 160.
Schelling 176, 177, 381, 387, 433, 438.
Schiffini (S.) 45, 155, 238, 325, 471, 484, 486, 499, 500, 582.

Schiller (F. C. S.) 8, 9, 161, 162, 167, 172, 269, 272, 275-277, 292, 317, 318, 520.
Schleiermacher 260, 298.
Schmid (A.) 7, 427.
Schmidt (W.) 68, 73.
Schopenhauer 293, 387, 433, 438, 439.
Schultz (J.) 167.
Schultze 213.
Schuppe 440, 444.
Scot (Duns) 498.
Scot Eringène (J.) 468.
Séailles (G.) 122, 123.
Secrétan (Ch.) 513.
Seidenberger (J.-B.) 432.
Seignobos 556, 566, 567, 570, 572, 574, 575, 576, 577.
Sentroul (Mgr) 19, 38, 79, 104, 111, 112, 114, 167, 168, 174, 175, 194, 200, 205, 207, 225, 230, 307, 310, 313, 315, 317, 434, 484, 504.
Sépet (Marius) 556.
Sérol (M.) 30, 61, 75.
Sertillanges (A. D.) 307, 309.
Sextus Empiricus 29, 90, 123, 125, 126, 137, 519.
Shaftesbury 295.
Siebeck 297.
Siegel 167.
Sigwart (Chr.) 9.
Simmel (G.) 9, 277.
Simon (J.) 91, 138, 149, 317.
Sinéty (R. de) 426.
Singer 9.
Smedt (Ch. de) 556, 565, 572, 574, 580.
Smith (Adam) 295.
Smith (Walter) 8.
Sollier (Dr) 120.
Sorbière (Samuel) 257.
Sorley 432.
Sortais (G.) 20, 356, 358, 369, 383, 427.
Spencer (Herbert) 11, 161, 166, 218, 280, 381, 397, 417, 437, 453, 510, 543, 544.
Spinoza (B.) 179, 255, 406.
Stentrup 68.
Stirling (James Hutchinson) 175.
Storchenau 586.
Stout (G. F.) 335.
Strauss (D.) 567, 577.
Strowsky (Fort.) 90, 127, 233, 258, 259.
Stumpf 213.
Sturt (H.) 267.
Suarez 80, 346, 428, 513, 514.
Sully Prudhomme 21.

T

Taille (M. de la) 316, 361, 384, 426, 541, 545, 551, 552.
Taine (Hipp.) 218, 234, 316, 357, 373, 397, 433, 454, 455, 510, 528, 542, 548.
Tannery (P.) 8, 141.
Taparelli 238.
Tertullien 242, 591.
Testa 440.
Thales a Mileto 5.
Thomas Aquinas (sanctus) 1, 5, 7, 24, 28, 30. 31, 34, 39, 42, 45, 50, 51, 57, 58, 59, 65, 66, 67, 70, 71, 80, 81, 86, 98, 106, 114, 119, 124, 135, 146, 189, 196, 200, 220, 221, 232, 236, 243, 255, 266, 308, 309, 319, 320, 338, 342, 345, 348, 367, 386, 389, 393, 409, 413, 422, 425, 428, 441, 456, 458, 466, 470, 484, 485, 487, 488, 492, 493, 498, 499, 500, 503, 504, 512, 522, 523, 524, 527, 557, 564, 583, 584.
Thurston (Herbert) 566.
Timon 124.

Tongiorgi (Salv.) 45, 95, 98, 341, 348, 391, 400, 403, 404, 427, 556, 582, 584.
Tonquédec (J. de) 19, 96, 128, 167, 270, 280, 287, 315, 520.
Tournebize (Fr.) 45.
Turner (W.) 170
Tyrrell (G.) 194, 298, 318.

U

Ubaghs 258, 263, 468.
Ueberweg-Heinze 175.
Uphues (Dr Goswin) 5.

V

Vacandard (E.) 241, 244, 467.
Vacant 59, 115, 241.
Vacherot (Et.) 234.
Vaihinger (I.) 175.
Valensin (Aug.) 20, 175, 182, 184, 187, 189, 192, 193, 224, 294, 378.
Vallery-Radot (R.) 533.
Vallet (abbé) 19, 232, 540.
Van den Gheyn 88.
Van der Aa 325.
Ventura 91, 258, 263.
Verworn 167, 440.
Viallet (Paul) 146.
Vigouroux (Dr) 388.
Vincent de Beauvais 467.
Volkett (Joh.) 26.

W

Waele (A. Van de) 21.
Wahle 167.
Walker (Leslie J.) 167, 270, 315.
Watson (John) 12.
Watt 213.
Weber (L.) 430, 440.
Weddingen (A. van) 19.
Wehrlé 17, 61.
Wells 8.
Wenzig 167.
Wilbois (J.) 8, 167, 270, 272, 277.
Willmann (Otto) 432.
Windelband (W.) 261, 440.
Wolff (Chr.) 159, 179, 510.
Wulf (Maurice de) 167, 172, 201, 276, 476, 477.
Wundt (W.) 23, 454.

X

Xenophanes 5.

Z

Zaragüeta (Juan) 93, 100, 204, 208, 214.
Zeller (Ed.) 123.
Zeno 6, 435, 475.
Ziehen 167.
Zigliara (Em. M. Card.) 19, 29, 138, 386, 443, 468, 590.

INDEX RERUM

Les chiffres gras indiquent les passages plus importants.

A

Aboulia 121.

Abstractio : scholastica 456 sq., praecisiva, formalis, totalis 487, **503** ; quomodo fiat 487 ; utrum deformet 496, **503** ; triplex gradus abstractionis 42 sq. Ideae abstractae : existunt 451 sqq. ; earum irreductibilitas 456, 462 ; valor objectivus 458. Cf. *Universalia*. Abstractio modernorum 454.

Academia media, nova 6, 125.

Aesthetica transcendentalis 183.

Aeternitas universalium 457.

Agnosticismus 540-554 : notiones nominales, historicae 541 ; confutatur 547-550. Cf. 381, 416, 435. Agnosticismus metaphysicus Kantianus 186, 229, 415.

Analogia 243, 425, 426, 552.

Analytica judicia : eorum existentia 38, 39, **507-509** ; eorum valor 508-516. Analytica judicia sec. Kant 182, 510, 514.

Analytica transcendentalis 183.

Anti-intellectualismus 7-9, 235, 520.

Antinomiae Kantianae 185.

Anti-Realismus 474-481 : apud antiquos 475 ; medio aevo, nominalistae et conceptualistae 476 ; apud modernos 477. Cf. 498.

Aptitudo mentis : utrum supponenda 104-108 ; quomodo detegitur 108, 227.

Argumentatio — v. *syllogismus, deductio.*

Assensus eliciti, imperati 49.

Associationistae 42, 161, 163, 165, 168.

Auctoritas 41, **557** ; critica auctoritatis 575.

Authentia libri 574, 577.

Autonomia mentis (= autonomismus 434) 9, 12 ; principium autonomiae 252.

C

Cartesianismus 138-157 : exponitur 141-149 ; confutatur 149-156. De emendationibus cartesianismo afferendis 156. De relationibus cartesianismi cum orthodoxia 157. Cf. 358, 414.

Categoriae Kantianae 184.

Causalitatis principium 191, **225** sq.

Certitudo : spontanea (vulgaris, directa, naturalis) 26, 101, 103, 251 ; reflexa (scientifica, philosophica) 26, 101, 103, 215 ; absoluta, hypothetica, 324 sqq. metaphysica, physica, moralis 326 sqq. ; speculativa, practica (seu prudentialis) 33 ; implicita, explicita 102. Psychologia certitudinis : existit certitudo 24-36, ut status mentis 31 ; ejus origo 36-64, specificatio, 51, diffusio 64-76, significatio 77-84, justificatio 119 sqq. Criterium certitudinis 245-256. De reductione certitudinum

331. Certitudo erronea 335-350. Revisio certitudinum 353 sqq. Certitudines fidei (rationalis) 556-592).

Cognitio 17. Cognitio certa, v. *certitudo*.

Conceptionismus 223 sqq. 377, 382, 383, 388, 415.

Conceptualismus 476 sqq. 498 ; conceptualismus realisticus 484-507.

Conceptus : propruis, analogus 425, 507 ; universalis v. *universale*. De « fragmentatione conceptuali » 503.

Concordantiae methodus 536.

Congregationes romanae 240.

Conscientia (psychologica) : sensitiva (sensus intimus), intellectiva 356 ; directa, reflexa 356 (v. *reflexio*) ; ontologica, psychologica 357. Ejus « data » vel objectum (proprium, directum, indirectum) 358 sq. ; ejus valor 359 sqq. De limitibus conscientiae 364.

Consensus generis humani 257, 259, 263. Quid et quomodo valeat in rebus homini essentialibus 582-592.

Corpus 262, 400. *Ego* corporeum 362 ; corpora externa 396-411.

Criteriologia : ejus locus 1 ; nomen 3 ; origo 4 ; evolutio historica 5-9 ; momentum 9-13 ; scopus 13 ; methodus 14-17 ; divisio 17 sq., 93 : criteriologia generalis 93 sqq., specialis 353 sqq. Possibilitas criteriologiae dogmaticae, intellectualis, empirico-rationalis, integralis 593 sqq.

Criterium certitudinis : rectum 245-256 ; criteria spuria 256-306 : revelationismus 257 sqq., pragmatismus 267 sqq., fideismus 294 sqq.

Critica 3 ; Critica rationis purae 176, 181, practicae 177. — Critica historica 573-582.

Criticismus : Kantianus 176 ; transcendentalis 177.

D

Deductio 189, 517-529 : ejus valor 521, fecunditas 523. — Deductio transcendentalis 184.

Demonstratio 58, 211, 528 (v. *deductio*)

Dialectica 2 ; transcendentalis 185.

Differentia specifica, v. *gradus metaphysici* ; differentiae methodus 536.

« **Dilettantismus** » 121.

Dogmatismus 83 : ingenuus, criticus 83 ; dogmatismus moralis (ut oppositus dogm. rationali) 9, 161, 186, 297 sqq.

Dubium 27, 28, 33, 109 : reale, fictum, methodicum 104 ; positivum, negativum 110 ; universale, partiale 112 ; prudens, imprudens 32, 62 : speculative, practice 33. Dubium de dogmate fidei 114.

E

Ego 192, 361-364, 372-374.

Eleatici 5, 441.

Empirismus (Empiristae) 160, 163, 357, 453, 477, 510, 541. Empirico-rationalistae 510.

Energia specifica 415, 427.

Enuntiabile 310.

Epistemologia 3.

Error (v. *falsitas*) 34 ; existit certitudo erronea 85-89, 336-350 ; elementa erroris 336. Error nunquam conjunctus est cum evidentia objecti 338 sqq. ; ejus causae 340 sqq. ; nullus error est necessarius 342 sqq.

Essentiae necessariae, aeternae 457.

Evidentia objecti 245-256 : facti vel notionum 246 ; immediata, mediata, intrinseca, extrinseca, perfecta, imperfecta 247. Criterium veritatis 247 sqq.

Experientia : judicia experientiae spontanea 38. Experientia interna 355, ejus « data » 358, ejus valor 359-364 ; experientia externa (v. *perceptio sensibilis*). Partes experientiae in judiciis analyticis 514 ; in inductione (observatio, experimentatio) 531 sqq.

Extensio 397, **400** sqq., 460.

F

Facta : necessitas exordium philosophiae sumendi a factis 23-24.

Falsitas : positiva (*error*) negativa, materialis, formalis 336 ; ejus existentia in solo judicio 336 ; ejus causae 346 sqq.

Fideismus 233 : externus 254 sqq., confutatur 257-269, ejus relatio cum orthodoxia 267 ; internus 254, exponitur 294 sqq., confutatur 300-306.

Fides : late dicta, stricte dicta 58, 232 ; dogmatica, historica 41 ; judicia fidei 41 ; libertas fidei 51 sqq. Justificantur judicia fidei 231-244. Fides secundum Kant 177, 233 : fides moralis (= dogmatismus moralis) 297, religiosa 303 ; fides instinctiva 295 sqq. ; sentimentalis **296** sqq., 302 ; non est criterium veritatis 294-306. Fides rationalis sub quibusnam conditionibus justificatur 555-592.

Formae *a priori* 176.

Formalismus Kantianus 179-181.

Formalistae Scotistae 498.

G

Gnoseologia 3.

Gradus metaphysici 497-503.

H

Habitus 70.

Hallucinatio 388.

Hermeneutica 575.

Historia 43, 573 ; secundum Modernistas 579.

Humanismus 273 sqq. ; confutatur 285 sqq.

Hypothesis in legibus scientiae 323 ; in methodo experimentali 531 sqq.

Hypothetica certitudo 327.

I

Ideae : existunt tanquam irreductibiles ad ullum elementum sensitivum 456 sqq., earum valor objectivus 219-223, 458-460. Qualis sit earum valor, v. *Semi-realismus*.

Idealismus 223 sqq. : scepticus, dogmaticus, absolutus, relativus **381** ; transcendentalis 177, 381 ; acosmicus (= immaterialismus) 381, 414 ; **430-448** : notiones nominales 430-

435, historicae 435-440 ; confutatur 440-446. Utrum idealismus sit nihilismus 447.
Idola (Baconiana) 347.
Ignorantia 34.
Illationismus 379.
Immanentia : methodus 17, 51 ; apud modernistas 61, 234, 298. Principium immanentiae 444.
Immaterialismus 381, 437.
Imperativum categoricum 117, 186, 297.
Imperium : politicum, despoticum 49.
Incognoscibile 11, 544.
Inductio : spontanea 39, scientifica 40, **531** sqq. ; completa, incompleta ; perfecta, imperfecta 530 ; methodus inductionis 39, 40, **531-536** ; fundamentum inductionis 533. Justificatur inductio 534-540. Judicia inductiva ad scientiam pertinent 189, 204. De inductione apud Aristotelem et Scholasticos 538.
Integritas libri 577.
Intellectualistae 9, 256, 593.
Intuitionismus 8.
Ionici 5, 6.

J

Judicia : experientiae 38, analytica 38 (v. *analytica*), inductiva 39 (v. *inductio*), fidei 41 ; ordinis idealis, realis 203, 204, 378. Justificantur judicia ordinis idealis 207 sqq. ; ordinis realis 215 sqq. ; judicia experientiae : internae 355-375, externae 376-430 ; deductiva 516-529 ; inductiva 529-540 ; fidei 231-234, 555-592. Necessitas judiciorum 228. Judicia synthetica *a priori* confutantur 188-191.

K

Kantianismus 173 : exponitur 175 sqq. ; compendium 176 ; Critica : scopus 178, genesis 179, methodus 179 ; Critica rationis purae : introductio 181, critica facultatum 182, aesthetica transcendentalis 183, analytica transcendentalis 183, dialectica transcendentalis 185 ; Conclusiones 186. Confutatur 186-193. De periculo Kantianismi 193, de fructibus ejus 195, de ejus relatione cum orthodoxia 194. De Kantianismo aliquatenus expurgato 195-197. Brevis conspectus 199. Cf. 357, 415, 416, 478, 481, 494.

L

Lex trium aetatum 549. Leges metaphysicae, physicae, morales, psychologicae 326.
Leges scientiae 322 ; formula, hypothesis in legibus scientiae 323. De constitutione legis physicae 531 sqq., legis moralis 537.
Logica : formalis, materialis, realis, applicata 2, 3.

M

Mathematica 2, 3 ; secundum Kant 183, 186 ; secundum Scholasticos 189 sqq., 214.
Mediatismus 223.
Memoria : sensitiva, intellectiva, spontanea, voluntaria 367 ; ejus « data » vel objectum (proprium, directum, indirectum) 368 ; ejus valor 369 sqq.

Mennaisianismus 263, 264, 266.
Metaphysica : generalis, specialis 2, 3 ; ejus locus in curriculo philosophico 3 ; ejus valor : ad mentem Kantii 186, ad mentem positivistarum 542, ad mentem scholasticorum 546-554. Problema metaphysicum 553-554.
Metempiricae realitates non debent excludi ab ambitu cognitionis humanae 546 sqq.
Methodus : in genere 14, specie 15, in criteriologia 15 ; psychologica, subjectiva (introspectio), objectiva 16, 25, 27. — Methodus cartesiana 138-158 ; methodus historica (critica textualis, litteraria, realis) 573; methodus immanentiae 17, 51 ; inductionis 531, concordantiae, differentiae, variationum concomitantium, residuorum 536 ; methodus Kantiana 179-181 ; methodus « positiva » 545.
Modernismus 11, 234 sqq., 298, 546, 579.
Motivum certitudinis 247, fidei 580.

N

Natura *abstracta* : triplex consideratio naturae 436 sqq ; fundamentum naturae universalis 491. Natura *concreta* : specifica, quomodo cognoscitur 421, 537 ; individua, quomodo cognoscitur 423, 494, quomodo non deformetur apprehensione abstractiva 493, 503. De stabilitate naturae 538.
Necessitas certitudinis spontaneae 50, necessitas judiciorum 228, conclusionis in syllogismo (*psychologica* et *logica*) 517 sq., necessitas essentiarum abstractarum 457.
Neo-Kantiani 357.
Neutralitas : confessionalis, philosophica 552.
Nihilismus 447.
Noëtica 1, 3, 6.
Nominalismus (nominalistae) 476 sqq., 498.
Noumenon 11, 185, 193, 387.

O

Objectivismus 96.
Objectivitas 78, 95 sq., 452.
Objectum : materiale, formale 4 ; objectum (*objectivum*) sensu vulgari, philosophico, critico, 95 sq., 452 sq.
Observatio : interna (introspectio), externa (extrospectio) 16.
Oeconomia mentalis 8.
Ontologia 2, 3.
Ontologismus 468, 470, 474.
Opinio 27, 28, 32, 33.
Organum 355, 385.

P

Perceptio sensibilis 276-430.
Perceptionismus 187, 223 sq., 377, 379, 382, 388, 394, 399, 415.
Phaenomenismus (phaenomenistae) 435, 357.
Phaenomenon ad mentem Kantii 183 sqq.
Physica 2, 3 ; ad mentem Kantii 183-186.
Positivismus 540-554 ; notiones nominales et historicae 541 sqq. ; scientia « positiva » 544 ; methodus positiva 545 ; systema positivum 545. Confutatur 547-550.

Pragmatismus 9, 11, 161, 269-293. Brevis synopsis 272, 293 ; Humanismus 273 sqq., confutatur 285; Pragmatismus socialis 280 sqq., moralis 283, confutatur 287 sqq.

Principia prima, speculativa, practica 65 ; eorum necessitas psychologica 51, diffusio universalis 65 sqq., origo 39, 70, 74, 510, 513, valor objetcivus vel necessitas logica 213, 510 sqq. — Principium autonomiae 252, causalitatis 225 sq., evidentiae 252, immanentiae 444.

Probabilismus : logicus 6, 120, 337, ethicus 33.

Problema criticum : ejus genesis 90-92, positio incongrua 93, congrua 94, variae expressiones 97, « data » 98-103 ; recta methodus solutionis 103-118 ; partitio problematis 205 ; ordinatio solutionis 206 ; variae solutiones 119-244.

Protestantes 233, 236, 298.

Psychologia 2 ; psychologia certitudinis 23 sqq.

Psychologismus 158 sqq ; notiones nominales 159-162, historicae 162-168, 235. Confutatur 168-173.

Pyrrhonismus 124.

Pythagorici 5.

Q

Qualitates sensibiles 414 sqq. ; primariae, secundariae 397, 415, 417, 437.

R

Ratio sensu scholastico 39 ; ratio pura (kantiana) 176, practica 177, 297.

Ratiocinium : deductivum, inductivum ; purum, mixtum, empiricum 517. Ratiocinii deductivi elementa 518, leges 519, valor 521 sqq., fecunditas 523 sqq.

Rationalistae 234, 510, 577.

Realismus 223 sqq. : circa objectum sensibile 381, qualitates sensibiles 415 ; ingenuus, criticus 83, 337 ; — circa objectum intelligibile 465, 498 : platonicus 466-469, ontologicus 468, 470, 474, monisticus 466, 471 sqq. ; moderatus (thomisticus) 485-507.

Reflexio virtualis, formalis, psychologica, ontologica 98 sq., 357 ; methodica, vulgaris, implicita, explicita 102.

Relativismus 10, 315-324 : agnosticus, kantianus, subjectivus, evolutivus 316, 317 ; confutatur 320-324.

Religio kantiana 303.

Repraesentationismus 223.

Res in se 192, 218, 227.

Revelationismus 257-269.

S

Sceptici 29, 120-138 : antiqui 124, recentiores 126.

Scepticismus : practicus 120, speculativus 121 sqq., universalis, partialis 122, antiquus 124, recentior 126. Confutatur : negative 129 sqq., positive 223 sqq. — Scepticismus historicus 577 sqq. ; scepticismus metaphysicus 543.

Schematismus imaginationis 184.

Schola Scotica (Th. Reid) 382, 537.

Scholasticismus : solutio scholastica problematis critici 200-

244 : *a*) de judiciis scientiae *b*) ordinis idealis 207-215, α) ordinis realis 215-231. Compendium 229, 230. β) de judiciis fidei 231-244, 555-592.

Scientia. De constitutione scientiae 424, 449 ; divisio scientiae 42 ; de objecto scientiae (reali et universali) 458, 490, 494 ; de scientia sensu aristotelico 544, 551, sensu kantiano 181-186, sensu « positivo » 544, 551.

Scotistae (Formalistae) 498.

Scripta v. *Critica historica.*

Semi-Realismus (realismus moderatus vel conceptualismus realisticus) 484-507.

Sensibile : per se (proprium, commune) 386, 413, per accidens 386 sq. De modo quo sensibilia in rebus existunt 425.

Sensationistae 453, 477.

Sensualismus 453, 542.

Sensus : internus (intimus 356, communis 355 sq.), externus 355. De infallibilitate sensuum 393. « Sensus naturae communis » 69, 586.

Sentimentalismus 9, 233, 296.

Similitudo, fundamentum universalis reflexi 491.

Spatium, forma sensibilitatis externae 183, 364.

Subjectivismus 95, 378, **434**, idealisticus 160, psychologicus 160, 174.

Subjectum (*subjectivum*), sensu vulgari, philosophico, critico 94 sq.

Suspicio (Fries) 296.

Syllogismus 517, 519, ejus elementa 518, leges 519, valor 521 sqq., fecunditas 523 sqq. Quid non valet syllogismus 527.

Synthesis judicialis, quid sit 205, quomodo fiat in ordine reflexo 209-212.

Synthetica judicia 39, 189, ad mentem Kantii 181, synthetica *a priori* 182, confutantur 188.

T

Tempus, forma sensibilitatis internae 183, 373.

Testimonium, divinum, humanum 41, 556.

Termini concreti, abstracti 203, realitas terminorum 205, 217-227.

Thesis, antithesis, synthesis 178.

Thomistae 498.

Traditio oralis, ejus valor 565-572.

Traditionalismus 259 sqq.

U

Unitas formalis, realis (numerica, materialis), universalis 492.

Universale in essendo, praedicando, causando, significando 485 sq. ; directum, reflexum 455, 487.

Universalia 449-507 : problema 450, 453, 505 ; ejus momentum 450. Existunt ideae universales 451 sqq., quarum valor constat 458 sqq. Attamen non habent realitatem formaliter universalem 463-474, sed fundamentaliter tantum 484-497. Ideo rejiciendus est realismus 465 sqq., platonicus 466, monisticus 466, ontologicus 468, et anti-realismus 474 sqq., nominalismus 476 sqq., conceptualismus 476 sqq. Synopsis quaestionis 505-507.

V

Variationum methodus 536.
Veritas 78, **307** : ontologica, logica, moralis 308. Quid sit veritas logica 308-311, existit 312-315, est absoluta, non relativa 315 sqq. Veritas moralis 61. Veritas « sensus naturae communis » 69, 586. De « tribus veritatibus » 108.
Voluntarismus 9, 161, 294.

Paris-Lille. Imp. A. Taffin-Lefort. — 11-181.

115.02
J 344

27416

AUTHOR JEANNIERE, RENATO, S. J.

TITLE Criteriologia vel Critica Cognitionis Certae.

DATE LOANED	BORROWER'S NAME
	Egan
	Fa Yahn
	STORAGE - CBPL

27416